BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 S
12

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

9.5.20.
13.9.N.12
29
20

Digitized by Google

DE

VARII CENSV-VM, SEV ANNVO-

RVM REDITVVM, EORVM
POTISSIMVM, QVI EMPTIONIS TI-
TVLO COMPARANTVR

COMMENTARIVS,

IN QVO VNIVERSA,
QVÆ AD EAM MATERIAM PER-

TINENT, ATQVE IN VTROQVE FORO
FREQVENTANTVR, NOVEM CAPITIBVS
comprehenſa, ex vtroq; iure methodicè, & dilucidè
declarantur, & reſoluuntur,

CONFECTVS

A

FRIDERICO MARTINI, V.I.D.

SACRI CÆSARII PALATII COMITE, AT-
que in Archiducali apud Friburgenſes Academia
Profeſſore Canonum Primario.

ITEM, EODEM AVTHORE, AD CALCEM
ADNEXA EST NOVA CAROLIN. CONSTITV-
tion. 109. & 218. in praxi frequentiſſima-
rum interpretatio.

Cum Gratia, & Priuilegio Cæſareæ Maieſt.

FRIBVRGI BRISGOIÆ,
Excudebat MARTINVS BÖCKLERVS.

ANNO M. D. XCV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO, DOMINO MAXIMILIANO ARCHIDVCI AVSTRIÆ, Duci Burgundiæ, &c. Ordinis Germanici Adminiſtratori magni Magiſterii in Pruſsia, eiuſdemq; Ordinis per Germaniam, Galliam & Italiam Magiſtro, Comiti Tyrolenſi &c. Domino ſuo clementiſs.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CVM AD EDITIOnem Commentariorum, quos anno ſuperiori pro interpretatione extrauagantiũ Martini V. & Calixti III. ad Germaniæ Epiſcopos, de iure annuorum redituum ſcriptarum in publicis prælectionibus ad calamum

auditoribus dictaui, à nonnullis, iisque viris doctis ſolicitarer, Sereniſsime Princeps, Domine Clementiſsime, duo me ancipitem reddidêre; Vnum quod veritus ſim, vt meam hac in re collocatã operam docti viri eſſent probaturi, quòd de ea materia plures & Theologorum, & Iureconſultorum tractatus in lucem editi exiſterent: Alterum, quòd ambegerim cuinam in aliquo dignitatis & excellentiæ gradu conſtituto, pro inueterata eruditorum virorum conſuetudine eos inſcribere ac dedicare me oporteret. Prius dubium tùm aliorum doctiſsimorum virorum exemplum, tùm illud nihil dici poſſe quod non ſit dictum prius, exemit. Poſteriorem deliberationem à Tua Sereniſ. Celſitud. inciſam ac prorſus ſublatã eſſe gaudeo, lętorq; vehemẽter. Etenim quæ aliquem mouere poſſunt debentq; rationũ momẽta, vt ſub alicuius nomine opus in lucem edat, ea in T.S.C. occurrunt cumulatiſsimè. Nam

poſt

poſt bellicos in Vngaria aduerſus communem Christiani nominis hoſtem exantlatos ſudores, quibus Rodolpho Secundo, Inuictiſsimo Imperatori fratri Germano, omnibusq́; Germaniæ Principibus tuum in Romanum Imperium amorem, pietatem, animumq́; prorſus hæroicum, potiſſimùm verò in Iaurino recuperando abundè probauiſti, ad prouinciarum Auſtriacarum citeriorum & remotiorum gubernacula, magno omnium bonorum gaudio acceſsiſti, atq́; primo regiminis anno egregia ſingularis in Deum religionis, prudentiæ, iuſtitiæ, clementiæ, vigilantiæ, tollerantiæ laborum, & amoris erga ſubditos, doctosq́; viros ſpecimina, indiciaq́; edidiſti; Conſiliariorum numerus auctior vt eſſet, atq́; in eorum ordinem viri nobilitate, atq́; eruditione inſignes cooptarentur, vt iudicia eſſent incorrupta, iuſtitia mediante ſuum cuiq́; tribueretur, vt ſupplicationum preces exaudirentur, vt Pro-

Digitized by Google

uinciæ ære alieno grauatæ liberæ redderentur, tibi curæ ſit vnicè. Id vel inprimis Principi proprium eſſe putaſti, rectè imperare, hoc eſt, cogitare publicam te gerere perſonam, in publicis te verſari functionibus, communis iuſtitiæ, & æquitatis eſſe præſidem, & cuſtodem: ideoq; ad Prouinciarum ſubditorumque ſalutem & incolumitatem, ad pacem & tranquillitatem omnia tua conſilia referre, rationesq; exquirere debere, quibus ſubditi quàm minimè grauarentur, Prouinciæ ſceleratis hominibus, quorum delictis, aut pax perturbatur, aut iuſtitia opprimitur, aut Reſpublica vehementer infamatur, aut offenduntur infirmi, purgarētur. Quas quidem laudabiles, Principeque dignas deliberationes tuas iam orbi cognitas, ſi fuſiùs explicare perrexero, timendum mihi erit, ne fortaſsis eam retulero gratiam, quam vulgares nonnulli pictores apud Alexandrum Magnum olim iniuerunt, edicto vetantem,

tem,

Digitized by Google

tem, ne quis ſe pingeret prçter vnicum Appellem, aut ne quis ſe fingeret ære, præter Lyſippum, aut gemma ſculperet, præter Pirgotelem, ſummos videlicet artifices. Nihil itaque dicam de facillimo acceſſu etiam infimæ ſortis hominibus non præcluſo, omitto recenſere pietatem, qua præluces, omnes ad eius ſtudium excitans, tacebo tuam in curia frequentiam, ad cauſas expediendas deſiderium, atque in iis perficiendis dexteritatem, necq; illud multis explicabo, quanta vtâre clementia, in ſeruandis his qui corrigi, & ad melioris vitæ frugem reduci poſſunt. Præteribo reliquas Maximiliane eximias dotes tuas. Vnum inter virtutes tuas non minimum, quod ad inſtitutum meum propius facit, nequeo non attingere, te videlicet viros doctos, eos potiſſimùm, qui in Academiis publicè docent, deque iuuentute benè merentur, vehementer amare. Cuius amoris clariſſimum edidiſti ſignum, cum Magnifico

Rectori, Academiæ Friburgenſis, in cauſa Academica priuilegia concernente,non ita pridem Oënipontum profecto, benignam S. T. audientiam prębuit, atq; ſupplicanti reſpondit,quæ animum Academicorum, Academiæq; amantiſsimum, & ſtudioſiſsimum apertiſsimè declarant; præclarè imitans maiorum ſuorum Academiæ prædictę fundatorum exemplum, quibus etiam ſtudia,eorumq; alumni magno in amore & honore fuêre, quiq; Academiam ab ipſis fundatam & dotatā ſemper tàm antiquam, & tàm charam habuêre, vt vix aliud in omnibus ſuis Regnis,Prouinciiſq; antiquius, chariuſq; ſibi eſſe voluerint.Ipſa experientia edocti ex ſolis Academiis viros ad omnes reipublicæ functiones obeūdas aptos, peritoſq; prodire, peti, atque deſumi. Itaque in communi, eaque mirifica bonorum omnium gratulatione,qua alii lituarum cantibus,alii tormentorum æneorum tonitruis, alii tumul-

multuaria acclamatione, alii Xeniorum oblatione, animum ſuum lætitię & obſeruantiæ plenum teſtatum reddunt: Ego cui ruſculum colitur exiguum, cuique thura deſunt, chartaceo hoc munuſculo, tanquàm mola ſalſa, agreſtium ſcilicet pietatem æmulatus, gratulaturus, officium debitum perſoluere, atq; Tuæ Serenitati non ſolùm ineuntem hunc, ſed peræq; omnes etiam conſequentes annos, eosq; Neſtoreos, candidos, fauſtos, fœlices, & ſalutares exoptare volui. Vt autem S. T. C. hanc gratulandi rationem ſibi gratam eſſe patiatur, ea qua poſſum animi ſubmiſſione rogo. Datæ ex tuo Friburgo Idib. Aprilis, Anno 1604.

S. C. T.

Subiectiſſimus & ſubditiſſimus ſeruus

Fridericus Martini Doctor.

CARMEN

NOBILIS, CONSVLTISSIMI, CELEBERRIMIq́; VIRI, DOMINI LEONARDI ZINDECKER. V. I. D. ATq́; OLIM

in Auguſtiſsimo Romani imperij apud Spirenſes tribunali ſummo Aſſeſſoris, Deindè Sereniſsimi Bauariæ vtriusq́; Ducis Cancellarij Landishudanij; iam verò legum Profeſſoris in Academia Ingolſtadiana, primarij; eiuſdemq́; Principis Conſiliarij in authoris præceptoris tractatum de Cenſibus.

MAxima de Cenſu lis eſt, æquumné, an iniquum;
Et capier iuſta num ratione queat?
Cenſum omnes quærunt: quid ni? ſinè mole laboris
Annuus eſt cenſus, commoda mille ferens
Mente ſed integra diro ſinè vulnere cenſum
Quacunq́; capias, ſi, ratione, placet.
Cenſus habet, niſi agas cautè, Scyllamq́; Charybdimq́;,
Ad Stygii fontis flumina nigra trahens.
Iura at vbi iuſtum recta ratione docebunt,
Secura poteris non ſinè mente frui.
Stelligerum rectè partus non æthera claudet:
Aſtra ſed iniuſtus claudet aperta tibi.
Si nolis, opus eſt hic dextro Iudice, falli:
Si deſit, res eſt non caritura malis.
Hîc iuſto Cenſore opus eſt, hic Iudice, recta
Dirimat hanc litem, qui ratione, bono.
Te vocat hic Friderice labor Clariſsimenon, te
Muneribus tantis aptior alter adeſt.
Præ reliquis magnum nouit te Diuus Aquinas:
Agnoſcit magnum te ſacra Iuſtitia.
Pulchra igitur ſubeas Cenſoris munera iuſti:
Dic, cenſus quandò faſuè, nefaſuè ſient.
Quid moneo? mirè præſtas hic omnia, ſumma
Præſtas ingenii dexteritate tui.
Sic immortalis meritò tibi gloria creſcit:
Nomina ſic inſers maxima ſideribus.
Viue, Vale: Vatis Cumææ tempora vince:
Vince ſenis Pylii ſecula: Viue, Vale.

DISTICHON,

AVCTORIS NOMEN, ET IN NOMINE EDITIONIS LIBRI annum oſtendens,

NOBILIS, ET CONSVLTISSIMI VIRI D. CHRISTOPHORI WALWITZII SAXONIS, V. I. D. Reuerendiſsimi Principis ac Domini, Dn. WEidprechti, Equeſtris Ordinis S. Iohannis Hieroſolomytani per Germaniam Magiſtri &c. nec non Generoſiſsimorum Comitum à Furſtenberg &c. Conſiliarii.

IVſti cenſuram cenſus faciens (FeDerICI MartInI) hoc doctum conſule cenſor opus.

EPIGRAMMA

IN NOBILIS, CLARISSIMIQVE VIRI DN. FRIDERICI MARTINI I. C. celeberrimi, Præceptoris ſui honorandi, Tractatum de cenſibus,

CLARISSIMI, ET CONSVLTISSIMI VIRI ERASMI PASCHÆ SOLTQVELLENſis ex Marchionatu Brandeburgico, V. I. D.

ERGONE continuis grauium laſſate Profeſſor,
Cauſarum ſtudiis, difficilique foro.
Iuris vt anfractus intricatasq; querelas,
Expedias, omni niteris vſq; modo?
Nec ſatis eſt, poterat quia multa Theorica Praxi,
Iuncta, auditores multiplicare tuos:
Sed iuuat in lucem partus emittere tantos,
Quos libuit ſummis propoſuiſſe ſcholis.

Maior

Digitized by Google

Maior vt in plures fructus cum laude redundet,
Atq; extollatur nomen ad aſtra tuum.
Conciliabit enim felices *cenſus* honores.
Cenſus amicitias conciliare potens.
Namq; vt proſcriptis, licitanti veneat, aut quo,
Emtio ſtet pacto venditioq; bonis:
Illud hypocriticâ ſemotâ veſte pateſcit,
Nam docet ipſe tuus plenius iſta liber.
Si quid enim obſcuri ſeges iſta laboris habebat,
Iam plana quiuis cognitione tenet.
Si quis & obiectis contraria tela rependat,
Difficilis nullo tempore caſus erit.
Ergò (quod ſpes eſt) vigeat relegatur, ametur,
Dignus luce, aura, tempore, iure, liber.

ALIVD
AD EVNDEM CONSVLTISSIMVM VIRVM DOMINVM
Præceptorem colendum.

CLARISSIMI, AC CONSVLTISSIMI VIRI CLEMENTIS
Claſman Treuirenſis, V.I.D.

FAllere cenſendi, pariter fallíq́ ſolebant,
Iniuſtè cenſis nec dabat alter opem:
Cum tua de cenſu multos cenſura per annos,
Exſpectata, nouo traditur hocce libro.
Traditur hoc libro de cenſu ſenſus apertus,
Sentiet vt quiuis cui modo ſenſus ineſt.
Nam bonus ordo, ſtilus facilis, contractio ſuauis,
Omnia digna ſcholis, omnia digna foro,
Quare ne fallant malè fallanturq́ deinceps,
Fallere vel falli neſcius ecce liber.

PVLLA

MARTINI QVINTI
EXTRAVAG.

Martinus V. Venerabilibus fratribus Treuerenſ. & Lubecenſi : ac Olmicenſi, Epiſcopis.

REGIMINI *vniuerſalis Eccleſiæ (quanquàm immeriti) diſponente Domino, præſidentes, curis angimur aßiduis, vt iuxta creditæ nobis diſpenſationis officium, ſubditorum quorumlibet paci & quieti, quantũ nobis ex alto conceditur, intendamus, & dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore (ne litis anfractus ſeu ſcandalorum parturiant fomentum) noſtro moderamine declarentur. Sanè petitio dilectorum filiorum vniuerſorum: cleri, nobilium, incolarum, & habitatorum ciuitatis & Diæ-*

& Diœceſis Vratislauienſ. nobis exhibita continebat, quod à centum annis citra & ſupra, & à tanto tempore, & per tantum tempus cuius contrarii memoria hominum non exiſtit, in eiſdem ciuitate & diœceſi ac partibus aliis vicinis quædam conſuetudo rationabilis, obſeruata, præſcripta, ac moribus vtentium approbata, ad communem hominum vtilitatem introducta fuiſſet: pro quibus Princeps, baro, miles, ciuis ſeu oppidanus partium earundem, cum hoc expedire videbatur: melius pro tunc non valentes ſibi conſulere perſonæ Eccleſiaſticæ: aut ſeculari collegio: aut vniuerſitati: oppido vel ciuitati ſuper bonis ſuis, dominiis, oppidis, terris, agris, prædiis, domibus & hæreditatibus vendere conſueuit, & vendidit annuos cenſus vnius vel plurium marcarum, aut groſſorum Pragenſium numi Polomei & pagamenti conſueti ad rationem & pro qualibet marca annui cenſus, decem, vndecim, tredecim, quatuordecim marcæ,

aut plus vel minus ſecundùm temporis qualitatem (prout ipſi contrahentes tunc inter ſe conuenerant) ipſi venditori tunc integraliter in pecunia numerata ſolui conſueuerant: bonis in ipſo contractu tunc expreſsis pro ipſius cenſus annui exſolutione in perpetuum obligatis. Et ſemper in ipſis contractibus expreſsè ipſis venditoribus data fuit facultas atq; gratia, quòd ipſum annuum cenſum in toto, vel in parte pro eadem ſumma denariorum, quam ab ipſis emptoribus receperunt, quandocunq; vellent liberè abſq; alicuius requiſitione, contradictione vel aſſenſu poſſent extinguere & redimere: ac ſe ab ipſius cenſus ſolutione ex tunc penitus liberare: Sed ad hoc huiuſmodi cenſus venditores inuiti nequaquàm per emptores arctari vel aſtringi valerent: etiam ipſis poſſeſsionibus & bonis obligatis, penitus interemptis ſeu deſtructis: Fuitq; & eſt talis contractus empt. & vendit. per Epiſcopos Vratislauienſes pro tempore exiſtentes, & eorum Officiales, nec non per diuerſos dominos tempo-

Digitized by Google

rales locorum & terrarum, in quibus cenſus huiuſmodi conſtituti exiſtunt, tanquàm licitus communi vtilitati deſeruiens, ſæpius confirmatus, pariter & approbatus. Quodq́; etiã ſuper huiuſmodi cẽſib. plurima beneficia Eccleſiaſtica, Collegia, Canonicatus, & præbendæ, dignitates, perſonatus, & officia, Vicariæ, altaria numero plusquam duo millia de expreſſo conſenſu & voluntate dominorum temporalium, ſub quorum territoriis dicta bona obligata conſiſtunt, erecta, dotata & fundata, authenticis eorundẽ dominorũ tẽporaliũ literis, ſigillis ſigillatis & roboratis fore naſcuntur. Quodq́; etiam venditores eorundẽ cenſuum ſe nonnunquã ad ipſorum cenſuum ſolutionem pœnis & cenſuris Eccleſiaſticis ordinariorum locorum ſpontè & liberè ſubmiſerunt: ſicut etiam aliqui eorum tractu temporis compulſi fuerunt, & compelli conſueuerunt. Tamen nonnulli ex venditorib. ipſis in arcum prauum conuerſi, cupientes cum alterius pecunia locupletari, huiuſmodi cẽſus hucuſq; per

eos antea liberè & abſq; vlla contradictione ſolutos eiſdem emptoribus tàm Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus ſoluere contradicunt & recuſant: confingentes huiusmodi empt. & vend. contractus fore & eſſe vſurarios & illicitos, ipſos emptores Eccleſiaſticos & ſeculares, necnon collegia & Canonicatus & præpendas, dignitates, perſonatus & officia, vicarias & altaria ac beneficia huiusmodi ipſorum annuorum cenſuum ſpoliant perceptione, & detinent ſpoliatos, in animarum ſuarum periculum, eorundemq́; emptorum præiudicium, dãnum & grauamen. Et propterea an contractus empt. & vend. huiuſmodi liciti exiſtant à nonnullis hæſitatur. Quare pro parte eorũdem cleri, nobilium, incolarum & habitatorum ciuitatis & Diœceſis Vratiſlauienſ. nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt an contractus huiusmodi liciti vel illiciti cenſeri debeant: declarare & aliâs eiſdem in præmiſſis opportunè prouidere de benignita

te Apo-

Digitized by Google

te Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi ſupplicationibus inclinati; quia etiam ex relatione Dilecti filii noſtri Guilhelmi tituli Sancti Marci preſbyteri Cardinalis, cui negotium huiusmodi cum peritorum conſilio commiſimus examinandum, comperimus contractus huiusmodi iuridicos, & iuxta determinationem Doctorum licitos fore. Ad huiusmodi ergò ambiguitatis tollendum dubium in præmiſſis præfatos contractus licitos, & iuri communi conformes, ac ipſorum cenſuum venditores ad illorum ſolutiones (remoto contradictionis obſtaculo) obligari auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia declaramus: Non obſtantibus præmiſſis cæteriſq́; contrariis quibuscunq́;. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere: Vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omni-

potentis Dei, ac beatorum Petri ac Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Volentes quòd prædicta literæ noſtræ debitū ſortiantur effectum, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium ſeu alios, præfatis emptoribus in præmiſsis opportuni fauoris præſidium efficaciter impēdentes, dictasq́ literas vbi, quando, & quoties expedire videritis auctoritate noſtra ſolenniter publicantes, faciatis eadem auctoritate eisdem emptoribus, vel ipſorum procuratoribus eorum nominibus, per vēditores ſeu debitores cenſuū huiuſmodi de præfatis cenſibus iuxta contractuum & conuentionum inter ipſos habitorum formam & tenorem, plenam & debitam ſatisfactionem impendi: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus communiter vel diuiſim à ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi,

vel

vel excommunicari non poſsint, per literas Apoſtolicas non faciētes plenā & expreſſam ac de verbo ad verbū de indulto huiusmodi mentionē. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos 6. Nonas Iulii.

Pontificatus noſtri

Anno 8.

CALIXTI TERTII BVLLA.

Calixtus III. Magdenburgen. Numburgen. & Halberſtaden. Eccleſiarum Decanis.

R*Egimini vniuerſalis Eccleſiæ (quanquàm immeriti) diſponente Domino, præſidentes, curis angimur aſſiduis, vt iuxta nobis crediti diſpenſationem officii ſubditorum quorumlibet paci & quieti (quantũ nobis ex alto conceditur) intendamus: Et dubia, quæ inter eos oriuntur pro tẽpore (ne litigium, anfractus exindè, ſeu ſcandala proueniant) debito (prout iuſtitia ſuaſerit) declarationis noſtræ miniſterio ſopiantur. Sanè pro parte venerabilis fratris noſtri Johannis Epiſcop. Merſpurg. &*

& dilectorum filiorum uniuerſi cleri ciuitatis & diœceſis Merſburg. nobis nuper exhibita petitio continebat: Quòd licet à tanto tempore cuius initii memoria non exiſtit, in diuerſis Alemaniæ partibus, pro communi hominum vtilitate, inter habitatores & incolas partium earundem talis inoleuerit, hactenusq́ obſeruata fuerit legitimè præſcripta, ac morib. vtentium & ordinariorum permiſſione, & plerunq́ expreſſa ratificatione approbata conſuetudo: Quòd ipſi habitatores & incolæ, ſiuè illi ex eis quibus id pro ſuis ſtatu & indemnitatibus expedire viſum fuerit ſuper eorum bonis, domibus, agris, prædiis, poſſeſſionibus, hæreditatibus annuos marcarum, florenorum ſeu groſſorum monetæ in partibus illis currentis, reditus ſeu cenſus vendentes pro ſingulis ex marcis, florenis ſiuè groſſis huiusmodi ab eis qui illas vel illos, ſiuè redditus ſiuè cenſus ipſos emerint certum competens pretium, numerata pecunia ſecundùm tẽporis qualitatem,

prout ipſi vendentes & ementes in cõtractib. ſuper his inter ſe firmauerũt & recipere ſoliti fuêre illa ex domib. terris, agris, prædiis, poſſeſsionibus & hereditatibus prædictis, qui in huiusmòdi contractib. expreſſi fuerunt, prædictorum ſolutione redituũ, & cenſuũ efficaciter obligantes, in illorum vendentiũ fauorem: Hoc adiecto, quòd ipſi pro rata, qua huiusmodi per eos receptam dictis ementib. reſtituerent in toto vel in parte pecuniam, à ſolutione redituũ ſeu cenſuũ huiusmodi reſtitutam pecuniam contingentium, liberi forent penitus & immunes. Sed iidem ementes ẽt ſi bona, domus, terræ, agri, poſſeſsiones, & hæreditates huiusmodi proceſſu temporis ad omnimodæ deſtructionis ſiuè deſolationis reducerentur opprobrium, pecuniam ipſam etiam agendo repetere non valerent. Apud aliquos tamẽ hæſitationis verſatur ſcrupulus, an huiusmodi contractus liciti ſint cẽſendi. Vndè nonnulli illos vſurarios fore prætendentes, occaſionem quærunt reditus & cen-

Digitized by Google

cenſus huiuſmodi ab eis debitos nõ ſoluendi. Quarè pro parte Epiſcopi & cleri prædictorum aſſerentium, quòd in talibus hic emptis cenſibus & reditibus fructus, reditus & prouentus plurium Eccleſiarum, monaſteriorum, hoſpitalium, & Eccleſiaſticorũ beneficiorum ciuitatis & diœceſis ac partium prædictarum, nec non ferè omnes quotidianæ diſtributiones, quæ in pleriſq; ex Eccleſiis ipſis diuinis intereſſentibus miniſtrari ſolẽt, conſiſtere noſcuntur: nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper his Apoſtolicæ ſedis declarationis oraculum impertiri, & adiicere paterna dilectione curaremus. Nos igitur huiuſmodi in hac parte ſupplicationib. inclinati & factã ex commiſſione felicis recordationis Martini Papæ V. prædeceſſoris deſuper examinationem, & eiuſdem prædeceſſoris noſtri declarationem attentius perſtringentes, ſuiſq; veſtigiis inhærentes, ad omne ſuper his ambiguitatis tollendum dubium, præfatos contractus licitos, iuriq; cõ-

formes & vendentes eoſdem ad ipſorum ſolutionem cenſuum & redituum, iuxta dictorum contractuum tenores (remoto contradictionis obſtaculo) efficaciter teneri auctoritate Apoſtolica præſentium ſeriè declaramus. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri ac Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ 1455, pridie nonas Maij, Pontificatus noſtri Anno primo. Volentes itaq́, quòd prædictæ literæ debitum ſortiantur effectum fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrũ per vos vel alium ſeu alios dictis Præpoſito, Decano, Capitulo, ac aliis beneficiatis opportunæ defenſionis præſidio aſſiſtentes, dictasq́ literas (vbi & quandò ac

quo-

Digitized by Google

quoties expedire videritis) auctoritate noſtra ſolenniter publicari faciatis, & eadem auctoritate per venditores ſeu debitores redituum & cenſuum huiuſmodi dictis emptoribus, ſeu illis quibus ipſorum redituum & cenſuum ſolutio præſtanda fuerit, de eiſdem cenſibus & reditibus, iuxta contractuum & conuentionum ſuper his habitarum formam & tenorem, plenã & debitam ſatisfactionem impendi: contradictores verò per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita, compeſcendo: non obſtante ſi aliquibus communiter vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultũ exiſtat, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poßint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem.

Datum vt ſupra.

Digitized by Google

BVLLA PII V. DE CENSIBVS.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

CVM onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes cognouerimus, innumeros celebratos fuiſſe, & indies celebrari cenſuum contractus: qui ne dum non continentur intra limites á noſtris anteceſſoribus eiſdem contractibus ſtatutos; verùm etiam, quod deterius eſt, contrariis omninò pactionib. propter ardentem auaritię ſtimulum, legum etiam diuinarum manifeſtum contemptum pręſeferunt: non potuimus, animarum prout tenemus, ſaluti conſulentes, & piarum mentium petitionibus etiam ſatisfacientes, tàm graui morbo, letiferoq; veneno ſalutari antidoto non mederi. Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus, cenſum, ſeu annuum reditum creari, conſtituiué nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili

Digitized by Google

bili habeatur, de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit. Rurſum niſi verè in pecunia numerata præſentib. teſtibus ac Notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro, iuſtoq; precio, Solutiones quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad caſus fortuitos eum qui aliàs ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringẽs facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam quia volumus rem ipſam ſemper & liberè, & ſine ſolutione laudemii, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei tam inter viuos, quàm in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda ſit, volumus dominum cenſus aliis omnibus præferri, eíq; denunciari conditiones, quibus vendenda ſit, etiam per menſem expectari. Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſeu ali-

quam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiuè aliundè adquiſitam perdere, aut in aliquam pœnam cadere ex toto irrita ſint, & nulla. Imò ad cenſum augeri, & nouum creari ſuper eadem, vel alia re, in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ, pro cenſib. temporis, vel præteriti, vel futuri omninò prohibemus. Sicut etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem aliâs de iure & ex natura contractus non ſpectarent. Poſtremò cenſus omnes in futurum creandos, non ſolum re in totum, vel pro parte peremptaaut infructuoſa in totum vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, ſed etiam poſſe pro eodem precio extingui; non obſtante etiam longiſsimi temporis ac immemorali, imò centum ac plurinm annorum præſcriptione necnõ obſtantib aliquib uſp a ctis directè, vel indirectè talem faclt atem auferentibus quibuscunq́ue verbis, aut clauſulis concepta ſint. Cum verò traditione pretii reditus extinguendus erit, volumus per bimeſtre antè id denunciari cui pretium dandum erit, & poſt denunciation, intra annũ tamen, etiam ab inuito pretium repeti poſſe, & vbi

pre-

precium, nec volens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur. Volumus nihilominus quandocunque reditum extingui poſſe, præuia tamen ſemper denunciatione, de qua ſupra: & nõ obſtantib. his, de qua ſupra, idque obſeruari mandamus, etiam quod pluries, aut plures denunciatum fuiſſet, nec vnquam effectus ſecutus fuiſſet. Pacta etiam continentia precium cenſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe omninò prohibemus, contractus ſub alia forma, poſt hac celebrandos, fœneratitios iudicamus. Et ita, illis propterea non obſtantibus, quidquid vel expreſsè, vel tacitè, contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fiſco volumus poſſe vendicari. Hanc autem ſalutiferam ſanctionem, ne dum inceſſu nouiter creando, verùm etiam quòd in creato quocunq; tempore alienando, modò poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit, perpetuò & in omnibus ſeruari volumus. Declarantes precium ſemel cenſui conſtitutum nunquam poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quoad vltimò contrahentes minui,

vel augeri. Et licet legẽ ipſam ad contractus iam celebratos, non extendamus, illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus, hortamur in domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorum religioſorum ſubijciant, & animarũ ſaluti conſulant. Nõ obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon priuilegiis & literis etiam per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam noſtris ſub quibuſcunq; tenoribus & formis, ac cũ quibuſuis, clauſulis etiam derogatoriarũ derogatoriis, nec nõ irritantibus decretis ex quauis cauſa, etiam per modũ legis vniuerſalis, aut aliàs quomodolibet editis, ſiuè in fauorẽ vniuerſitatũ, communitatũ, congregationũ, ciuitatũ & locorũ conceſsis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus & ſingulis illorũ tenores præſentibus pro expreſsis habentes, quatenus directè, vel indirectè præſenti noſtræ conſtitutioni in toto vel in parte contrariẽtur, ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteriſq; contrariis quibuſcunq;. Volumus autẽ, quòd præſentes in Cancellaria & acie campi floræ publicentur, & inter conſtituti-

ones

ones extrauagantes perpetuò valituras, conſcribantur. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæq; loca deferri, volumus & etiam declaramus, quòd earum tranſumptis etiam impreſsis manu alicuius Notarij publ[illegible]i ſubſcriptis ac ſigillo alicuius prelati munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominũ liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis, annullationis, ſtatuti, mandati, iudicij, hortationis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1568. 14. Calend. Februarij, Pontificatus noſtri Anno quarto.

Digitized by Google

EXTRACTVS
IMPERATORIARVM CONSTITVTIONVM, QVIBVS DE IVRE ANNVI REDITVS diſponitur.

Auguſtiſsimus Imperator Maximilianus I. in conſtitutione Anno 1500. Auguſtæ lata, titul. Von wucherlichen Contracten. §. Dieweil aber/ *de iure annui reditus ita ſancit.*

DJEweil aber die Widerkäuff allenthalben in allen Landen gemein ſind / vnd vnder dem Schein derſelben mancherley Gefärlichheit / vnd Vnziemblichkeit geübt wirdt / befehlen wir hie vnſeren verordneten Reichs Regiment / geben jhnen auch deß hiemit vnſern volkomnen Gewalt / vnd Macht / der Widerkäuff halben ziemblich Form / Maß / vnd Ordnung zumachen / vnnd die allenthalben im Reich / in vnſerm Nahmen außzuſchreiben vnd zu verkünden / damit ſich ein

ein jeder hinfür / in Widerkauffen / derſelben Form vnd Maß wiß zugebrauchen / vnnd zuhalten. Wir ſetzen / ordnen vnd wöllen auch / ob hinfür / nach dem vnd wann die an die angezeigte Form vnd Maß verordnet / geſetzt / vnd verkünd ſein würdt / einiger Widerkauff gemacht / die an der Subſtantz / vnd Form / obgemeldt / gebreuchlich erfunden würdt / daß dieſelbigen alle krafftloß / vnnd vntüglich ſein ſollen.

Carolus item V. Imperator potentiſsimus in reformatione politiæ Auguſtæ Anno 1530. factæ, titulo Von wucherlichen Contratten / §. Vnd nach dem. *de emptione cenſus ſubſequentem in modum diſponit.*

VNnd nach dem die Widerkäuffs Gülden allenthalben in Landen gemein ſind / ſo ſoll hinförder von hundert nicht mehr dann fünff / wie gebreuchlich / gegeben vnd genommen werden: Vnnd hinfürder die Verſchreibung auff Widerkauff / wie Widerkauffs Recht / beſchehen / vnnd was darüber gegeben / genommen / oder gehandelt / wöllen wir das

 ſelbig

ſelbig für wucherlich geacht / vnnd gehalten/ vnd wie obgemeldt/geſtrafft haben.

Idem Imperator in reformatione politiæ Anno 1548. Auguſtæ celebrata, eod. tit. §. Vnd nach dem ꝛc.

VNd nach dem die Wiederkauffs Güldten allenthalben inn Landen gemein ſind/ ſo ſollen mit hundert Gülden Hauptgelts nicht mehr dann fünff Gülden / wie gebreuchlich/gekaufft werden/vnd die Loßkündigung der Gült Verſchreibung / auff Widerkauff/ wie Wiederkauffs Recht /bey dem Verkäuffer / vnnd nicht bey den Käuffer ſtehen/ vnangeſehen wie dieſelbig Güldt Verſchreibūg geſtelt/ vnd was darüber gegeben/ genommen/ oder gehandlet/ wöllen wir/ daß daſſelbig/ vnd alle andere vnziembliche pacta, oder Geding/ für wucherlich/ vnnd vnkräfftig geacht/ gehalten / vnnd von den Richtern nicht darüber erkennt/ oder geurtheilt/ſonder wie obgemelt/geſtrafft werden ſolle.

Inuictiſsimus Imperator Rodolphus II. in ordinatione politiæ Francofurti Anno 1577.

1577. erecta, titulo Von wucherlichen Contracten/ §. Vnd nach dem ꝛc. *de annuis reditibus hunc in modum ſtatuit.*

VNd nach dem die Widerkauffs Gůldten allenthalben in Landen gemein ſindt/ ſo ſollen mit hundert Gulden Haupt-Gelts nicht mehr dann fůnff Gulden/ wie gebreuchlich/ gekaufft werden/ vnd die Loßkůndigung der Gůlt Verſchreibung auff Widerkauff/ wie Widerkauffs Recht/ bey den Verkåuffern/ vnd nicht Kåuffern ſtehen/ ohn angeſehen/ wie dieſelbige Gůlt Verſchreibung geſtelt iſt/ vnd was darůber gegeben/ genommen/ oder gehandlet/ wöllen wir daſſelbig/ vnd alle andere vnziembliche pacta, oder Geding fůr wucherlich vnnd vnkråfftig geacht/ gehalten/ vnnd von den Richtern nicht darůber erkennt/ oder geurtheilt/ ſonder wie obgemelt/ geſtrafft werden ſolle.

CONSTITVTIO
SERENISSIMI FERDINANDI
ARCHIDVCIS AVSTRIAE,
de iure annui reditus

WIr Ferdinand von Gottes Gnaden Ertzhertzog zu Oſterreich/ Hertzog zu Burgund/ zu Braband/ zu Steyr/ zu Kernden/ zu Crain/ zu Lützenburg / zu Würtenberg/ Fürſt zu Schwaben/ Margraue deß Heyligen Römiſchen Reichs/ zu Burgaw/ Gefürſter Graue zu Hapßburg/ zu Tyrol/ zu Pfirdt/ zu Kiburg/ vnnd zu Görtz/ ꝛc. Landgraff in Elſaß/ Herr auff der Windiſchen Marck/

Digitized by Google

Marck / zu Portenaw / vnd zu Salins / ꝛc. Enbieten N. allen vnnd jeden / Geyſtlichen / vnd Weltlichen / Prælaten / Grafen / Freyen / Herꝛen / Rittern / Knechten / Hauptleuten / Landtvögten / Vögten / Pflegern / Verweſern / Amptleuten / Schuldtheiſſen / Burgermeiſtern / Landtrichtern / Richtern / Räthen / Burgern / Gemeinden / vnd in gemein allen denen / ſo von Ampts vnd Oberkeit wegen zugebieten haben / Auch ſonſten allen andern vnſern Vnderthanen / Dienern / vnd Getrewen / allenthalben inn vnſeren Vorderöſterreichiſchen Landtgraffſchafften / vnnd Herꝛſchafften / deß Ellſäß / Sundtgaw / Breyßgaw / vnd am Schwartzwaldt / vnd den Vierwaldtſtätten / Waltzhut / Reinfelden / Lauffenburg vnd Seckingen / vnd in den Stätten Villingen / vnnd Preinlingen / vnſer Gnad / vnnd alles Guts. Nach dem vns bey Jüngſt mit vnſern getrew gehorſamen Vorderöſterreichiſchen Landtſtänden / zu Enſißheim gnedigiſt gehaltnen Landtag / durch ſie die Landtſtände mit vnderthenigſter beſchwerde / fürgebracht worden / wie das nun lange zeit her / von jhnen den Ständen im Werck befunden / das der arm Burger / Landt / vnd gemein Mann / durch vnbilliche wucherliche Conträtt / vnnd Händel / wider gemeine beſchribne Keyſerliche

Recht/ auch deß H. Reichs Conſtitutionen/ vnd Policey/ordnungen/ in euſſerſte Armuth gezwungen vnnd betrangt werde/ dermaſſen das etwann vor hievor langer/ vnnd gelegner zeiten/ die Früchten vnd Wein/ in gar geringem/ vnd wolfeylen Kauff/ angeſchlagen/ hingegen aber/ der gemein arm Mann/ ſich anjetzo/ auch vmb geringer Summa Gelts willen/ dermaſſen verobligieren/ vnnd verſchreiben müſſe/ das er jetziger zeit von hundert Gulden Hauptſumma/ Järlichen ein Fuder Weins/ ſo dieſer zeit biß in die dreyſſig/ vnd wol etwann biß inn die viertzig/ vnnd mehr Gulden gelt. Item von acht/ oder zehen Gulden Hauptſumma/ ein fiertel Frucht/ ſo jetziger zeit biß in die drey vier/ vnnd fünff Gulden am Werth auff geſtigen/ Järlichen zu Zinß/ vnd Güldt endtrichten/ vnnd bezahlen muß/ auch wein/ Getraid/ vnd anders auff porg vmb vngebürlichen Kauff/ vnnd viel höher dann vmb bar Gelt zuſtellen/ vnnd verkauffen/ vnd ſonſt in ander vil weg zu vnbillichen/ vnd vnzuläßlichē Käuffen getrungen/ vnd damit die Armen alſo genöth worden/ das deren etlich jhr Haußhäblich weſen verlaſſen müſſen.

Vnd dieweil aber ſolche vnd dergleichen eingerißne hochſchädliche verderbliche Contráct/ auch der Wucher an jme ſelbſt Vnchriſtlich/

lich/vnd in allen Geiſtlichen/ vnd Weltlichen
Rechten gentzlichen verbotten/ auch menigli-
chen/Landt vnd Leuten/zu höchſter beſchwer-
nuß/erarmung/vnd verderben reicht/vnd vns
als einem Chriſtenlichē Catholiſchē Fürſten/
zugeſtattē/oder zuzeſehē/nit gebüren will auch
mit nichtē gemeint. So ſetzen/ordnē/vñ gebie-
ten wir demnach hiemit/allē vnſern Landtſeſ-
ſen/ vnnd Vnderthanen/ hochs/ vnd nidern
Standts/alles ernſts/vnd wöllen/das ſie ſich
aller obangezogner/auch anderer vnrechtmeſ-
ſigen wucherlichē/vnd vnchriſtlichē Contrāct/
Pacta, geding/vnd vortheilhafftigen Händel/
wie die genennt/oder erdacht werden mögen
hinfüran/ vnder/ vnd gegen einander gentzli-
chen endthalten/vnd bemüſſigen/auch dergleī-
chen wucherliche handlungen/bey verlierung
deß fürgeſtrecktē Gelts/oder erkaufftē Guts/
vnd Zinß/oder ſo vil werdts/geſtrafft werden/
vnd im Rechten vnkräfftig vnd vnbindig vnd
dem/ wider den die geübt/ ohne allen ſchaden
ſein ſollen/ vnd ob der Arm betrangt Mann/
ſich gleichwol nicht beklagen wurde/So ſollen
nichts deſtoweniger die Oberkeiten allenthal-
ben/ein fleiſſigs auffſehen/auff ſolch vngebür-
lich fürleyhen/ Zinß/ Käuff/ vnnd Verkäuff
haben/ vnnd bey wem Sie die befinden/ obge-
ſchribner maſſen/ſtraffen/vnnd darinnen nie-

mandts verſchonen / vnnd ſonderlichen die Frucht dahin meſſigen / das ſie nicht weiter dann von zwantzig Gulden / ein Gulden ſich erſtrecken / oder aber für die Frucht ſovil Gelts von den Zinß-Herren / genommen werde. So aber je ein Vnderthan zu ſeiner notturfft endtleyhen wolte / oder müßte / daß er dann nit gar verlaſſen werde. So ordnen wir / das ein jede Perſon / Sie ſeye Geiſtlich / oder Weltlich / die auff künfftig Wein oder Traid leyhen / oder endtlehnen will / ſolches nit anders thu / dann auff den gemeinen Wein / vnnd Traidtkauff / Nemblichen / was das Traid / vierzehentag nach dem Schnitt / oder der Erndt / vnnd der Wein vierzehentag nach dem Weinmonat / oder Weinleſen / negſt nach dem leyhen / oder endtlehnen / vngevohrlich / zu gemeinen / oder Wochenmärckten gelten würdt / nach dem / vnd nit anders ſoll die bezahlung deß endtlihenen Gelts gerait werden / vnd beſchehen.

Wir wöllen auch das der ſo einem Gelt / Wein / Traid / oder anders hinleiht nichts dañ die Hauptſumma fordern / vnd nemmen / vnd kein Gewinn / noch Vbernutz / kein Schanckung noch Vortheil darumb / vnd dauon empfahen / Welcher aber das vbertrette / der ſolle darumb / als vmb ein Wucher geſtrafft werden / Aber die Bezahlung mit gleichem / vnnd

gutem

gutem Werth/ als gelyhen iſt beſchehen/ vnnd in ſonderheit mit Wein/ vnnd Traidt/ in dem Werth auff die obgeſchribne zeit geſetzt/ vnd beſtimbt. Wir gebieten/ vnd wöllen auch/ das hinfüran künfftiglichē kein Vnderthan in obcriertten vnſern Vorderöſterꝛichiſchē Landen/ ohne ſonderliche bewegliche Ehafften/ vnd ohne vorwiſſen/ vnd Conſens der Oberkeit/ auff Wein/ oder Fruchtzinß/ einiches Gelt endlehnen noch auffnemmen/ auch alle/ vnd jede obberuerte zuläßliche Contráct nit heimlichen/ vnd in wincklen/ ſonder mit wiſſen jedes Oberkeit/ oder vor Schuldtheiß/ vnd Gericht in jedem Flecken/ auffgericht/ vnd geſiglet werden ſolle. Weitter nach dem auch obbernante vnſere getrew gehorſame Vorderöſterꝛeichiſche Landtſtändt ſich vor vns vnderthänigiſt beſchwerdt/ das der gemein arm Mann/ in beruerten vnſern Vorderöſterꝛeichiſchen Landen/ in ſeiner Notturfft/ vnd Anligen/ von den Juden/ ſo hin vnd wider in denſelben vnſern Landen geſeſſen/ von jhres Vnchriſtlichen vbermeſſigen vnnd vnleydenlichen Geſuchs/ vnnd Wucher/ in euſſeriſte Armuth/ vnd Verderbē gerathen/ Gleichfals auch das ſich allerley Herꝛnlas/ leichtfertigs/ welſchs/ vnnd ander frembdts müſſiggeendts Geſindt/ Landtfarer/ Gardtknecht/ Pettler/ Zigeiner/ Gwürtz

vnd

vnd ander ſtreichende Krämer/ vnd dergleichē
ſchädliche Perſonen/ hin vnd wider/ in vnſern
Vorderöſterreichiſchen Landen/ einſchlaipfen/
vnd mit höchſter beſchwerde ob dem gemeinen
Mann ligen/ vnd denſelben beängſtigen/ vnd
derwegen ſie vnſere Vorderöſterreichiſch Land-
ſtände/ vmb abſtellung/ auch außſchaffung
derſelbē Juden/ vñ andern obbemelten Herrn-
loſen/ müſſigeenden Geſindts/ Vnderthenig-
giſt angeruffen/ vñ gebetten/ vnd wir vns auch
für vns ſelbſt/ als ein getreuwer Vatter/ Herr/
vnd Landtfürſt/ gnedigiſt geneigt ſeyen/ in die-
ſem vnd allem anderm vnſerer Lundtſeſſen vnd
Vnderthanen Nachtheil/ vnd Schaden/ nach
höchſter vnſerer vermüglichheit/ abzuſtellen.
So iſt dem allem nach/ an alle/ vnd jede/ in vn-
ſeren Vorderöſterreichiſchen Landen/ nachge-
ſetzte Oberkeiten/ vnſer gnedigiſter/ vnd ernſt-
licher beuelch/ daß jhr alle/ vnd jede Juden/
wieuiel der allenthalben/ in vnſern Vorder-
öſterreichiſchen Landen/ vñ Gebieten geſeſſen/
vnd wohnend ſeyen/ ſampt vnd ſonders/ jnner-
halben Jars friſt/ vom außgang verſchinnen
Monats May/ anzurechnen/ biß auff den er-
ſten Tag Iunij nechſtkünfftigen 74. Jars/ al-
lenthalben auß Ewer jedes verwaltungen/ ge-
wißlichen/ vnd mit ernſt/ außſchaffet/ vnd de-
ren vber ſolche Jars friſt keinen mehr darinnē

zuendt-

zuendthalten geſtattet / oder geduldet / Alſo ſollet jr die nachgeſetzten Oberkeitẽ/auch künfftiglich keinem Juden/ er ſey gleich geſeſſen vnd waß Oberkeitẽ es wölle/ geſtattẽ zulaſſen noch vergönnen einichen vnſerm Oeſterreichiſchen Landtſeſſen/ oder Vnderthan / vil oder wenig auff wucher zuleihen/ oder fürzuſtrecken/ alles bey verliehrung der Hauptſumma/ Zinß/ vnd Wuchers.

Weitters iſt auch vnſer gnedigſter / vnd ernſtlicher bevelch/ dz jr die nachgeſetztẽ Oberkeiten allenthalbẽ in Ewern verwaltungẽ/auff obbemelts Herꝛnloß leichtfertig/ Welſchs/ vñ anders frembdts müſſiggeendts Geſindt/ Landtfahrer / Gardtknecht / Pettler / Zygeiner/ Gwürtz/ vnd ander ſtreichende Krämer/ vnd dergleichen ſchädliche Perſonen/ jederzeit/ gut acht/ vnd auffmercken gebet/ vnd auff dieſelben / von einer Herꝛſchafft / Verwaltung/ Ampt/ vnd Gebiet/ zu der andern/ mit Pferdẽ vnd Schützen/ zu Roß vnd Fuß / wie es jedes mahls die notturfft erfordert/ ernſtlichẽ ſtreiffet/ die auch nirgendt in Ewern Verwaltungẽ geſtattet/ noch vnderſchleipf zugeben geduldet/ ſonder allenthalben auß vnſern Vorderöſterröſterreichiſchẽ Landẽ/mit ernſt würcklich außgetriebẽ werden/ wie wir dañ ein ſolches vnſerem in beruerte vnſere Vorderöſterreichiſchen

Lands

Landt auffgenommen Landtprofoſen/ gleich=
fals zuthun aufferlegt/ vnd befohlen haben/
dem jr auch zu ſolchem ſtreiffen/ vnd vmbreitē/
auff ſein begehren/mit zuordnung Pferdt/vnd
Schützen/ ſouil/ die notturfft erfordert/ jeder=
zeit gute Hilff vnd Handreich erzeigen/vnd be=
weiſen ſollet/ vnd in ſolchem allem obbemelt/ jr
die nachgeſetzten Oberkeiten/ bey vermeydung
vnſerer Straff/ vnd Vngenad nit abſäumig/
oder fahrläſſig erſcheinet/ Das alles meinen
wir ernſtlich/ vnnd beſchicht auch daran vnſer
gnedigſter gefälliger Willen vnnd Meinung.

Geben in vnſerer Statt Inſprug/ den
erſten Tag Monats Septem-
bris. Anno LXXII.

Ferdinandus

Ad mandatum Ser^mi Domini
Archiducis proprium.

V. J. Freyherr zu Schneberg.

H. Ernſtinger.

SVMMAE PRO-OEMII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

1 *Diuiſio totius operis, quod nouem capitibus abſoluitur.*
2 *Caſus vtriuſq; capit: de empt. & vend. in extrauagantib. communib.*
3 *SS. Pontificum Martini V. & Calixti III. deciſiones, emptionem cenſus eſſe contractum licitum.*
4 *Obiectiones vndecim, & tria Franciſci Hottomanni ſophiſmata, quibus videntur infringi SS. Pontificum deciſiones, & n. ſeqq.*
5 *Pecunia pecuniam non parit, nec recipit, verum uſumfructum.*
6 *Nummus quando ſit menſura rerum omnium.*
7 *Inter menſuram, & menſuratum debet eſſe diuerſitas.*
8 *Vbi non poteſt diſtingui merx à pretio, ibi non eſt emptio.*
9 *Inter precium & mercedem, debet eſſe aequalitas.*
10 *Vſura committitur quoties cauſa mutui vltra capitale aliquid adcipitur.*
11 *Non debet eſſe aequale pretium cenſus temporalis, & perpetui.*
12 *Indignum eſt quem ex aliena induſtria fructum capere.*
13 *Emptio cenſus videtur multorum malorum cauſa.*
14 *Diuerſum eſt, pro diuerſitate regionum, emptionis cenſus pretium.*

A Nomi-

Tertiò, quibus modis & titulis cenſus conſtituatur, docebo, pariterq; dubitandi cauſas tollam.

Quartò capite de rebus, quibus cenſus imponitur, agam.

Quintò, quodnam annui reditus iuſtum ſit pretium, edocebo.

Sextò, de pactis, quæ cenſuali contractui adiici ſolent, diſputabo.

Septimò, quibus modis ius annui reditus probetur conſtitutum, oſtendam.

Octauò, quibus modis cenſus finiatur, & extinguatur, recenſebo.

Ad extremum, quæ actiones ad cenſum aſſerendum, & penſionem annuam petendam competant, paucis aperiam.

CASVS VTRIVSQVE EXtrauagantis.

EX conſuetudine ſupra hominum memoriam, in multis Germaniæ partibus, † potiſsimum in Vratislauienſi diœceſi, exiſtente, eccleſiaſticis perſonis, monaſteriis, eccleſiis, collegiis, vniuerſitatibus, oppidis, &c. ex bonis dominiis, oppidis, terris, agris, prædiis, domibuſué, annuum cenſum in parata pecunia exoluendum, vendere ſunt ſoliti Principes, Barones, nobiles & ciues, ad rationem vnius groſsi, ſeu marchæ, pro decem, vndecim, tredecim, vel quatuordecim, perpetuò exoluendæ, de, & ſuper rebus, ac prædiis hoc nomine oppignoratis, pacto interpoſito, quòd cenſum, vel in totum, vel in partem reddito venditionis pretio, quandocunque velit, redimere, & reemere poſsit venditor. 2

Inuitus tamen ad reemendum ab emptore cogi nequeat, etiam peremptis prædiis, vel fundis cenſu oneratis, & pro annua penſione obligatis. Dubitatum fuit *Sitne huiusmodi contractus licitus an vſurarius?* Cenſuum venditores eum fœneratitium aſſeruerunt, eamq; ob cauſam præſtationes annuas emptoribus ſoluere recuſauerunt. Interrogati de contractus iuſtitia Pontifices eundem lici um, † iuſtum, & ab omni vſuraria prauitate li-
3 beru m decreuerunt.

4 Verùm plurima exiſtunt argumenta † quibus Pontificum conſtitutiones in dubium reuocantur.

5 Primùm, Pecunia † pecuniam non parit, nec ex ſe fructum fert. *§. conſtituitur. inſtit. de vſufructu.* Vbi Iuſtinianus aſſerit res, quæ vſu conſumuntur (in quibus numerat quoque pecuniam) neque naturali, neque ciuili ratione vſumfructum recipere, quod ipſo vſu quodammodo extinguantur.

Et *Ariſtoteles lib. 4. cap. 1.* Vſus, ait, pecuniæ, eſt eius conſumptio & datio; retentio verò & adceptio, eſt poſſeſsio: Ex quo ſequitur illicitum eſſe, & iniquum pro pecuniæ vſu aliquid ſupra ſortem adcipere, cum id ex induſtria potius aliena, quàm ipſa pecunia capiatur.

Confirmatur id ſecundò ea ratione, quod in mutuo ſupra ſortem aliquid accipere, ideò dicatur, ſitq; vſura, quòd pecunia mutuo data, in mutuatarii dominium tranſiens, natura ſua res ſit ſterilis nullum afferens fructum: Eadem igitur ratione in cenſus emptione ſupra pretium, quod in venditoris dominium tranſit, in ſingulos annos aliquid capere vſuram & fœnus ſapit.

Tertiò, Principalis & proprius pecuniæ vſus eſt, vt per eam cæteræ res æſtimentur, *l. 1. ff. de rerum permut*

Digitized by Google

l.1.ff. de cont.empt. Ariſtoteles lib.5. Ethic.c.5 & lib.polit.ca.9. vbi ſcribit, nummum † omnium rerum eſſe menſuram, vt puta, quo ad æqualitatem res omnes redigantur: 6
inter menſuram autem † & menſuratum debet eſſe diuerſitas, nihil enim ſui ipſius eſt menſura, authore *Ariſtotele lib.4.phyſic.* Neque enim congruit aureos aureis æſtimari. Vnde conficitur annuos reditus pecunia ſoluendos, pecunia emi, atq; ita æſtimari non poſſe, cum ea ratione pecuniæ vſus peruertatur, & inductum ad certum finem, contrarium operetur. 7

Quartò, Emptionis contractus, ratione materiæ, duo requirit diuerſa, mercem & pretium, & ſi † inueniri non poteſt, quid ſit merx, quid ſit pretium, emptio eſt nulla, neque enim ratio patitur, vt vna, eademque res, & veneat, hoc eſt, ſit merx, & vendatur, & emptionis pretium ſimul, vt reſpondet *Paulus ICtus d.l.1.ff. de rerum permut. & d.l.1.ff. de contrah. empt. vbi §.fin.* inter permutationem, & emptionem id intereſſe dicit, quod in emptione aliud ſit pretium, aliud merx, id quod in permutatione diſcerni non poteſt. Verum in hoc cenſus contractu, etſi pretium reperiatur conſtitutum: attamen merx, ſeu res, quæ eo pretio veneat, datur nulla. Nam cenſus venditor, aut ſuam perſonam, quæ ad penſionum præſtationem ſe obligat, diſtrahit: aut fundum, in quo cenſum conſtituit, alienat: aut deniq; penſionem ipſam diuendit. Non primum, quia conſtituens cenſum, perſonam ſuam emptori vendere non proponit, nec emptori ſcienti ſuam conditionem, vendere poteſt *gl. §. ſerui autem. inſtit. de iure perſonarum. l. liberis. §. ſi quis ſciens. ff. de liberali cauſa.* Non ſecundum, nam perfecto cenſus contractu, fundi dominium penes cenſus venditorem remanet. Non poſtremum, quia 8

penſio eſt ipſa pecunia, quæ mercis vice fungi non po-teſt, cum merx & pretium debeant eſſe diuerſa. Conficitur ergò huiuſmodi contractum non emptionem, ſed merum mutuum conſtituere.

9 Quintò, In emptionis contractu inter † pretium & mercem æqualitas vt ſit, eſt neceſsè: ita quidem, vt iuſtum ſit pretium reſpectu valoris rei, tantiq; res valeat, quanti veneat: nam ob enormem læſionem emptio ceu iniuſta reſcinditur, *l. 2. C. de reſcind. vendit.* Atqui in hac cēſuum emptione, inter mercem & pretium, proportio & æqualitas datur nulla: nam pretium eſt quidem certum, & definitum, verbi gratia, centum coronati, merx verò incerta, puta, quinq;, ſex, ſeptem, octo, nouem, decem, vndecim, &c: coronati in ſingulos annos exoluendi, ſemper, & perpetuò. Quo fit, quod decem, vndecim, duodecim annis, ſors ſeu capitale, hoc eſt, pretium, penſionem, hoc eſt, mercem æquet, remanente nihilominus ipſo venditore obligato ad perpetuam reditus ſolutionem, aut pretii accepti reſtitutionem: Id quod inæqualitatem, & iniquitatem continere videtur.

10 Cui ſextò accedit, quod vſura † exerceatur, cum mutui cauſa ſupra capitale aliquid capitur: Verùm in his contractibus, quibus annui reditus pecunia ſoluendi conſtituuntur, quiq; maximam cum mutuo habent affinitatem, labente tempore ſupra ſortem ſeu pretium aliquid in eodem genere aufertur. Etenim qui quinquaginta aureorum cenſum, mille aureorum pretio mercatus eſt, is viginti quinq; annis elapſis, & pretium datum recipit, & ſupra id non ſolum ducentos quinquaginta capit, ſed etiam ſortem ipſam à cenſus debitore exſpectat. Quo fit, quod hoc caſu grauis & intollerabilis fœnoris ſuſpicio ſubſit.

Septi-

Septimò aduerſus Pontificias conſtitutiones tale adducitur argumentum: Temporalis cenſus, † definiti temporis, puta ad viginti, vel quadraginta annos, ad rationem decem, vndecim, duodecim, tredecim vel quatuordecim aureorum, pro centum aureis rectè, & iuſtè comparatur, vt paulò poſt explicabitur: Ergo eodem pretio, idem perpetuus cenſus illicitè & iniuſtè emitur: plus enim valet perpetuus, quàm temporalis cenſus, cùm ille in perpetuum, hic ad definitum tempus præſtetur. 11

Octauò, indignum † & iniuſtum eſt aliquem commoditatibus, aliena induſtria & opera partis, potiri, alienam meſſem demetere, & vt apud *Heſiodum*, alienum ſudorem in proprium ventrem mittere; atq; apud *Liuium Fabius*, quam arborem conſeruiſſet quis, ſub ea alium legere fructum: Verùm in caſu contractus cenſualis, ex venditoris cenſus induſtria, & labore emptor lucrum facit, quod iniquum & indignum videtur. 12

Nonò, Contractus hic † multorum malorum eſt cauſa, ideoq; ex Republica exterminandus: Primò enim à negotiis & laboribus ad otium, deſidium, turpeq; lucrum auocat homines, qui facilem hanc, & commodam augendæ rei familiaris occaſionem arripientes, laborioſos lucrandi modos, eoſque Reipublicæ admodum vtiles, fugiunt, vitam in otio, ceu inutilia terræ pondera, traducunt: Deinde multorum facultates exhaurit, & abſumit. Deniq; vſurariis, otioſam pecuniam habentibus, ad euitandam pœnam aduerſus fœneratores conſtitutam, pecuniam corradendam, ruſticos, egenoſque bonis exuendos, optatam obiicit occaſionem. 13

Decimò, Quod in ſuis extrauagantibus aſſerue-

runt ſummi Pontifices, cenſum ad valorem decem, vndecim, duodecim, tredecim, & quatuordecim pro vno rectè & iuſtè emi, id Romani Imperii conſtitutionibus, & aliorum Regnorum, Prouinciarumq; conſuetudinibus aduerſatur. Nam † *Carolus Quintus inuictiſſimus Imperator in reformat polit. facta Auguſtæ, Anno* 1530. *titulo*, Von wucherlichen Contracten. § *fi. & altera conſtitutione Anno* 1548 *Auguſta promulgata, eadem rubrica*, §. *penult.* iuſtum & rectum annuorum redituum pretium definit, conſtituit, exigitque ad quincunces vſuras, hoc eſt, ad rationem viginti florenorum pro vno, centum pro quinque, mille pro quinquaginta. *In Nauarra* regno, ad rationem ſeptem pro nonaginta ſex; *Romæ* verò ad rationem ſeptem pro centum rectè & iuſtè comparari ſcribit *Martinus Nauarra c. ſi fœneraueris*. 14. *quæſt*. 3. *nu*. 104. Itaque ſi iuſtum reputatur pretium, cum quinque, ſex, aut ſeptem aurei in ſingulos annos perpetuò ſoluendi, centum aureis emuntur, profectò decem, vndecim, duodecim, tredecim, aut quatuordecim, atque ita duplò plures aureos in ſingulos annos, comparari aureis centum iniuſtum, & iniquum cenſetur.

15 His & ſimilibus argumentis permoti † *Salicet. in auth. adhæc. C. de vſuris. Henricus Gandauenſis quotlib*. 8. *quæſt*. 22. *& alii à Saliceto, & Guilhel. tract. de vſuris. nu*. 13 relati, hanc redituum annuorum emptionem, aut vſurariam, aut vſurario contractui admodum affinem eſſe cenſent.

16 Vndecimò, Aduerſus Pontificias extrauagantes alia argumenta profert Franciſcus Hottomannus † *lib* 2. *obſ*. 15. quæ ab ipſo obſcurè propoſita, in ſyllogiſticam formam

formam contracta, clariora reddam, vt & argumentorum fallatia, & arguentis impoſtura detegatur.

Primum eſt, Emptio ex eorum contractuum numero eſt, qui ſolo conſenſu contrahuntur: atqui contractus cenſualis non conſenſu, ſed re perficitur: ergò &c. Minorem probat, nam antequam numerata pecunia ſit, nulla obligatio poteſt concipi.

Secundum, In emptione & venditione vltrò citròque obligatio naſcitur: at in hoc negotio, alter tantum, hoc eſt, is, cui fundus traditur, obligatur: Ergo &c.

Tertium, In emptione contrahenda res quanti eſt in ſolidum, ſecundum omnes ſui commoditates æſtimantur: hîc autem non fundus, ſed eius tantum annuus prouentus æſtimatur, fundus autem gratis ſine vllo pretio emitur, vel potius aufertur.

His argumentis probatum cenſet Hottomannus cenſualem contractum, vt emptionem veram non ſubſiſtere, & tres fraudes occultiſſimas ſub huiuſmodi conuentionis ſpecie latere procaciter & impudenter ſcribit.

Ego prioribus decem argumentis Pontificas conſtitutiones oppugnari, verum minimè expugnari, Hottomannum autem ſuis elenchis, prædictas conſtitutiones calumniari animaduerto. Ad docendum id, vindicandasq; Pontificum conſtitutiones, adeoque totius quaſi orbis Chriſtiani praxin, & conſuetudinem defendendam, annuorum redituum, ſeu cenſuum iura, (quod facturum me recepi) paulò altius, & ordine propoſito, explicabo.

CAPVT PRIMVM, DE MVLTIPLICI VOCABVLI CENSVS SIGNIFICATIONE.

SVMMARIA.

1 *Annui reditus, qui pecunia comparantur, an rectè uocentur cenſus?*

2 *Variæ acceptiones vocabuli cenſus, & num. ſeqq.*

3 *Cenſus ſignificat æſtimationem bonorum, ſecundùm quam ſoluuntur tributa, & ſteuræ: & vndè dictus?*

4 *Cenſitores & peræquatores qui?*

5 *Cenſus à quo, & cur primò inſtitutus?*

6 *Cenſus ſecundò ſignificat ipſum patrimonium & bona.*

7 *Tertiò ſignificat ipſum tributum, quod penditur.*

8 *Cenſus tertio modo acceptus eſt duplex, capitu, & ſoli, ille viritim ratione perſonæ, hic ratione bonorum immobilium ſoluebatur.*

9 *Romani nullum cenſum ſoluebant, ſed ſoli prouinciales, qui extra Italiam habitabant.*

10 *Prouinciales, qui ius Italicum erant conſecuti, nullum ſoluebant cenſum.*

11 *Quibus nominibus fuerint vocati, qui cenſum ſoluebant.*

12 *Tit C. de agricol. & cenſit. lib. 11. de quo cenſu intelligendus?*

13 *Cenſus quartò ſignificat librum cenſualem.*

14 *Liber cenſualis cur, & vnde à Germanicis dicatur,* Ein Saalbuch.

15 *Leges Salicæ fœminas à ſucceſſione regni Galliæ excludentes, vndè dictæ?*

16 *Cenſus quomodo quintò accipiatur à Couarruuia?*

17 Au-

17 *Annui reditus qui ſuper alienis rebus emuntur, non rectè vocantur cenſus ſecundùm Couarr.*
18 *Reprahenditur Couarruuias.*
19 *Cenſus 6 accipitur pro ipſa penſione, qua quotannis præſtatur.*
20 *Reditus à redeundo, non reddendo dictus.*
21 *Penſus ſeptimò quid ſignificet?*
22 *Zaſius non rectè negat cenſum iure ciuili pro tributo accipi.*
23 *Cenſus vltimò ſignificat ius percipiendi penſionem.*
24 *Cenſus hoc vltimo modo acceptus quid?*
25 *Explicantur ſingula particula definitionis, & n. ſeqq.*
26 *Cenſus formaliter acceptus quid?*
27 *Cenſum emens, non fructus, qui quotannis ſoluuntur, ſed ius fructus percipiendi emit.*
28 *Cenſus materialiter acceptus, eſt ipſa res, quæ iure cenſus ſoluitur.*
29 *Cenſus formaliter acceptus, an ſit ens reale, an verò rationis? Item an relatiuum, an abſolutum?*
30 *Nimia ſubtilitas deſtruit ius.*
31 *Cenſus formaliter acceptus eſt relatio rationis, ſubiectiuè in homine penſionem percipiente, terminatiuè autem in ipſa penſione percepta conſiſtens.*
32 *Ius, quoniam æqualitatem inter duos ſignificat relatiuum eſt.*
33 *Terminus ſeu finis cenſus eſt, percipere penſionem annuam.*
34 *Cenſus in perceptione quarumcunq; rerum vtilium conſiſtere poteſt.*
35 *Per quid diſtinguatur cenſus à mutuo?*
36 *Quicquid in mutuo ſupra capitale accipitur, eſt vſura.*
37 *Vſura eſt omni iure prohibita.*
38 *Vſura eſt intrinſecè mala.*
39 *Quod natura ſua ſterile eſt, non poteſt ferre fructum.*
40 *Pecunia præter conſumptionem nullum ex ſe vſum præſtat.*
41 *Pecunia nec naturali, nec ciuili ratione vſumfructum recipit.*
42 *Fœnus eſt res natura ſua illicita, etiam Philoſophis teſtibus.*
43 *Fœneratores à maiorib. noſtris fuêre in quadruplum condemnati.*
44 *Fœnerari nihil aliud eſt, quàm hominem occidere.*

45 *Fœnus ponitur in genere eorum malorum, quæ prohibita, quia mala, non quæ mala, quia prohibita.*

47 *Vſura eſt prohibita iure diuino veteris teſtamenti.*

47 *Lex, qua conceditur Iudæis, vt poſſint alienis fœnerari, eſt tantum permiſſiua, non adprobatiua.*

48 *Vtrum vſuræ ſint aliqua lege noui teſtamenti prohibitæ?*

49 *Locus ille Lucæ 6. mutuum dantes, nihil inde ſperantes, num ſit præcepti an verò conſilii.*

50 *Non fuit neceſſe vſuras aliqua ſpeciali lege noui teſtamenti prohiberi.*

51 *Iure* Canonico *vſuræ ſunt vetitæ.*

52 *An iure ciuili vſuræ ſint interdictæ?*

53 *Iure ciuili Iuſtinianeo, vſuræ, inter certos tamen limites, non ſunt prohibitæ.*

54 *Conſtitutionibus Imperii omnes omninò vſuræ ſunt prohibitæ.*

55 *Explicatio L. eos. C de vſuris.*

56 *Fæneratores antiquitus ſingulis menſibus in ipſis* Calendis *vſuras exigebant.*

57 *Calendarium quid, & vnde dictum?*

58 *Vſuræ centeſimæ ſunt, quæ centum menſibus æquant ſortem.*

59 *In vſuris centeſimis de 100. ſingulis annis præſtantur 12.*

60 *Vſuræ centeſimæ quando habeant locum?*

61 *Beſſes vſuræ ſunt ſolis mercatoribus permiſſæ.*

62 *ſemiſſes vſuræ ſunt vulgaribus perſonis conceſſæ.*

63 *Vſuræ trientes indulgentur Nobilibus.*

64 *Error Accurſii putantis vſuras centeſimas ſortem æquare anno.*

65 *An vſuræ iure Iuſtineaneo permittantur tantùm, an certò etiam adprobentur?*

66 *Leges Iuſtiniani Imp. de vſuris, quas adprobant, latæ, ſunt iniquæ, & contra ius naturale.*

67 *Qui actionem ad aliquid petendum dat, non tantùm permittit, ſed adprobat.*

68 *Quid excludatur per particulam,* percipiendi penſionem, *in definitione cenſus poſitam?*

69 *Creditor non habet ius percipiendi fructus pignoris.*

70 Cre-

70 *Creditor ſine expreſſa, vel præſumpta domini voluntate pignore vtens furtum committit.*
71 *Creditor fructus, quos ex pignore percepit, in ſortem imputare debet.*
72 *Antichreſis quatenus diſtinguatur à cenſu.*
73 *In Antichreſi fructus non vt penſio, ſed vt pars ſortis accipiuntur.*
74 *Cenſus tantùm ex re aliena percipitur.*
75 *Fructus ex re noſtra non iure cenſus, ſed iure dominii percipimus.*
76 *Cenſus eſt quædam quaſi ſeruitus.*
77 *Res ſua nemini ſeruit.*
78 *Quid differat contractus emphyteuticus à cenſuali?*
79 *Cenſum ex re aliena, canonem emphyteuticum capimus ex re iure dominij directi noſtra.*
80 *Emphyteuta eſt vtilis dominus.*
81 *Quomodo accipiatur verbum cenſus in l.2.C. in quibus cauſis colon:lib.11.*
82 *Quomodo ſumatur idem verbum à Iohanne Fabri, & Chaſſaneo; dum aiunt, in Francia dominos cenſus, directum dominium retinere?*
83 *Quomodo differat cenſus ab indictionibus ſuperindictis, &c?*
84 *Dominium triplex.*
85 *Dominium vniuerſale, ſeu iuriſdictionis quid?*
86 *Dominium locorum ad vniuerſitatem, quatenus talem, pertinentium quid?*
87 *Dominium particulare quid?*
88 *Quomodo penſitationes publicæ præſtentur de rebus principis, quomodo de rebus ſingulorum?*
89 *Lucrum ex ſocietate prouenient percipitur ex re noſtra, cenſus non item.*
90 *Contractus Germanicus eſt ſpecies ſocietatis.*
91 *Cenſus non poteſt conſtitui ſuper re ſterili, & quæ vſu conſumitur.*
92 *Vtrum cenſus inter bona mobilia, an immobilia ponendus & nu. ſeqq.*

93 *Appellatione bonorum indefinitè, item cum ſigno vniuerſali omnium, venit cenſus.*

94 *Nomen, bona, continet iura & actiones.*

95 *Bonum, ens, res, aliquid, vnum, verum, ſunt tranſcendentia.*

96 *Cenſus propriè loquendo nec mobilibus, nec immobilibus, annumeratur, ſed tertiam bonorum claſſem conſtituit.*

97 *Mobile, & immobile ſunt paſſiones corporis naturalis.*

98 *Iura, quoniam corporis expertia ſunt, propriè nec mobilia, nec immobilia dicuntur.*

99 *Cenſus ſi ad alterutram bonorum ſpeciem reuocari deberet, ad vtram potiſſimùm reuocandus?*

100 *Iura & actiones, quando mobilibus, quando immobilibus adſcribantur? & num. 101.*

102 *Cenſus temporarius bonis mobilibus adſcribitur.*

103 *Conſuetudine, & ſtatutis locorum quorundam adſcribitur cenſus, præſertim redimibilis, bonis mobilibus.*

104 *Reliqua & penſiones iam ceſſa, ſecundum pleroſq; inter bona mobilia numerantur.*

105 *Reprobatur hæc opinio.*

106 *Fructus pendentes ſunt pars fundi.*

107 *Reditus, quorum dies venit, annumerantur fructibus maturis, nondum perceptis.*

108 *Fructus maturi, nondum à ſolo ſeparati, ſunt pars fundi.*

109 *Annuum cenſum, cuius dies ceßit, & venit, ſoluere recuſans, ſpoliare dicitur.*

110 *Cenſus mobilitatem, vel immobilitatem vnde metiamur?*

111 *Quomodo & ad quos effectus fructus maturi habeantur pro ſeparatis à ſolo? Remißiuè.*

112 *Vtrum appellatione bonorum mobilium, & immobilium veniant actiones, iura, & cenſus.*

113 *Pars affirmans defenditur contra Arrium Pinellum, & alios.*

114 *Multum refert, vtrum cenſus inter mobilia, an verò inter immobilia computentur.*

115 *Effectus primus.*

116 *Effectus ſecundus.*

117 *Effectus tertius.*
118 *Contra a..gantem ſoluere cenſum, qui inter bona immobilia computatur, datur interdictum vnde vi.*
119 *Pro retinendis cenſibus, qui inter immobilia computantur, datur interdictum vti poßidetis.*
120 *Contra detrectantem ſoluere cenſum, qui bonis mobilibus adſcribitur, datur vel furti, vel vi bonorum raptorum actio,*
121 *Pro retinendis iiſdem datur interdictum vtrobi.*
122 *Effectus quartus.*
123 *In donatione legato, oppigneratione omnium bonorum veniunt actiones, iura cenſus.*
124 *Antichreſis an licita, & ad quam ſpeciem contractus referenda? & num.127.*
125 *Opinio prima Zaſii.*
126 *Opinio ſecunda Caroli Molinæi.*
127 *Opinio tertia Andreæ Gail.*
128 *Opinio quarta VVeſenbecii.*
129 *Opinio quinta Dominici de Soto.*
130 *Nulla ex his opinionibus abſolutè vera.*
131 *Reprobatur opinio Zaſii.*
132 *Reprobatur opinio Molinæ. & tempus non eſt modus contractum reddendi iuſtum vel iniuſtum.*
133 *Refutatur opinio Andreæ Gail.*
134 *Omne, quod eſt contra iuſtitiam, eſt etiam contra charitatem, non vice verſa.*
135 *Matthæi VVeſenbecii opinio partim vera, partim falſa.*
136 *Reprobatur opinio Soti.*
237 *An antichreſis ſit mutuum ſub pignore, an emptio, an contractus innominatus?*
138 *Si antichreſis eſt mutuum ſub pignore, eſt illicita.*
139 *In mutuo aliquid vltra ſortem accipere eſt vſura.*
140 *Creditor fructus pignoris in ſortem non imputans, committit vſuram.*
141 *Hodiè vſura eſt etiam iure ciuili prohibita.*
142 *Correctæ ſunt hodie, l. ſi ea pactione. l. ſi ea lege. C de vſuris.*

143 *Si antichreſis emptionem aut contractum innominatum conſtituit, eſt licita.*

144 *Quibus in locis fiat mentio antichreſeos.*

145 *Antichreſis quid?*

146 *Antichreſis à pignore quid differat?*

147 *Nouiſsimis Imperij conſtitutionibus omnis vſura eſt probibita.*

148 *Antichreſis aliquando coniungitur cum mutuo, aliquando cum emptione cenſus.*

149 *Pactum antichreſeos in emptione cenſus dupliciter conſiderari poteſt.*

150 *In diſcernenda contractus ſpecie, ad mentem, & intentionem contrahentium potius, quàm ad nomen, quo contractus appellatur, reſpiciendum.*

151 *In contractibus diſcernendis veritas potius, quàm ſcriptura attendenda.*

152 *Exemplum primum.*

153 *Exemplum ſecundum.*

154 *Exemplum tertium.*

155 *Exemplum quartum.*

156 *Exemplum quintum.*

157 *Quotiescunq; vel in fraudem legis, vel preiudicium tertij nomen contractui à contrahentibus imponitur, inſpicimus quod actum, non quod dictum eſt.*

158 *Quomodo antichreſis ſit immunis ab vſura?*

159 *Contractus antichreſeos non eſt mutuum ſub pignore.*

160 *Pecunia mutuo data ad libitum creditoris repeti poteſt.*

161 *Mutuum quam pariat actionem?*

162 *Antichreſis non eſt emptio ipſius fundi, ex quo ſoluitur.*

163 *In re propria non poteſt conſiſtere pignus.*

164 *Antichreſis eſt emptio cenſus ex fundo cum oppigneratione ipſius fundi, pro cenſus ſecuritate.*

165 *In antichreſi concurrunt duo contractus, & vnum pactum.*

166 *A contractu impignerationis ſortitur antichreſis apud Germanos nomen ſuum* Pfandtſchafft.

167 *Reijcitur opinio Zaſij & VVeſenbecij.*

168 In dubiis, quod minimum eſt ſequimur.
169 Pacta contractus antichreſeos adpoſita, refellunt Zaſii & VVeſenbecij opinionem.
170 Contractus in dubio præſumitur iuſtus.
171 Dubia in meliorem partem interpretanda.
172 In dubio delictum non præſumitur.
173 Contractus quidam in Italia, & Gallia frequens, ab vſuraria prauitate per Nauarram defenditur.
174 Prædictus contractus quò referatur?
175 Conſuetudo immemorialis habet vim conſtituti.
176 Italia & Gallia hactenus floruerunt pietate & eruditione.
177 Vt prædictus Italiæ & Galliæ, ita & antichreſeos contractus Germanis frequens, defendi poteſt
178 Antichreſis ab immemoriali tempore á Germanis frequentata.
179 Germani cur ſceptra imperii meruerint?
180 Et cur Germani Gentiles?
181 Contractus antichreſeos vnde originem ſumpſerit, & quid propriè ſit?
182 Verbum, mutuo, aliquando idem ſignificat, quod emo, uendo.
183 Etſi antichreſis vocetur impigneratio, eſt tamen emptio cenſus ſub impigneratione.
184 Feudum pignoratitium, Germanicè Pfandtlehen / quid.
185 Feuda emi poſſunt.
186 Feudum in annuis reditibus conſtitui poteſt.
187 Feuda pignoratitia exſpirant reſtitut a vaſallo pecunia.
188 Si fructus antichreſeos deductis impenſis iuſtam æſtimationem penſionis ſuperent, aut reſtituendi, aut in ſortem imputandi ſunt.
189 Vtrùm antichreſis ſit licita cum his ruſticis, qui vel vnum duntaxat, vel paucula habent prædia?
190 Omne ruſticorum lucrum in agricultura conſiſtit.
191 Vtilitas diſputationis, an antichreſis ſit mutuum ſub pignore, an quid aliud?
192 Pacto de retrouendendo fundum, præſcribitur, ſecundùm communem.

193 *Pacto redimendi cenſum non præſcribitur.*
194 *Vtrum contractus in dubio præſumatur emphyteuticus, an cenſualis?*
195 *Opinio Iulii Clari.*
196 *Opinio ſecunda, Abbatis, Couarruuiæ, Menochii, & aliorum.*
197 *Emphyteuta canonem biennio Eccleſiæ, triennio priuatis non ſoluens, iure ſuo cadit, cenſitus non item.*
198 *Emphyteuta prædium emphyteuticum domino inconſulto alienare nequit, cenſitus prædium cenſuale irrequiſito domino diſtrahere poteſt.*
199 *Opinio tertia, Iaſonis, Follerii, Molinæ, quæ ſecundam declarat.*
200 *Errores Iulii Clari.*
201 *Soluitur argumentum Iulii Clari.*

ANNVI reditus, qui pecunia compara-
1 ri ſolent, vulgò cenſus † appellātur: du-
bitant nonnulli: an rectè. Itaq; vocis ſi-
gnificationes † referendæ ſunt, vt in-
2 telligatur, an ea vox his reditibus con-
ueniat, ſimulq́ue confuſio tollatur, &
toti materiæ lux afferatur.

Cenſum primò † patrimonii, & facultatum æſti-
3 mationem, ſecundum quam tributum, quod ſteuram
appellamus, penditur, à cenſendo, id eſt, æſtimando, ſi-
gnificare volunt Zaſius *ſingul intell. lib. 2 c. 3.* Couarr. *lib.*
3 reſol. ca. 1 nu. 1 And. Gail. *lib. 2. obſ. 51.* Vndè cenſitores
† dicti qui bona cenſent, & cenſus exigunt. *l. de forma ff.*
4 *de cenſib.* qui & peræquatores dicuntur, *tot. tit C. de cen-*
ſibus, cenſitis, & peræquatoribus. l. 2. § poſt deinde. vbi Za-
ſius ff. de orig. iur. Cenſum, hoc eſt æſtimationem bono-
rum & perſonarum, primus inſtituit † Seruius Tullus,
5 Sextus à Romulo Romanorum Rex, autore Liuio *lib. 1.*
ab vrbe condita, Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 4 idq; ob ærarii
tenuitatem & bellorum aſsiduitatem, *vt aut Cic. lib. 1.*
offic. refert Gail. d. loc. Se-

Digitized by Google

Secundò, nomen cenſus † denotat ipſum patri- 6
monium,eò, quòd cenſeri, & æſtimari ſoleat,vt intelli-
gatur quantum quiſq; occurrente,& imminente neceſ-
ſitate,Reipublicæ contribuere,& conferre poſsit,*Ludo.*
*Molin lib.5.de contract. diſput.*381. Hac notione ſumitur
ab Vlp.l.cogi ff.ad Treb. & ab Imperatore l. de creationib.
C.de Epiſcop.audient & ab Iuuenali canente:

Protinus ad cenſum,de moribus vltima fit quæſtio.

Et Ouid.in Faſt.

——— *Dat cenſus honores,*
Cenſus amicitias,pauper vbiq; iacet.

Tertiò ſignificat ipſum tributum quod penditur: 7
hac ſignificatione ſumitur *tot.tit.ff.de cenſib.& tit.C ſine*
cenſu,vel reliquis cenſum comparari non poſſe,& alio tit.C.
de cenſib.cenſitorib.& peræquatorib. & apud Matth.*c* 22.
illis verbis,Licetne cenſum dare Cæſari, vel non? *Cou.d.*
*loc.n.*1.*& Mol.d.loc.* Eſtq; duplex † capitis, & ſoli ſeu bo- 8
norum: Ille viritim ratione perſonarum, per ſingula ca-
pita præſtabatur,hic de bonis,prædiis,pratis, & aliis bo-
nis immobilibus ſoluebatur à prouincialibus tantùm,
hoc eſt,ſubditis extra Italiam:nam Romani & Itali† cen- 9
ſum non dabant,ſed ſolum ii,qui in prouinciis degebãt,
puta,Germani,Galli,Græci,&c.† Niſi ex iis aliqui benefi- 10
cio principis ius Italicum eſſent conſecuti. *l.*3 *& ſi ff. de*
cenſ.gl.in l.omnes. C.ſine cenſu vel reliquis &c. Cou.lib 4.
*reſol.c.*1.*n.*2.& qui cénſum præſtabant,dicebantur† cen- 11
ſiti,& cenſi·hinc capite cenſi,opicenſi,*tot.ti.C. de cenſib.*
& cenſitis,& alio ,de agric.& cenſitis. eamq; rubricam † 21
de cenſu,à priuatis dominis in publicam vtilitatem,non
autem à Republ. conſtituto, exaudiendam, breuiter &
doctè tradit Couar,*c.quamuis.de pactis.*2 *part.*§ 1.*nu.*3.
& ſeq.vſque ad 6.

Digitized by Google

13 Quartò accipitur † pro libro ſiue tabulis, quibus
bona cenſualia, & cenſus, hoc eſt, tributum, ſunt inſcri-
pti. *l. forma, vbi gl. verbo, in cenſum. ff. de cenſibus. l. cen-
ſus. ff. de probationib. Theophilus* §. 6. *inſtitu. de his qui ſui
vel alie. iur. ſunt. And Gail. lib. 2. obſ.* 52. *nu.* 11. barbarè æſti-
14 mum, germanicè Ein Saalbuch/ appellatur † à Sala,
hoc eſt, aula, ſeu baſilica, quod in eo prædia, quæ aulæ
Regiæ cenſum præſtant, ſint deſcripta Ioan. Auentinus
15 anal Boiorum *lib* 4. *in princip.* Hinc leges Salicæ, † quæ
de iure ſuccedendi in Sala, hoc eſt, regno, ſeu baſilica diſ-
ponunt, fœminasq́; excludunt, de quarum origine plu-
rima Dd. comminiſcuntur, vt videre eſt apud Couarru-
uium *pract. quaeſt. cap.* 1. *nu.* 8.

16 Quintò, † ſecundum Didacum Couarru. *d. cap.*
7. *num.* 1. cenſus dicitur Iure Pontificio contractus, quo
habens plenum rei dominium, eam alteri tradit quoad
dominium vtile, & directum, ea pactione, vt ex ipſa re,
ſibi quotannis aliquid ſoluat, *per cap. conſtitutus. de reli-
17 gioſ. domib.* Et ſubiungit *Couarr.* annuos † reditus, qui
ſuper rebus alienis conſtituti emuntur, ex recta dictio-
nis ſignificatione, etiam qua Canones vtuntur, cenſus
non appellari. In quibus à viro rariſſimæ eruditionis,
18 acerrimi iudicii, & ſummi candoris, diſſentio: † Etſi e-
nim contractus prædictus, de quo in dicto *c. conſtitutus.*
fit mentio, iure etiam ciuili adprobetur. *l. final. C. de re-
rum permutatione.* attamen, quod is contractus adpel-
letur cenſus à Pontifice, eo inficias. Nam ipſum annuum
reditum, ſeu præſtationem, non autem ipſum contra-
ctum, cenſum appellat Pontifex: Deinde quòd annui
reditus, pecunia empti, iure Pontificio dicantur cenſus,
probant *Martini & Calixti Pontificium* extrauagantes,
in quarum interpretatione verſamur: vnde conficitur,
quòd

Digitized by Google

quod annui reditus, pecunia conſtituti, iure Pontificio cenſus appellentur.

Sexta ergò cenſus ſignificatio † eſt, qua pro ipſa 19
penſione ſeu reditu, qui quotannis præſtatur, capitur. *dicto c. conſtitutus, vbi glo. de religioſis domibus, & dictis 2 extrauag. Petrus Binſ. ca. in ciuitate. quæſt. 9. de vſuris.* Diciturq; alio nomine reditus, à redeundo, † quod cre- 20
brò redeat facultas eandem penſionem exigendi, & percipiendi. *Ludouicus Molin. de contract. diſput. 383. num. 2.* Scribendumq; eſt nomen reditus ſimplici *d*, non *duplici*, vt contra *Franciſcum Sarmentum notat Martin. Nauarr in propugnaculo Apologiæ, nu* 6.

Septimò nomen cenſus latiſſimè ſumitur † prout 21
complectitur, & denotat omnem publicam præſtationem penſitationem, obuentionem, & munus, hoc eſt, omne id, quod ſuperiori in ſignum, & recognitionem ſubiectionis, iuriſdictionis, aut dominii datur: Sic ſumitur *tit. decretal. de cenſib. & tit. C. ſi propter publicas penſi-* 22
tat. venditio &c. & alio tit. C. ſine cenſu. vel reliquis fund. compar. non poſſe. Benedictus Bonius tract. de cenſib. art. 2. Couar. d. ca. 7. nu. 1. Hæc ſignificatio 3. & 6. includit, vnde miror, quod Zaſius † noſter *ſingular. intellect. lib. 2. ca. 3.* aſſerat, non eſſe verum, quod iure ciuili pro tributo accipiatur cenſus, quodq; male, id eſt, non admodum latinè cenſus pro annua obuentione in iure Canonico tit de cenſibus ponatur. Etſi enim pro patrimonii æſtimatione, & nonnunquam pro patrimonio ipſo cenſus accipiatur, nihil tamen vetat, quin & pro annua obuentione ſumatur, vt probat rubrica, & *l. rei annonariæ. C. ſine cenſu vel reliq. & l. forma. §. poſt cenſum edictum. ff. de cenſibus.*

Denique cenſus ſignificat † ius percipiendi pen- 23
ſio-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ſionem ſeu reditum. Hac notione ſumitur in hoc tractatu, definiturque ex ſententia *Conradi Summerhardt*, clariſſimi Germaniæ luminis, in opere *de contract. quæſt. 72.* Dominici de Soto. *de iuſtit. & iure. quæſt. 5 art. 1.* Iacobi Menochii, *de præſumpt. lib. 3. præſump. 207. num. 3.* Iohann. Medinæ, *C. de reſtitutione, titul. de reb. per vſur. adquiſitis, num. 11. in principio.*

24 Definitur inquam, *Ius † percipiendi penſionem, ſeu reditum, ex re aliena, fructifera.* Quæ definitio cenſus & naturam declarat, & diſcrimen à mutuo pignore, antichreſi, contractu germanico, ſocietatis emphyteuſi, & feudo oſtendit. Excutiamus ſingulas breuiter

25 eius partes, † & vtrumque manifeſtum reddamus.

Ius genus eſt, oſtenditque cenſum propriè, & for-

26 maliter † ſumptum, non eſſe ipſam penſionem, ſeu reditum, qui quotannis perſoluitur, ſed ius potius, & facultatem capiendi annuam penſitationem, deno-

27 tare. Hinc fit, quòd cenſum emens, † ſeu mercans, non penſionem ipſam, hoc eſt, fructus, ſeu pecuniam, quæ ſingulis annis penditur, ſed ius potius, & facultatem percipiendi rem vtilem, emat, *Conradus Summerhardt dicta quæſtion. 72.* vbi ait, cenſum formaliter ſum-

28 ptum, ius, materialiter verò acceptum † ipſam rem, quæ iure cenſus ſoluitur, deſignare, idem tradit Bartholomæus Chaſſan. in conſuetud. Burgund. *rubric. 21 titulo de cenſibus* Iohann. à Medina, *dicto loco, quæſtion. 11. in princip.* Petrus Binsfeldius vir ſummæ eruditionis & candidi iudicii, *cap. in ciuitate, quæſt. 9. circa princip. de vſuris.* Couarr. *lib. 3. reſolut. cap. 7. num. 2. verſic. nec oberunt.*

29 Curioſè magis, quam vtiliter diſputant † nonnulli

nulli Dd. potiſsimùm Theologi, inter quos eſt Gabriel
Biel. 4. *ſentent. diſt.* 15. *quæſt.* 12. Iohann Maior. *ead. di-*
diſtinct, *quæſt.* 34. Henricus de Hoytta, *tractat. de con-*
tractibus. dubio ſecundo. Conrad. Summerh. *de contra-*
ctibus. quæſtio 1. *ſuppoſit.* 1. & 2. quid & qualenám illud
ius ſit, ensné reale an rationis? abſolutum, an reſpecti-
uum, ſeu relatiuum? ipſené homo percipiens penſio-
nem, an facultas ab eo diſtincta? nam huiuſmodi phi- 30
loſophica † ſubtilitas ius deſtruit, facitque, vt intelligen-
do nihil intelligatur, vt rectè Binsfeld. *dicto cap. in ciui-*
tate, quæſt. 9 *de vſuris.*

Vt tamen meam in ea quæſtione ſententiam
breuiter aperiam, cum Conrado, Binsfeldio, *dictis lo-*
cis. Iohann. Medina, *dicta quæſtione* 11. *in principio.*
Ludouico Molina, *de contractibus, diſputatione* 383. 31
num. 3. ſtatuo, † ius illud formaliter nihil aliud eſſe,
quam relationem, quæ ſubiectiuè ſit in homine penſio-
nem percipiente, terminatiuè in ipſa penſione perce-
pta, atq; ita realiter nihil aliud eſſe, quam hominem, ha-
bentem poteſtatem, per aliquem actũ, annuum reditum
iuſtè percipiendi: nam huiuſmodi ius, ſolo voluntatis
creatæ hoc eſt, humanæ actu oriri poteſt, ſicut & domi-
nium, ſeruitus, &c.

Itaque † ius huiuſmodi relatio rationis eſt: 32
ius enim æqualitatem inter duo ſignificat, vndè no-
men eſt relatiuum, vt ait Scotus *quarto ſententiarum.*
diſtinctione 16. *quæſtione* 2. realem poſſeſſori adferens
vtilitatem, vt notat Couarruuias, *lib.* 3. *reſolut. cap.* 7. *nu.*
3. *verſic. Tertio eadem.*

Quod ſequitur in definitione, *percipiendi penſio-* 33
nem ſeu reditum, terminum † vel, vt loquitur Sum-
hardt,

34 hardt, finem illius iuris complectitur, oſtenditq́; ius †
illud in perceptione penſionum, & rerum quarumcun-
que vtilium, non ſolum fructuum, frumenti, vini, ligni,
& animalium, ſed etiam pecuniæ, vt paulò poſt fuſiùs
probabitur, conſiſtere poſſe. Diſtinguitque hæc par-
35 ricula cenſum † à mutuo. Nam ex vi mutui nullum
competit ius percipiendi penſionem de re mutuo data:
36 eſt enim vſura † quidquid ex mutuo, tanquam ex mu-
tuo, ſupra capitale accipitur: Vſura autem omni iure,
37 † hoc eſt, naturali, diuino veteris, diuino noui teſtamen-
ti, Canonico & ciuili nouiſſimo eſt prohibita.

38 Quod iure naturali ſit vetita, † adeoque intrinſe-
cè mala probatur: naturæ ſiquidem repugnat, vt id,
39 quod natura † ſua ſterile eſt, infructiferum, atque præ-
ter conſumptionem, ſeu expoſitionem nullum pecu-
liarem vſum præſtat, lucrum ſeu vſum ferat: atqui pecu-
40 nia † res eſt natura ſua ſterilis, infructifera, præter con-
ſumptionem nullum uſum ex ſe præſtans: Igitur ex
mutuo tanquam ex mutuo ſupra ſortem aliquid exi-
gere, & accipere iuri naturæ repugnat.

Probatur ſecundò concluſio authoritate Iuſtinia-
ni Imperatoris, qui *in §. conſtituitur, inſtit. de vſufructu,*
41 aſſerit pecuniam, † nec ciuili, nec naturali ratione v-
ſumfructum recipere: Si vſumfructum vel, quod in i-
dem recidit, vſum non recipit: Igitur pro pecuniæ mu-
tuo datæ vſu aliquid exigere naturæ repugnat: accipitur
enim aliquid pro vſu, qui diſtinctus à pecunia non eſt.

42 Tertiò probatur authoritate Philoſophorum, †
qui natura duce fœnus tanquam rem illicitam damna-
runt: *Ariſtot. lib. 1 pol. cap 6. & 7.* fœnus contra natu-
ram, *&* 4. *Ethic. cap.* 7. rem turpem eſſe aſſerit: Plato
lib. 5. de legibus, nullus, inquit, det pecuniam ſub fœnore,
alio-

Digitized by Google

alioquin licebit, qui mutuum accepit, neque vſuram, neque ſummam reddere:& Cato *in principio, de re ruſtica.* Maiores † noſtri, inquit, fœneratores quadrupli 43
condemnarunt:refert Cic. *lib.* 2 *of.* propè finem, dicens, fœnerari † nihil aliud eſſe, quam hominem occidere. 44

Denique hæc concluſio probatur authoritate omnium Theologorum, & Iureconſultorum, qui fœnus † ponunt in genere eorum malorum, quæ prohibita 45
ſunt, quia intrinſecè mala, & non ideò mala, quia prohibita, iuxta *l. probrum & opprobrium. ff. de verb. ſignific.* & alios, quos refert Petrus Binsfeld, *in ca. quia in omnib. quæſt* 1 *ext. de vſur.*

Secundò, quod fœnus † iure diuino veteris teſta- 46
menti ſit vetitum, probatur: nam etſi alienis, hoc eſt, non iudæis, & non Iſrahelitis fœnerari ſit permiſſum, fratribus verò, hoc eſt, Iſrahelitis, & Iudæis ſub vſura mutuum dare ſit prohibitum: *Deutron.* 23 *Leuit.* 25. *Exod.* 22. Attamen † permiſſiua eſt ea lex, quæ minus ma- 47
lum ad euitandum maius permittit, eo modo, quo lupanaria in repub. permittuntur, ad grauiora peccata, puta inceſtus, adulterii, Sodomiæ &c. excludenda: Nulla verò ratione eſt approbata, fœnus ceu rem licitam adprobans. Quod probatur, quia aliis in locis veteris teſtamenti, vſura ſimpliciter interdicitur, *Ezech.* 18. Vir iuſtus, qui ad vſuras non accommodauerit, vita viuet, ad vſuram autem dans, non viuet: Et *Pſalm.* 14. Domine quis habitabit in habitaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? qui pecuniam ſuam nō dedit ad vſuras. Ex quibus locis liquidò conſtat, vſurarium peccaſſe, vita æterna priuari, & in regnum cœlorum non intrare: Binsf. *d. c. quia in omnib. qu.* 2 *de vſuris, concluſ.* 2 *&* 3. *Couarr. lib.* 2 *reſolut. ca.* 1. *nu.* 4. 5 *&* 6.

Digitized by Google

48 *Vtrum autem † in nouo teſtamento ſpeciali lege vetitæ ſint vſuræ, dubitatur.*

NAM in Euangelica lege vnicus tantùm eſt textus
49 *Lucæ* 6. mutuum † dantes, nihil inde ſperantes, quem conſilii, non præcepti eſſe contendit Carolus Molin. *tract. de commerc. nu.* 11.

Verùm tota Eccleſia Catholica prædicto loco vſuras prohiberi tradit, vt teſtatur Couarruuias *lib.* 3. *reſolution. cap.* 1. *num.* 5. Binsfeldius *dicto cap. ſuper eo, & ca. conſuluit. de vſur.* Vbi Pontifex vſuras vtriuſque teſta-
50 menti paginas deteſtari ait: Quicquid ſit, † vt ſpeciali lege Euangelica vſuræ prohiberentur, neceſsè non fuit, cùm iure naturali prohibitas eſſe ſuffecerit.

51 Quod Iure Canonico † ſint interdictæ, clariſſimum eſt, *toto titulo. de vſuris, extra, & in* 6. *&* 14. *quæſtion.* 3.

52 De iure ciuili num ſint prohibitæ † controuerſum eſt: Alii aiunt, alii negant: Diſtinctione lis componi poteſt. Aut enim quæſtio eſt, vtrum iure Ciuili Iuſtinianeo: An verò nouiſſimi Romani Imperii conſtitu-
53 tionibus ſint prohibitæ. Priori caſu † concluſio eſt, quòd vſuræ centeſimam vſuram excedentes iure Iuſtinianeo ſint damnatæ: Centeſimæ verò, item beſſes, rurſus ſemiſſes, denique trientes vſuræ ſint permiſſæ, *toto titulo. C. de vſuris*. potiſſimùm *l. eos*.

54 Poſteriori caſu † concluſio eſt, omnes omninò vſuras conſtitutionibus *Maximiliani I. Anno* 1500. *& Caroli V. Anno* 1548. *Auguſtæ publicatis* eſſe damnatas.

Pro intelligentia dictæ † *l. eos, C. de vſuris.* ſciendum, fœneratoribus † antiquitus in more fuiſſe, ſingulis menſibus, in ipſis Calendis vſuras exigere, & accipere, *l. Publia Mauia §. Lucius, ff. depoſiti. l. cum ſtipulati ſumus. ff. de verb. obligat.* 55 56

Hinc in iure † Calendaria vocantur libri, in quibus fœneratores calculum, & ſolutionem menſtruam vſurarum ſcribebant Germanicè Reckenbuch / *l. lecta. ff. ſi certum petat. l. qui filium, l. nomen. ff. de legat.* 3. *Couarruu. lib* 3. *reſolut. cap.* 9. *num.* 5 *verſicul. eſt & in hoc.* Spigel *in lexico verb. Calendarium.* 57

Vndè vſuræ centeſimæ dicuntur, † cum ſingulis menſibus centeſima pars ſortis, vſuræ nomine ſoluitur, hoc eſt, cum centum menſibus, ſiue octo annis, & quatuor menſibus ſors adæquatur, quod fit, cum de centum † annuò duodecim præſtantur: Hæ centeſimæ † vſuræ in traiectitiis ſolùm, quando creditores in ſe periculum pecuniæ mutuo datæ ſuſcipiebant, permiſſæ fuère, *tot. ti. C de nautico fœnor.* 58 59 60

Beſſes vſuræ † ſunt duæ partes centeſimæ, vt quando de centum in anno, octo ſoluuntur: Hæ iis, qui ergaſteriis præſunt, hoc eſt, mercatoribus ſunt permiſſæ. 61

Semiſſes vſuræ † ſunt, cum media pars centeſimæ ſingulis menſibus numeratur, quod fit, cum de centum ſex in anno præſtantur: Hæ vulgaribus perſonis concedebantur. 63

Triens vſura † eſt tertia pars centeſimæ, vt cum de centum annuatim quatuor penduntur: Et hæ Illuſtribus, & Nobilibus indulgebantur. *l eos. C. de vſuris.* Tyraq. *lib.* 1. *de retract.* §. 1 *glo* 6. *num.* 8 Alciat. *lib.* 3. *diſpunct. capitulo primo.* Carolus Molin. *de commerci. numer.* 45. *& ſeqq.* 64

64 Errauit itaque de iure optimè meritus Accurſius, † qui *in dicta l. eos. C. de vſuris.* centeſimas vſuras comminiſcitur eas, quæ anno ſortem adæquant: Verùm leuis eſt hic error, veniaque, vtputa ex ignorantia antiquitatis profectus, atque multiiuga iuris peritia à viro admirabilis diligentiæ, incredibilis laboris, & excellentis in aliis LL. interpretationibus abundè reſartus: vt poſt alios Accurſium defendit excellentiſſimus D. Andreas Fachineus, olim in Academia Ingolſtadiana collega mihi honorandus, *controu. iuris. lib. 9. cap.* 103. Quanquam & ab ignorantiæ reprehenſione eum piè, ingenioſeque excuſet Cattellianus Cotta in memorabilibus, *verbo, vſura, in princip.* Quicquid ſit, verum eſt illud *Virgilii*:

——— *Non omnia poſſumus omnes.*

Et illud in adagiis: *Quod alibi diminutum, exequatur alibi.*

65 *Vtrum autem vſuras prædictas moderatas, vt licitas approbauerit Iuſtinianus, † ſeu vt minus malum permiſerit tantum, controuertitur?*

Et permiſſiuas eſſe cenſet *Binsfeld. dicto cap. quia. quaſt. 4. concluſ. 5.*

66 Contrarium tenet Couarr. *lib. 5. reſolut. cap. 1. nu. 6. verſ. Ego ſanè.* cenſens, Iuſtinianum † vſuras non ceu minus malum permiſiſſe, ſed vt licitas approbaſſe, eiuſque leges de vſuris latas, iniquas, & iure tàm naturali, quàm diuino & Canonico reprobatas eſſe: quod veriſimilius eſt: nam actionem † ad vſuras petẽdas non dediſ-
67 ſet, niſi eas, ceu licitas approbaſſet. Verùm Carol. Molin.

tract.

tractat. de commerc. num. 5. *& ſeq.* vſuras intrinſecè malas, & à iure naturali, atque diuino abſolutè damnatas negat, ſed hactenus tantum, quatenus ſunt contra Chriſtianam charitatem, turpes contendit. Rectè, an ſecus, poſtea examinabimus.

Iam ad definitionis explicationem vt reuertamur. Secundò, per hanc particulam excluditur † *pignus* ſeu *hypotheca*: nam creditor, cui res eſt oppignorata, † ius percipiendi fructus rei pignoris nexu obligatæ, non habet, imò, ſi abſque domini † voluntate expreſſa, vel præſumpta pignore vtatur furtum committit. *l. ſi pignori, ff. de furt.* Panormit. *c.* 1. *extra depoſiti.* Sylueſt. *verbo pignus.* Nauarra. 2 *part. decreti. c* 17. *num.* 204. Et fructus † ſiue ſine, ſiue cum domini voluntate perceptos, vt partem ſortis, ſeu capitalis, non vt penſionem accipit, ideoque in ſortem imputare debet. *l.* 1. *C. de diſtract. pignor.* S. Thomas 22. *quæſt.* 78. *art.* 2. *ad* 8. Conrad. Summerhardt, *de contractib. quæſt.* 2 *concluſ.* 5. Binsfeld. *dicto c. quia. de vſuris. concluſ.* 2. *&* 3. 68 69 70 71

Tertiò excluditur *Antichreſis*, nam contractus antichreſeos, quatenus à cenſu † diſtinguitur, ius percipiendi penſionem, ſeu reditum non tribuit, cum antichreſis, vt dictū eſt, quatenus à cenſu diſtinguitur, nihil aliud ſit, quam pignus, cuius † fructus creditor non vt penſionem, ſeu reditum, ſed vt partem ſortis accipit, vt paulò poſt diſputando manifeſtum reddemus. 72 73

Sequens particula, *ex re aliena*, oſtendit cenſum, non † niſi in alterius fundis, prędiis, aliiſque rebus conſtitui poſſe: nam ex re propria † penſionem cenſualem accipit nemo, ſed iure dominii fructum capit rei propriæ. Eſt enim cenſus † quædam quaſi ſeruitus, Summerhardt *dicto tractat. quæſt.* 72 *ſuppoſitione* 2. *c.* 1. *vbi gl.* 74 75 76

rias, datias, gabellas vectigalia, portoria, & ſimiles præſtationes, ſeu penſitationes, vel munera publica, quæ ſuperiori in iuriſdictionis, & ſummi dominii recognitionem præſtantur, huiuſmodi enim munera, ſeu functiones de re, quaod dominium vniuerſale, propria dantur. Vbi ſciendum dominium † eſſe triplex. Vniuerſale, ſiue iuriſdictionis: Et dominium locorum pertinentium ad vniuerſitatem, vt vniuerſitatem: Et dominium particulare. Dominium vniuerſale † ſeu iuriſdictionis eſt, quod perſona iuriſdictionem in prouincia tenens, habet. Sic Archiduces Auſtriæ domini huius Ciuitatis dicuntur. Sic Imperator totius mundi dominus ſalutatur. *l deprecatio ff. ad l. Rhod. de iactu.* Bart. *in extraua. ad reprimend. verb. totius orbis.* Dominium vniuerſitatis † eſt, quod vniuerſitas, vt vniuerſitas in rebus ad communitatem, vt communitatem ſpectantibus, habet, cuiuſmodi eſt, dominium theatri, ſtadii, pomerii, *§. vniuerſitatis. inſt. de rer. diuiſ.* Dominium particulare eſt, † quod in rebus priuatis priuatus habet. *§. ſingulorum. inſt. de rer. diuiſ.* Cou. *c. peccatum. 2. part. §. 9. nu. 8. verſic. item ex his.* Iam vt ad definitionis particulam reuertamur. etſi quædam res, † de quibus publicæ penſiones præſtantur, quoad dominium particulare ſint ſubditorum: Attamen ratione dominii vniuerſalis, ſeu iuriſdictionis ſunt ſuperiorum: vndè, quæ de huiſmodi rebus præſtantur penſitationes, de re principis, & ſuperioris propria præſtari dicuntur, ſicq; ſtrictè ſumpto vocabulo, cenſus dici nequeunt.

84 85 86 87 88

Tertio reiicit prædicta particula à definito, *ius accipiendi lucrum de re in ſocietatem collata*: nam ſocii, † pecuniæ, quam in ſocietatem conferunt, remanent domini, *l. rei. l. merito. ff pro ſoc.* Vnde reditum ex re propria percipiunt. 89

 Quar-

Quartò remouet contractum germanicum, † qui
90 quatenus à cenſu putatur diſtinctus contractus, ſocietatis ſpecies eſt, per ea quæ tradit Nauarr. *ca. ſi fœnerauerìs* 14. *quæſt*. 3. *num*. 32. *&* 34.

Vltima vox *fructifera*, cenſum non in qualibet re, ſed in fructifera tantum inſtitui poſſe declarat. Nam in
91 rebus † quæ vſu conſumuntur, aut ſteriles exiſtunt, ius imponi nequit. Nauarr. *dicto c. ſi fœnerauerìs*. 14 *q*. 3. *nu*. 85. Iohann. Medina *Cod. de reſtitut. quæſt*. 11. *corollar*. 3. *&* 4. And. Fach: *lib*. 2. *controu. iuris, cap*. 43. Sed de hoc poſtea fuſiùs.

Ex definitionis interpretatione, tria oriuntur dubia, quæ, priuſquam ad ſecundam tractatus accedamus partem, tollenda ſunt.

92 *Primum eſt: Vtrum cenſus † inter bona mobilia, vel immobilia ſit ponendus?*

Ad quod reſpondetur ſequentibus concluſionibus.

93 *Prima*, appellatione † *bonorum* indefinitè, rurſus cum ſigno vniuerſa'i, *omnium*, venit cenſus: probatur
94 concluſio, quia nomen † *bona*, continet iura & actiones, *l. bonorum. l. princeps bona ff. de verb. ſignific. l.* 2 *§. vtrum ff. ſi quid in fraud patro. l. legatus. §. ſi quis. ff. ad Trebell.* Couar. *c. relatum*. 2. *de teſtam*. Ratio eſt, quia bonum
95 † ſicut & res, verum, ens, aliquid, vnum, ſunt tranſcendentia, & prædicantur de omnibus. *l. rei. ff. de verb. ſign.* atqui cenſus eſt ius, ergò appellatione bonorum continetur.

96 *Secunda concluſio*: Cenſus † propriè loquendo, nec in mobilibus, nec immobilibus ponendus eſt, ſed tertiam

tiam ſpeciem, & bonorum claſſem conſtituit, *l à Diuo Pio.§.in venditione.ff. de re iudic. l.quam Tuberonis.§ fin. ff.de pecul.* Ratio eſt, quia † mobile, & immobile corpo- 97
ris ſunt qualitates, & paſſiones, vt tradit Ariſtoteles 3. *phyſ.* Cenſus autem ius quoddam eſt, adeoque res incorporea, vnde nec mobilis, nec immobilis dici propriè poteſt, Panormit. *cap. nulli.col 3. de rebus eccl. non alien.* Marianus Soc. *tract. de oblat. libell.8. num 7.* Bart. *in l. mouentium.ff. de verb ſignif* Tyraqu. *de retract. conſang.* §.1.*gloſ.6.num.3.* Benedictus Bonius *tract. de cenſib. art. 14.num.33.* Itaque ſicut iura † alia per ſe, & propriè nec 98
mobilia, nec immobilia dicuntur, vt fusè Anton. Gabriel. *commun. concluſ.lib.6 concluſ.7. tit.de verb. ſignif.* Arius Pinell. *rub. C. de bonis matern.1 part nu.24.* Guido Papæ, *quaeſt.296.* Sic ius reditus per ſe, & propriè res nec mobilis, nec immobilis nuncupandum eſt.

Tertia concluſ: Etſi † cenſus per ſe, res ſit nec mo- 99
bilis, nec immobilis: attamen ſi ad alterutram ſpeciem reducēdus ſit, immobilium potius, quàm mobiliū naturam induit, *clem.exiui.§. cumq. annui reditus.de verbor. ſignif.l.iubemus. C. de ſacroſ. eccleſ.* vbi nomine annonæ ciuilis, intelligitur annuus reditus, vt declarat *gloſſ.ibi.* poniturque inter res immobiles, & §. *hac ergò.in auth. de non alien. reb.eccleſ.* vbi nomine annonæ, exauditur annuus reditus: *gl.in §. quoniam autem, verbo, reditus, in authent. vt hi qui obligatas ſe hab. perhibet.* Tyraq. *d.loc.* Anton. Gabriel. *dicto tit. de verb.ſignif. concluſ.8.* Cou. *lib.3.reſolut.cap.7. num.2.verſ ſecundò hos.* Nauarr. *cap.ſi fœnerauerit, 14 quaeſt.3.num.87.* vbi dicit, quod cenſus licet res immobilis propriè non ſit, nihilominus tamen pro re immobili habeatur.

Declaratur *concluſio*: Primò, vt locum habeat, ſi

100 ſuper † rebus immobilibus conſtitutus fuit cenſus, ſecus ſi rebus mobilibus, aut ſe mouentibus, cuiuſmodi ſunt animalia, fuerit impoſitus: Nam æſtimatur cenſus, iuxta terminum remotum, ceu fundamentum, hoc eſt, rem cui imponitur, vt ſi de mobilibus percipiatur penſio, mobilis, ſin de immobilibus, immobilis cenſeatur. Bartolus, Alber. Alext. & Iaſon. *in l. ſciendum ff. qui ſatiſ dare cog.* Tyraquel. *dicto loco. gloſſ.* 6. *num.* 11. Anton. Gabriel. *commu. concl. lib.* 7. *de verb. ſignif. concl.* 8. *nu.* 2.
101 Sicut & alia iura † pro diuerſa ratione rerum, quibus inhærent, & actiones pro diuerſa ratione rerum ad quas dantur, iam mobiles, iam immobiles putantur. *gloſſ l.* 1. *C. ſi aduerſ. tranſact.* Bartol. *in l. ſi ſic.* § *final ff. de leg.* 1. Idem *in l. mouentium ff. de verbor. ſignificat.* Guido Papæ *quæſt.* 52. Marianus Soc. *dict. tract. de oblat. qu.* 13. And. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 10. *in fi.*

Secundò intelligenda eſt *concluſio* de cenſu perpetuo vel ad longum tempus conſtituto, neutiquam verò
102 de cenſu † temporario ad modicum tempus duraturo: gl. Bart. & Bald. *l. iubemus* 2. *C. de ſacroſ. eccleſ.* Tyraq. *de retract. conſang.* §. 1. *gl.* 7. Ant. Gabr. & Gail. *d. loc.* Carol. Mol. *de commer. & vſur. q.* 37. *n.* 273. Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.* 5. § 1. vbi aſſerit, hac in re tempus decem annorum dici longum. *clem.* 1. *& ibi Dd. de rebus eccleſ. non alien. gl. in l. cum de in rem. verbo, longo, ff. de vſur.*

Tertiò intelligenda eſt *concluſio* inſpecto iure com-
103 muni, ſecus † ſi iure alicuius prouinciæ municipali, aut conſuetudine diuerſum fuerit receptum, vt videlicet, cenſus pro rebus mobilibus habeantur, atqui iis, quibus ex ſtatutò, aut moribus res mobiles debentur, cedant: Mynſ. *cent.* 1. *obſeru.* 69. And. Gail. *lib.* 2. *obſeruat. Camer. obſer.* 10. vbi in fine in quibuſdam Germaniæ prouinciis

& ci-

& ciuitatibus Imperialibus redimibiles cenſus inter mobilia computari teſtatur, refert, & ſequitur Petrus Binsfeldius, *capitul. in ciuitate. quæſtione 9. in fine.* In Burgundia quoque redimibiles cenſus ex conſuetudine inter mobilia numerari tradit Bartol. Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.* 5 § 1. Sic in Lotharingia Antichreſes, ſeu obligationes, vulgò Pfandtſchafft / inter mobilia ponuntur.

Quartò, reſtringunt nonnulli *concluſionem*, qua cenſus inter mobilia computari dictum eſt, vt non † 104 procedat in reliquis, hoc eſt, penſionibus iam ceſſis, & ob terminum ſolutionis præteritum iam debitis, die ſchon verfallen ſein / pro quibus exigendis actio de præſenti competit: has enim præſtationes fructibus à ſolo ſeparatis comparari, & inter mobilia poni contendunt, argumento *l. fructus. ff. de rei vendicat.* cenſet Baldus *ca. vnico nu.* 25. *de pace tenenda.* Idem Baldus *cap. quæ in eccleſiarum, colum.* 4. *de conſtitution.* Alciatus *in l. mouentium. ff. de verb. ſignif.* Carolus Molin. *in conſuetud in Pariſienſib. tit.* 1. § 1. *gl.* 1 *n* 36. Gail. & Binsfeld. *dictis locis.*

Ego hanc concluſionis interpretationem à propoſito alienam † eſſe cenſeo: neque enim de penſione hîc 105 quæritur, an ſit res mobilis, vel immobilis, ſed de cenſu, hoc eſt, de iure percipiendi annuam penſionem controuertitur. *Vtrum videlicet ius percipiendi penſionem inter mobilia numeretur?*

Itaque etſi verum ſit, penſionem perceptam, aut iam debitam inter mobilia computari, inſtar fructuum perceptorum, percipiendas autem penſiones, quarum dies nondum venit, inter immobilia recenſeri, ad exemplũ fructuum pendentium, † qui pars fundi eſſe 106

putantur.*l.fructus pendentes ff.de rei vendic.* Attamen, quòd reditus, ſeu penſiones, quarum dies, & ceſſit, & venit, inter mobilia numerantur, apud me dubium eſt.

107 Primum, quia reditus, † quorum dies venit, fru-
ctibus iam maturis comparantur, imò cenſentur fru-
108 ctus maturi: at fructus † maturi, licet breui decerpendi,
& colligendi, pars fundi cenſentur, atque inter immobilia ponuntur.*l. Iulianus.§ ſi fructibus. ff. de action. empt. l vltima. § non ſolùm. ff. quæ in fraud. credit.* Couarruu. *lib.1 reſol cap.15. num.1.*

109 Deinde, reditum † annuum, cuius dies ceſſit, & venit, ſoluere recuſans ſpoliare dicitur, atque interdicto vndè vi tenetur, vti tradit And. Gail. *lib.2. obſeru. 75.* Mynſ.*centur.3 obſeruat.85.* Iacob. Menoch. *tract rec. cupr. remed.1. num.81. quæſt.8.* Igitur penſiones ceſſæ, & debitæ inter immobilia referuntur.

Denique hanc reſtrictionem verè non ſubſi-
110 ſtere, ex eo probatur, quòd non à † penſionibus debi-
tis, & debendis, ſed à re, ex qua reditus penditur, cenſus mobilitas vel immobilitas ſit metienda, vt ſi ſuper rebus immobilibus fuerit conſtitutus, immobilis, ſin verò ſuper re mobili ſit poſitus, mobilis res æſtimetur, ac cenſeatur. Bart. *l. ſciendum, num.10 ff. qui ſatiſd. cogunt.* Anton. Gabriel, *commun. concl. lib.9 de verb. ſignif. concl. 8 num.2.*

Nec obſtat, quod tradunt Bart. Angel. Caſtrenſ. Alex. & alii *poſt gl. in l. diuortio facto. § interdum ff. ſoluto matrim.* dicentes, fructus maturos pro collectis, & ſepa-
111 ratis haberi: Nam reſpondetur, id procedere † non ab-
ſolutè, & ſimpliciter, ſed ad certos quoſdam effectus, de quibus Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. 1. glo. num. 25.*

Tyraq.

Tytaq.*tract.de retract.conſang.tit.* 1.*glo.*7.*num.*37.*& ſeq.* & Hartman.*quæſt.iuris.lib.*2.*quæſt.*24.

Quarta à Dd. † ponitur *concluſio*, appellatione bo- 112
norum mobilium & immobilium, iura, actiones, & per conſequens cenſus non veniant, Decius *conſil.* 237. *nu.* 1. *&* 2. Aymon Grauetta, *in rub ff. de legat.* 1. *num.* 72. Arius Pinell. 1 *parte, rub. C. de bonis maternis, num.* 31. qui ad vſque adeò verum eſſe contendit, etſi dictioni, bona, adiiciatur ſignum vniuerſale, *omnia*, hoc modo, oppignero, dono, lego, &c. tibi omnia bona, tàm mobilia, quàm immobilia: nam & hoc caſu iura, actiones, & cenſus non oppigneratos, donatos, legatos &c. arbitrantur prædicti Dd. Ea ratione adducti, quòd vocabula mobilia, & immobilia, adiecta dictionibus, *bona omnia*, reſtringant dictionem, bona, ad bona mobilia, & immobilia, excludantque iura & actiones.

Hæc 4. *concluſ.* mihi non † probatur & euertitur, per 113
tertiam concluſionem: Nam ſi cenſus & iura alia, rebus immobilibus impoſita, aut ad res immobiles competentia, inter immobilia numerantur, cenſus verò, aliaque iura ſuper rebus mobilibus conſtituta, aut ad res mobiles competentia: inter mobilia cenſentur: Sequitur profectò neceſſariò, quod appellatione bonorum mobilium & immobilium iura, actiones, & cenſus contineantur.

Deinde, ex communi vſu loquendi, & intentione diſponentium, & contrahentium appellatione bonorum mobilium & immobilium iura & actiones comprænhenduntur: Ita prædictam quartam concluſionem oppugnat Cou. *ca. relatum.* 2. *parte rubr. de teſtamento, num.* 1.

Eſt igitur contrarium verius, quòd appellatione bonorum mobilium, & immobilium, iura, actiones, & per conſequens cenſus comprehendantur. Ita Alc. *l. mouentium. ff. de verb ſignif. idem l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.* Carolus Molin *in addit. ad Alexand. conſil. 45. lib. 1.* Couar. *dicto cap relatum.*

114 Porrò iſtius diſputationis vtilitas † eſt haud exigua, plurimum enim refert, mobilium, an immobiliũ, an neutrius appellatione veniat cenſus.

115 Nam ſi iudicetur res mobilis, † cenſus, qui debentur minoribus, & Eccleſiis abſq; iuris ſolemnitatibus alienari nequeunt: Sin verò inter res mobiles computentur, abſq; iuris ſolemnitatibus, ſicut cæteræ res mobiles, liberè alienari poſſunt: Petrus Follerius *de contra. cenſual. verbo cenſus, n. 35.* Gail. *d. obſ. 10.* *Guil. Redoanus de reb. eccl. non alien. rub. 6 n. 30. & ſeq.*

116 Deinde facit ad intelligenda ſtatuta, † & conſuetudines, quæ altero coniugum mortuo, ſuperſtiti bona mobilia, liberis verò immobilia tribuunt Item, quæ defuncto ſubdito ſemiſſem, vel trientem ruſtici defuncti bonorum mobilium, domino deferunt: nam rebus immobilibus impoſitus cenſus, reputatur inter immobilia, liberiſq; aut hæredibus cedit. Conſtitutus verò ſuper rebus mobilibus iudicatur res mobilis, ideoq; coniugi debetur, & cum domino diuidendus venit *Mynſinger centur. 1. obſeruat. 69. Carol. Molin. in addit. ad Alex. conſ. 244. lib. 6.*

117 Tertiò, vt intelligatur, quæ actio, † vel quod inter-
118 dictum inſtitui debeat: Nam denegans † ſoluere præſtationem cenſus, qui inter immobilia refertur, dicitur ſpoliare, atq; interdicto vnde vi conueniri poteſt. Bald. *in l. ſi quis conductionis, num. 2, C. locati, Speculat. de reſtit.*

ſpo-

Digitized by Google

ſpoliator. §. *nunc dicamus*. Gail. *lib*. 2. *obſeruat*. 75. Mynſinger. *centur*. 3. *obſeruat*. 85. Menoch. *tractat. recuper. remed*. 1. *quaſtion*. 8 *num*. 81. Pro iiſdem † cenſibus retinendis, interdictum vti poſſidetis competit Bart & Dd. *in l. rem qua nobis. ff de acquir. poſſeſſ*. Gail. *lib*. 2 *obſeruat*. 39. *nu*. 5. Menoch *tract. recuper. remed*. 3. *quaſt*. 15. Cynus *l ſi certis annis. C. de pact*. Sin autem cenſus † cuius penſionis ſolutio recuſetur, inter mobilia refertur, non interdicto Vndè vi, aut, Vti poſsidetis, ſed interdicto, † Vtrobi, vel actione furti, vel de vi bonorum raptorum experiundum eſt. *l*. 1. §. *illud*. vbi Bart. *ff. de vi, & vi armat*. 119 120 121

Quartò ad cognoſcendum, vtrum quis in iudicio ſatisdare cogatur, iuxta *l. ſciendum. ff. qui ſatisdar. cog.* nam habens cenſum, † qui inter immobilia ponitur, onere ſatisdationis liberatur, non item is, cui cenſus eſt, qui in mobilibus numeratur. Mynſing. & Gail. *dictis locis*, Tyraq. *de retractu*, §. 1. *gloſſ* 7. *num*. 14 *& ſeq*. Bartolus, Baldus, Alexander & Iaſon *dicta l. ſciendum*. 122

Deniquè hinc colligitur, quod donans † legans, oppignerans, publicans, diſtrahens omnia bona, tàm mobilia, quàm immobilia, cenſus, & reliqua iura donaſſe, legaſſe, oppigneraſſe, publicaſſe, diſtraxiſſe, & confiſcaſſe cenſeatur, Bartolus *l. Quintus*. §. *argento*. 1. *ff. de auro & arg legato*. Carolus Molin. *in addit. ad Alexand. conſil*. 405. *lib*. 1. *& conſ*. 244. *lib*. 6 Guilh Benedict. *cap. Raynutius, verbo, catera bona. de teſtament*. Couarr. *c. relatum*. 2. *de teſtam*. Ratio eſt, quia ex ſigno vniuerſali, *omnia*, colliguntur diſponentis mentem eſſe, & etiam iura, & actiones comprehendantur. 123

124 *Secunda quæſtio eſt: Vtrum contractus græcè ἀντίχρησις † latinè impigneratio, germanicè* Pfandtſchafft *dictus, ad emptionem cenſus referri poſsit, & per conſequens ſit licitus : An verò nihil aliud ſit, quàm mutuum ſub pignore, adeoq́; ſit vſurarius.*

Est apud Germanos valdè frequens contractus impignerationis, germanicè, Pfandtſchafft/autore Zaſio, *reſponſ.* 12. *lib.* 1. *num.* 12. græcè ἀντίχρησις appellatus, is qua forma celebretur, ex ſequenti facti ſpecie intelligi poteſt. Princeps, Comes, Baro, Nobilis, aut alius nummis abundans, Principi, Comites, Baroni, Nobili, aut alii indigenti, notabilem pecuniæ ſummam irreuocabiliter mutuat, & à mutuatario, vrbem, caſtrum, præfecturam, pagum, aut aliam poſſeſſionem cum omnibus iuribus, fructibus & emolumentis in hypothecam accipit, eo pacto, quod is mutuans, ſeu creditor hypotheca, ſeu pignore cum omnibus fructibus, & prouentibus vti poſſit, donec ab impignorante, ſeu mutuatario, debitore, pecunia reddatur, fructusq́ue perceptos in ſortem imputare non cogatur, ſed vſurarum vice retineat: Quæritur: *Vtrum huiuſmodi contractus ſit licitus, an vſurarius?*

125 De qua quæſtione diuerſæ ſunt Dd. opiniones. Prima eſt Zaſii † *l. rogaſti, §. ſi tibi. ff. ſi cert. petatur.* putantis, ſi huiuſmodi contractum celebrent fœneratores, aut, ii qui fœnerari conſueuerunt, quod tunc iudican-

Digitized by Google

candus ſit vſurarius. Sin verò alii boni, & probi viri prædicta forma contrahant, quod ab uſuraria labe excuſentur.

Secunda eſt † [redacted] *tractat. de commerc.* 126
& vſur. quæſt. 35. num. 259. qui alia vtitur diſtinctione: Aut enim, dicens, antichreſis eſt perpetua, hoc eſt fundus, ſuper quo cenſus eſt emptus, ita traditur, vt emptor ſemper, perpetuò, & tamdiù fructus percipiat, donec venditor ſeu debitor cenſus, cenſum ipſum reemat, & hoc caſu ſecundum [redacted] vſuram ſapit: Aut verò eſt temporalis, ad certum, ſeu definitum tempus conſtituta, & hoc caſu antichreſin cenſet eſſe licitam, ac permiſſam.

Tertia eſt Andreæ Gail. *lib. 2. obſeruat. 3.* vbi circa 127
finem aliter diſtinguit: Aut enim, aſſerens, creditor ſui tantùm quæſtus, & emolumenti gratia antichreſin celebrat, & tunc vſurarium exiſtimat: Aut iuuandi ſolùm debitoris cauſa, & tunc licitum, ſeu inculpatum arbitratur.

Quarta eſt Matthæi VVeſenbeccii, 1. *part. conſilio.* 128
reſp. 2. num. 90. & ſeq. exiſtimantis, quod ſit contractus emptionis & venditionis ipſius vrbis, caſtri, præfecturæ, pagi ſeu villæ, cum pacto retrouendendi: Idem ante VVeſenbeccium reſpondit Zaſius noſter *dicto conſil. 12. num. 17. & ſeq. lib. 1.*

Vltima eſt Dominici de Soto, qui *lib. 6. de iuſt. &* 129
iur. quæſt. 1. art. 2 circa fin. putat eos Principes illuſtres, & magnates, qui pecuniam ſub pignore ſeu hypotheca comitatus, vrbis, caſtri, pagi, &c. credunt, fructus rei hypothecatæ nullo modo percipere poſſe, & ſi percipiant non computando eos in ſortem, quod ab vſuraria prauitate excuſari nequeant:

Digitized by Google

Idem iudicat Caietan. 2.2.*quaeſt.*78.*art.*2. Ratio eorum eſt, quia ex mutuo ſupra ſortem aliquid capere vſura eſt.

130 Ego ex rationibus † relatis, quæ ſolido iuris aut rationis fundamento nitatur, ſententiam video nullam, quin potius quaſdam falſam, quaſdam imperfe-
131 ctam continere doctrinam. Et primò quidem Zaſii † diſtinctio iuris fundamento caret: quæſtio enim eſt, *Vtrum antichreſis ſit contractus natura ſua licitus, an vſurarius*. Si natura ſua legitimus ab omni non ſolum probo, ſed etiam ab vſurario licitè exerceri poteſt: ſin illicitus, à nemine, nec bono quidem viro celebrari poteſt.

Eodem vitio laborat Caroli Molin. diſtinctio:
132 nam perpetuum † & temporaneum, non ſunt modi ſeu regulæ contractum antichreſeos iuſtum, vel iniuſtum reddendi: Itaque ſi antichreſis eſt contractus natura ſua illicitus, etiam ad breue tempus initus, remanet iniuſtus. Sin autem natura ſua eſt licitus, etſi partes agant, vt perpetuò duret, non ideò reddetur illicitus: tempus enim non eſt modus contractum reddendi iuſtum, & licitum, aut iniquum, & iniuſtum.

133 Eadem ratione & Gailii † ſubuertitur: nam ſi antichreſis eſt contractus natura ſua licitus, valet, ſiue emolumenti ſui, ſiue debitoris iuuandi gratia à creditore exerceatur: Sin verò vſurarius, ſemper eſt illicitus, contra iuſtitiam, & per conſequens contra charitatem.

134 Etenim ſi contractus † eſt contra iuſtitiam, eſt quoque contra charitatem, etſi enim detur peccatum contra charitatem, quod contra iuſtitiam non eſt, vt ſi non auertam, & impediam, damnum proximi, quod ſine periculo impedire poſſum, vt docet Couarr.

Couarr. *c. peccatum. 2 parte. §. 3. num. 5. de reg. iuris. in 6.* Attamen quicquid eſt contra iuſtitiam, eſt quoque contra charitatem, hoc eſt, charitatem extinguit D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 24. *articul.* 10. Itaque dicere, quòd detur vſura, quæ non ſit contra charitatem, perinde eſt, ac aſſerere, quod detur adulterium, furtum, homicidium, quod non ſit contra charitatem, quo nihil abſurdius: etenim ſicut adulterium, & ſimilia intrinſecè, & natura ſua ſunt turpia, & & illicita, ita & vſura.

Matthæi VVeſenbeccii opinionem † partim veram, partim à vero alienam eſſe cenſeo: nam impignorationem prædictam emptionem eſſe, rectè aſſerit: verùm, quod ſit emptio ipſius caſtri, vel alterius fundi ſub pacto redimendi, id non admitto, vt paulò poſt ex noſtra ſententia intelligetur. 135

Ad Scotum, & Caietanum, † quod attinet, loquuntur ii, aut in diuerſo caſu, vt cenſet Binsfeld. *cap.* 1. *de vſur. quæſt.* 2. Aut ſi in caſus propoſiti terminis id ſentiunt, errant, putantes prædictum contractum impignorationis ad mutuum neceſſariò eſſe referendum, vt paulò poſt probabitur. 136

Itaq; quæſtio propoſita ex aliis iuris † fundamentis, hoc eſt ex natura, & ſpecie contractus reſoluenda eſt. Aut enim antichreſis eſt mutuum ſub pignore: Aut emptio aut contractus innominatus. 137

Si mutuum † atque inter partes conuentum, vt pro mutuo dato, mutuans pignoris fructus percipiat, eoſque in ſortem non computet, profectò huiuſmodi contractus antichreſeos eſt vſurarius: nam in mutuo † ſupra capitale aliquid accipere, eſſe fœnus, & illicitum, in definitione cenſus ſupra eſt probatum 138

Digitized by Google

creditor enim † fructus pignoris percipiens, eos in for-
140 tem computare tenetur, id ni faciat, vſuram exercet,
141 eſtque vſurarius, tàm iure ciuili, quàm canonico, † *ca.1.* vbi Binsfeld. *q 1. & 2. c. conqueſtus ext. de vſur. l. 1 & 2 C.*
142 *de diſtract. pignor.* Ex quibus intelligitur, † quod *l. ſi ea pactione, & l ſi ea lege, C. de vſur* quibus pignoris fructus vice vſurarum creditori permittuntur, tàm iure ciuili nouiſſimo, quàm canonico, quibus omnis vſura prohibetur, hodiè ſint correctæ.

143 Sin autem antichreſis in emptionem † incidit, aut emptionem, vel contractum innominatum conſtituit, licita eſt, & permiſſa.

144 Sciendum itaque primò, quod antichreſeos † fiat mentio duobus Digeſtorum reſponſis, nempè *l. ſi pecuniam. ff de pignor. action. & in l. ſi is, qui bona. §. 1. ff. de pignoribus.* eiuſque exempla ponuntur, *dicta l. ſi ea pactione, & d. l ſi ea lege. C. de vſuris.*

145 Eſt autem antichreſis, † quando pignus ita datur, vt eius fructus pro vſuris præcipuos habeat creditor, eoſque in ſortem non conferat autore Alciat. *diſpunct. lib. 2. c 3* & And. Gail. *lib. 2. obſeruat. 3.*

146 Differtque iure ciuili antichreſis † à pignore ſimplici, quod creditor vtatur antichreſi licitè *d. l ſi ea pact. & dicta l. ſi ea lege. C. de vſur.* verùm pignore non vtatur, *l. 1. & 2 C. de diſtract. pignor* Dico iure Codicis, quia iure
147 canonico, & conſtitutionibus Imperii † nouiſſimis, omnis vſura eſt prohibita, vnde quicquid vice vſurarum vltra ſortem in mutuo accipitur, eſt vſura, vt conſtat ex eius definitione, qua dicitur, quod ſit, quicquid ſorti accedit ex pacto, aut ſpe: vel rectius, voluntas capiēdi vltra ſortem lucrum aliquod temporale, vi, & cauſa mutui principaliter. Cou. *lib. 3. reſol. c. 1. n. 1. & 2.*

Secun-

Digitized by Google

Secundò noſcendum eſt, contractum † antichreſeos aliquando accedere, & coniungi cum contractu mutui, vt ſi mutuum verè contrahatur, & pro eius ſecuritate creditori pignus detur, conueniatque inter contrahentes, vt fructus pignoris creditor percipiat, donec ſors reddatur, iuxta ſæpedictas *l. ſi ea lege, & l. ſi ea pactione, C. de vſuris*. Aliquando verò antichreſis acceſſoria eſt, & connexa contractui emptionis cenſus, puta, ſi Princeps, Comes, Baro, Nobilis nummis indigens, diuiti, de, ſuper, & ex caſtro, vrbe, pago, villa &c. cenſum pro precio mille florenorum vendat, emptorique caſtrum, vrbem, pagum, villam &c in pignus tradat, pactumque fiat inter contrahentes, vt emptor prædii obpignerati fructus loco penſionis venditæ percipiat.

Tertiò noſcendum, pactum antichreſeos † in emptione cenſus dupliciter concipi poſſe: Aut enim inter contrahentes conuenit, vt emptor fruatur antichreſi, abſque vlla redditione rationum, & reſtitutione fructuum, iuſtam penſionem notabiliter excedentium: Aut pactum intercedit, vt de exceſſu fiat computus, fructusque excedentes venditori cenſus reſtituantur, vel in ſortis extenuationem conferantur. 149

Vltimò præmonendum, in diſcernenda contractus † ſpecie ad mentem, & intentionem contrahentium potius, quàm ad nomen, quo contractus appellatur, reſpiciendum. Hinc rectè dicitur, diſponentis, † & contrahentis voluntatem magis, quàm verba attendenda, quodque voluntas diſponentis, & contrahentis ſit regina, ac domina. Decius *in l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iuris. l. ſi tibi pecun. ff. ſi cert. petatur*. Menoch. *de præſumpt. lib* 1 *quæſt*. 16. *num*. 7. In contractibus enim veritas potius, quàm ſcriptura perſpici debet, vt ſanci- 150 151

 tum

tum eſt, *in l. 1. C. plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur*: non enim quod ſcriptum, ſed quod geſtum eſt inſpicitur, *l. 3. C. dicto tit. plus valere: &c.* Conradus Summerhardt *de contractibus. quaſt. 33. vbi ſuppoſitione 2* pluribus id illuſtrat exemplis.

152 Primum † eſt, *ex l. ſi vno anno.* aliâs §. *Papinianus. l. ex conducto. ff. locati,* vbi contractus, quo annua penſio remittitur, dicitur, & vocatur donatio, cum ſit tranſactio.

153 Alterum eſt *in l. inſulam. ff. de praſcript. verbis*, vbi contrahentes vtuntur vocabulo, vendidit, cum venditio non ſit, ſed contractus innominatus, do, vt facias.

154 Tertium † eſt *in l. ſi olei, C. locati,* vbi contractus, quo fundi fructus, pro certa olei ponderatione dantur, vocatur locatio, cum locatio non ſit, ſed contractus innominatus, do, vt des, etenim in locatione merces in pecunia conſiſtere debet. Ita *additio ad gl.* & Bart. *d. l. ſi olei.*

155 Quartum † eſt, *in l. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſa mortis*, vbi donatio cauſa mortis facta, quam donans non reuocare promittit, eſt donatio ſimplex, etſi à donante dicatur donatio cauſa mortis, refert Menoch. *de praſumpt. lib. 3. praſ. 35. num. 21.*

156 Quintum, † & vltimum eſt *in l. emptione, C. plus valere*, &c. vbi contractus appellatur emptio, cum in rei veritate ſit pignus. Simile eſt exemplum *in capit. illo vos. de pignoribus, & in cap. ad noſtram. de emption.* In

157 ſumma, † quandocunque vel in fraudem legis, vel in tertii præiudicium contractui à contrahentibus nomen imponitur, inſpicitur quod actum, non quod dictum eſt. Tyraquell. *de retractu conſanguin. §. 30. glo. 2 num. 12.*

Couar.

Couarr.*l.2.reſolut c.4.nu.9.* Menoch.*de præſum.p.lib.3.* *præſ.*122.Binsfeld.*de vſuris notab.*10.

His ita præmiſſis ſit *prima reſponſio & concluſio*: 158
Contractus † prædictis pactis veſtibus, hoc eſt, quando illuſtris, nobilis, aut alius diues, Principi, Comiti, Baroni, Nobili, aut alii indigenti, pecuniam dat ea lege, vt reuocare nequeat, ſed reluitio ſit in ſolius accipientis poteſtate, & interim pignus fructiferum, puta, vrbs, caſtrum, pagus, prædium, pratum &c: creditori tradat, eo pacto, vt is fructus pignoris, iuſtæ penſioni, legibus aut conſuetudini prouinciæ reſpondentes, percipiat: eosque in ſortem non conferat, vſurarius non eſt, ſed licitus & permiſſus.

Probatur *concluſio*, Primò, authoritate duorum, in materia contractuum verſatiſſimorum Doctorum, eorumquè Germaniæ luminum clariſsimorum, Conradi Summerhardt *de contractib. quæſt 33. concl.7.* Petri Binsfeld. *c.1. de vſur. quæſt.3.concl.1.* Quibus accedunt Zaſius noſter *l.rogoſti.§ fin.ff.ſi cert.petatur.* VVeſenbec. *parte 1. conſil.2 num.90. & ſeq* Qui duo, etſi in contractus ſpecie à noſtra opinione diſſentiant: Attamen quod huiuſmodi contractus ſit licitus nobiſcum aſſerunt.

Secundò probatur rationibus, quarum *Prima* eſt, 159
ſi prædictus † contractus commemoratis circumſtantijs, & pactis veſtitus licitus non eſt, cauſa eſt, quod conſtituat mutuum ſub antichreſi, hoc eſt, pignore, pacto appoſito, vt mutuans fructus pignoris pro mutui officio percipiat, eosq; in ſortem non imputet. Atqui mutuum
non eſt prædictus contractus: nam de mutui natura, † & 160
ſubſtantia eſt, quod à mutuante ad libitum ſemper reuocari, ac repeti poſsit, *l.2.ff.de reb.cred.* vbi Paul. mutuũ,

Digitized by Google

reſpōdet, damus, idem non ſpecie, hoc eſt, numero, ſed genere, hoc eſt, ſpecie Dialectica, recepturi: Clarius *l* 3. *ff eod.* vbi Pomponius, cum quid mutui dederimus, etſi non cauimus, vt aquè bonum nobis redderetur, non licet debitori rem deteriorem, puta, vinum nouum pro
161 vetere reddere, pro eoque † repetendo condictio certi datur, vt conſtat *ex princip. inſtit. quibus mod. re contrah. obligatio.*

Cum itaque pactum irreuocabilitatis cum mutuo ſtare nequeat, conficitur, quòd prædictus contractus mutuum ſub antichreſi non ſit, ſed emptio, & venditio cenſus, cum pacto redimendi, & contractu pignoris.

Quod *ſecundo* hoc argumento probatur: nam præfatus contractus, aut eſt mutuum ſub pignore, aut eſt venditio ipſius fundi, puta, caſtri, pagi &c. Aut venditio cenſus ex fundo, cum impignoratione fundi, pro cenſus ſecuritate:

162 Mutuum non eſſe, pactum non reuocandi pecuniam arguit: Venditionem † & emptionem fundi non eſſe, inde colligitur, quod fundus creditori in pignus datur, quod pignus cum emptione conſiſtere non poteſt. Etenim ſi caſtrum, verbi gratia, eſt vēditum & traditum, dominium in emptorem eſt tranſlatum. Ideoque ipſi
163 emptori in pignus dari non poteſt, quia in re propria † pignus non conſiſtit, hoc eſt, res quæ iure dominii, mea eſt, in pignus mihi dari nequit. *l neq. pignus ff. de reg. iur.*
164 *l. ſi rem alienam. 2 ff. de pignor. act.* Vnde ſequitur, quod † ſit emptio cenſus, deturq; pecunia vt prætiū, fructus vero pignoris, vel potius ius percipiendi fructus, vt merx vendatur: ipſe verò fundus, ſeu caſtrum, cuius fructus venduntur, pro ſecuritate in pignus tradatur, atque ita

due

duo † contractus, & vnum pactum ſimul fiant. Prior contractus eſt vēditio cenſus ex fundo: Poſterior eſt impignerationis: nam princeps, vel alius cenſus venditor pro ſecuritate contractus emptionis, & præſtationis penſionū, pignoris nexu obligat fundum, cuius fructus vendit, eumq́ue fundum emptori tradit, permittens vt eius fructus, ceu penſiones emptas percipiat, ex quo pignoris contractu, † principalis contractus nomen ſortitur, 166
appellaturq́ue impigneratio, vulgò Pfandtſchafft. Ad extremum contractui emptionis cenſus apponitur pactum retrouendendi: nam venditor ius redimendi cenſum, & liberandi, verbi gratia, caſtrum impigneratum, pacto ſibi ſaluum reſeruat.

Secundò, quòd prędictus contractus non ſit venditio & emptio ipſius fundi, † vt voluerunt Zaſ. *lib.* 1. 167
conſil. 12. *num.* 11 *& ſeq.* VVeſenb. *dict. conſ.* 2. *num.* 90. *& ſeq.* probatur: quia in dubio, † quod minimum eſt ſequimur, hoc eſt, contractus, qui minus grauis eſt, celebratus præſumitur. *l. ſemper in ſtipulationibus ff. de regul. iur.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 106. *num.* 4. Atqui contractus venditionis cenſus venditori minus eſt oneroſus, & grauis, venditio verò caſtri grauior, maior, & oneroſior: Igitur ille, non hic præſumitur. 168

Denique pacta † quæ contractui à partibus adiici 169
ſolent, puta, ſi pignus pereat, quòd neque ad aliud pignus, neque ad precii reſtitutionem accipiens obligetur: Item quod pignoris ſarta tecta ad creditorem ſpectent: Rurſus, quod caſtrum, verbi gratia, impigneratum, domino impignoranti aperta domus eſſe debeat: Hæc & ſimilia pacta non venditionem caſtri, ſed cenſus ſub caſtri oppigneratione arguunt.

Tertiò probatur *reſponſio & concluſio*, Contractus

170 in dubio † præſumitur iuſtus & legitimus, non vſurarius *gloſſ. cap. nauiganti, verbo, dubitetur. de vſur.* Abbas *capit.* 1. *num.* 7. *de cleric. non reſidentib.* Baldus *l. rogaſti. circa fin. ff. ſi cert. petat.* vbi Iaſon. *num.* 5. Decius *conſil.* 167. *column.* 2 Grauetta *conſil.* 48. Tyraquell. *de retractu lib.* 2. *ad finem num* 127. Menochius *de præſumpt lib* 5. *præſumpt.* 2. *num.* 5. fusè Ioſephus Maſcardus *de probat. volum.* 1 *concluſ.* 438. Ratio prior eſt, quia du-
171 bia † in meliorem partem ſunt interpretanda. *cap.* 2. *de reg. iur. in antiq.* D. Thomas. 2 2. *quæſtion.* 60 *articul.* 4. Dominicus de Soto, *de iuſt. & iure. lib.* 3. *quæſt.* 4. *art.* 4.
162 Poſterior eſt, quia in † dubio delictum non præſumitur *vulg. l. meritò. ff. pro Socio.* Menoch. *de præſumption. lib.* 5. *præſumpt.* 2. Atqui negari non poteſt, quin ſit dubium, cuiuſmodi ſit prædictus contractus, iuſtus, vel vſurarius: Igitur in tali dubio pro iuſto, id eſt, emptione cenſus, habendus.

Quartò probatur *reſponſio & concluſio*, argumento eorum, quæ tradit Mart. Nauarr. *cap ſi fœneraueris.* 14 *quæſtion.* 3. *num.* 32. vſque ad 35. *& 2. parte decreti, cap.*
173 17. *à num.* 251. vſque ad 257. vbi ſaluat, & defendit † quendam contractum in Gallia, & Italia admodum frequentem, & à tempore immemoriali in ſequentem modum celebratum. Eccleſiæ, viduæ, pupilli, ſuas pecunias mercatoribus nullo titulo ſpeciali, expreſſo, conferunt, vt quatuor florenos ſecuros pro centum annuò in ſuam ſuſtentationem lucrentur: Hunc contractum vt mutuum defendi non poſſe inde probat, quod eſſet vſurarius, qui nec in fauorem piæ cauſæ, puta, viduarum, pupillorum, redemptionis captiuorum admitti poteſt. *capit. ſuper eo. de vſuris.* itaque nullo alio modo ſaluari poſſe aſſerit, quàm dicendo

† quòd

† quod fundetur in contractu ſocietatis, exordiumque cœperit à ſocietatis contractu, in quo vnus pecuniam, alter operam, induſtriamque impendit, ad lucrum, & damnum commune, cui ſocietatis contractui alii duo contractus, ſeu pacta apponuntur. 174

Prior eſt aſſecurationis, quo inter ſocios conuenit, vt mercator operam conferens, ſocio pecuniam conferenti capitale aſſecuret, hoc eſt, capitale ſaluum promittat, eiusque amiſſionis periculum ſubeat, ac pro tali aſſecuratione ex communi ſocietatis lucro certam partem præcipiat, & antecapiat.

Alter contractus, ſeu pactum eſt, vt ad euitandas moleſtias rationum, quæ à ſocio mercatore ſingulis annis reddendæ eſſent, atque ad tollendas ſuſpiciones, mercator qui capitale aſſecurat, pro incerto lucro futuro, certum, idque probabile lucrum promittat, puta, dat quis mille mercatori, de his pro lucro ſingulis annis haberi poſſent octuaginta: verùm ſocius qui pecuniam contulit, ſuum capitale ſaluum habere cupit: Ideò cum mercatore ſocio init pactum aſſecurationis, pro quo pacto oneroſo de communi lucro octuaginta florenorum, triginta mercator præcipit, & antecapit: Et quia redditio rationum multas continet moleſtias, aliud inter ſocios fit pactum, quo conuenit, vt certum, puta quadraginta de mille florenis, pro lucro ſocietatis ſingulis annis à mercatore dentur, refert Binsfeldius *c. nauiganti. de vſur. quæſt. 8.*

Sumpſiſſe autem prædictum contractum originem à contractu ſocietatis, cui commemorata pacta inſint, nonnullis ſignis probat Nauarra. Primum eſt, quod huiuſmodi conſuetudo † ſit immemorialis, habeatque vim conſtituti, probetque allegatum ſocetatis 175

 titu-

titulum *l.hoc iure.* §. *ductus aquæ.ff. de aqua quotid.c. ſuper quibuſdam.* §.*præterea.ff. de verborum ſignificatione.* Secundum eſt, quod prædicta duo Regna, puta,
176 Galliæ, † & Italiæ, pietate, honeſtate, & eruditone ſemper floruerint, & non ſit veriſimile, quòd huiuſmodi conſuetudinem inualeſcere permiſiſſent, ſi contractus eſſet fœneratitius.

177 Quemadmodum ergò † *Nauarra* prædictum in Italia, & Gallia frequentem contractum, & vt ipſe fatetur in *Germania* vſitatum, ab vſuraria prauitate excuſat, adſerens, quod ſit ſocietas, cui alii duo contractus, ſeu pacta inſint: Ita & mihi impignerationis contractum, á tempore immemoriali in Germania frequentatum, ab vſuraria labe vindicare licet, ſi dicam, eſſe contractum emptionis cenſus, cui alii duo contractus ſeu pacta, puta, impignerationis prædii, ex quo cenſus venditur, & pactum redimendi reditum ſiue cenſum, ſint coniuncta: Tùm quod huiuſmodi conſuetudo
178 Germaniæ † ſit immemorialis, vt teſtantur inſtrumenta quæ ſuper huiuſmodi contractu confecta ipſe vidi, & teſtatur de hac conſuetudine immemoriali Zaſius *in l. rogaſti*, §.*fin.ff.ſi cert.petat.* cui ceu excellenti Doctori, atque in praxi inſigniter exercitato eſt credendum:
179 Tùm quia antiqui † Germani virtute, pietate & honeſtate ſemperfloruére, horque nomine Romani Imperii ſceptra meruêre, vt teſtatur Syluest. *verbo electio 2.q.*
180 *4.num.*5.non ſecus, atque Romani † cum ad huc eſſent Gentiles ob egregias virtutes morales, imperium à Deo meruerunt, teſte *D. Auguſt. de ciuitate Dei, cap.*15, Nauarr. 2.*part. decreti, tit. de oratione & horis canonicis, cap.*20.*num.*36.

Ex prædictis *ſecunda* conſtituitur *concluſio*, quòd contra-

contractus † impignerationis cum prædictis circum- 181
ſtantiis à tempore immemoriali in Germania celebratus, originem ſumpſerit à contractu emptionis cenſus, ſitque nihil aliud, quam emptio cenſus, cui vnus contractus, puta, impignerationis rei, ex qua cenſus venditur, & vnum pactum, ſcilicet, cenſus redimendi, & re-emendi inſit, voceturque impigneratio, à contractu pignoris, emptioni cenſus appoſito, ad ſignificandum, atque indicandum, quòd contractus principalis non ſit venditio fundi, ſed venditio cenſus cum impigneratione fundi, pro cenſus ſecuritate. Probatur concluſio authoritate Summerhardt. *dicta quæſt.33. concluſ.6.& 7.* Binsfeldii, *c.1.de vſur.quæſt.2.concluſ.1.* Deinde probatur *rationibus*, pro prima concluſione adductis.

Ampliantur primò prædictæ *duæ concluſ.* vt procedant, etſi contrahentes nomine † *mutui*, vel verb. *mu-* 182
tuo & mutuor vtantur, nam nihilominus præſumitur contractus emptionis cenſus: tum quia verbum Leyhen / latinè credere, vel mutuo dare, eſt generale, *l.1.ff.de reb.credit.* tùm, quia verbum mutuo vel mutuor, hoc caſu impropriè ſumitur, pro emere vel vendere, iuxta *dicta in vltimo præmiſſo*, Summerhardt *d.q.33.ſuppoſ.2.* Binsfeld. *rub.de vſur.notab.10.* Idem *d.c.1.de vſur.quæſt.2.verſ. Quintò hoc loco.* Guido Papæ *quæſt.186.* Couarr. *lib.3.reſol.c 2.n.2.verſ. Quin & pecunia.*

Ampliantur *ſecundò concluſiones*, quòd contractus prædictis circumſtantiis veſtitus, † ſit emptio cenſus, etſi à contrahentibus appelletur impigneratio, vulgò Ein Pfandtſchafft / Ita Summerh. & Binsfeld. *d. locis.* Soc. *conſil.15.num.38.lib.1.* Zaſ. *lib.1.conſ.12.num.11.& 12* 183
VVeſenb. *conſ.2.num.91.& ſeq.* dicentes, quando clauſulæ & pacta, quæ contractui antichreſeos adiiciuntur,

iniquus, quia eſt mutuum verum, & emptio imaginaria. *l. nuda & imaginaria, ff de contrah. empt.* Binsfeld. *d. ca. 1. de vſur. quaſt. 2. concl. 2. & 3.*

Limitantur prædictæ concluſiones *ſecundò*, ſi antichreſis † cum ruſtico celebretur, hoc eſt, ſi ruſticus ex 189
prædio, quod habet vnico vendat cenſum, prædiumque emptori iure antichreſeos tradat, nam huiuſmodi antichreſis cum ruſticis celebrata prohibetur *nouell. 32.* quæ incipit, *nullum credentem agricolæ tenere illius terram, &c.* & habetur *collat. 4. tit. 5.* Carol. Molin. *tract. de commerc. quaſt. 35. num. 259.* Binsfeld. *dicto loco. concl. vlt.* Ratio eſt, quia omne ruſticorum † lucrum, omniſq; 190
opera in agricultura conſiſtit: vnde ſi per antichreſin fundis exuerentur ruſtici, agriculturam deſerere, & ſolum vertere cogerentur: Ita Binsfeld. *dicto loc.* vbi ex Carolo Molin. ad nobiles pauperes prædictam nouellam extendit.

Vtilitas huius diſputationis eſt magna: nam ſi con- 191
tractus antichreſeos dicatur mutuum ſub pignore, eſt vſurarius, niſi fructus in ſortem imputentur: Sin verò appelletur venditio ipſius caſtri cum pacto retroemendi, tunc huiuſmodi † ius offerendi ſeu redi- 192
mendi præſcriptione amittitur, ſecundum communem Dd. opinionem, quam defendit Couarruuias *lib. 1. reſol. cap. 9.* Sin verò ſit emptio cenſus cum pacto redimendi, ius redimendi † nulla vnquam præſcriptio- 193
ne amittitur. Couarr. *dicto loco. num. 8. verſ. Quinto illud præ cæteris.* Et hoc ſenſu procedit opinio Gaili *lib. 2. obſ. 18.*

Minor probatur dupliciter: Primùm, quia contractus præſumatur emphyteuticus & penſio † intra biennium 197
Eccleſiæ, aut intra triennium priuatis perſonis ſoluta non fuerit, iure ſuo emphyteuta cadit, *c. fin. ext. locati. l. 2. C. de iure emphyteut.* Verùm cenſitus etſi mille annis cenſum non ſoluat, iure ſuo, quod in prædio, ex quo penſionem ſoluit, non cadit. Couarruu. *d. loco.* & Menoch. *d. loco, nu* 10. Secundùm, quia emphyteuta † præ- 198
dium emphyteuticum domino inconſulto alienans, ius emphhyteuticum amittit. Menoch. *d. loc. nu.* 13. Verum cenſitus prædium cenſuale cenſitore inconſulto ſine pœna alienare poteſt.

Tertia eſt † Iaſonis, *l. 2 C. de iure emphyteut. nu.* 165. 199
Petri Follerii *tract. cenſuali, verbo, huiuſmodi cenſualia. num.* 80. Molin. *tractat. de contractib. diſputat.* 381 *num.* 6 *&* 7. diſtinguentium. Vtrum in prouincia, in qua de contractus ſpecie contenditur, frequentior ſit contractus cenſualis, an verò emphyteuticus. Et ſi crebrior ſit cenſualis, quod in dubio titulus cenſualis præſumatur. Sin verò emphyteuticus contractus frequentior, quòd contractus in dubio cēſeatur emphyteuticus: Sin vnus æquè atq; alter fuerit celebris, atq; vſitatus, quod in dubio titulus præſumatur cenſualis.

Cui opinioni, quæ in rei veritate, ſecundæ non aduerſ tur, ſed eam declarat, *ego* accedo: Motus primò *c. in obſcuris. de reg. iuris. in 6. & l. ſemper in ſtipulationib. ff. eod.* vbi ICtus, Semper, inquit, in ſtipulationibus, & reliquis contractibus, ſequimur quod actum eſt, ſi non appareat quid actum, conſequens eſt, vt id ſequamur, quod in regione, in qua factum frequentatur: Quod ſi neq; regionis mos appareat, ad id, quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt. Secundò per *l. verberibus. ff. de*

de pact. & l. quidquid adſtringendæ. ff. de verb. obligat. vbi contra ſtipulatorem, creditorem, petitorem, qui contractui legem dicere potuit apertius, iudicandum reſpondetur. Denique in eam ſententiam me impellit ratio, quòd melior ſit conditio poſſidentis, quodque tàm graue & præiudicale admodum onus, de quo veriſimiliter non conſtat, in dubio non præſumatur.

200 Ad Iulii Clari opinionem † quod attinet, errat vir clariſſimus in tribus. Primum eſt, quòd ſuam opinionem communem dicat, cum contrarium ſit verum vt conſtat ex Doctoribus, qui contrarium defendunt. Secundò errat in eo, quod cenſum vno tantùm modo, hoc eſt, per traditionem prædii, tàm quoad directum, quàm vtile dominium reſeruato cenſu, conſtitui putet, cum plurimi ſint modi & tituli, quibus cenſus conſtituatur, vt in tertia parte oſtenditur, & cenſus reſeruatiui ſint admodum rari, vt rectè obſeruauit Molin. *d. lo. nu. 7.* Tertiò impegit in eo, quod cenſeat, illud minimum, quod in dubio eſt ſequendum, ex parte creditoris eſſe æſtimandum, cum potius ex parte debitoris ſit cenſendum.

201 Ad argumentum † itaque, quo vtitur, reſpondetur, in dubio minimum quidem ſequendum, verùm id minimum non ex parte creditoris, ſeu petitoris, ſed debitoris & poſſeſſoris eſſe metiendum, *dict. l. veteribus. ff. de pact & dict. l. quidquid adſtringendæ, ff. de verborum obligation.*

CA-

CAPVT SECVNDVM, DE VARIIS CENSVS DIVISIONIBVS.

SVMMARIA.

1 *Cenſus alius publicus, alius priuatus, & quid uterq;?*
2 *Cenſus publicus in canonem, oblationem, & indictionem diſtribuitur.*
3 *Canon quid?*
4 *Canon non eſt admodum diſſimilis oneri, quod munus patrimoniale, ordinarium, merè reale appellatur.*
5 *Oblatio quid? & poteſt vocari ſubſidium charitatiuum.*
6 *Indictio quid, & cui oneri ſimilis?*
7 *Indictiones ſi augeantur, vocantur ſuperindicta.*
8 *Multum refert, an penſitatio publica ſoluatur vt munus patrimoniale ordinarium, an vt extraordinarium.*
9 *Munera patrimonialia ordinaria, indicuntur tàm forenſibus, quàm incolis, tàm clericis, quàm laicis, & cur?*
10 *Indictiones, & munera patrimonialia extraordinaria forenſibus, & clericis non imponuntur.*
11 *Cenſus alius eſt purus alius impurus.*
12 *Cenſus alius antiquus, alius nouus, & quid vterq;?*
13 *Cenſus alius perpetuus, alius temporalis, & vterq; vel redimibilis, vel irredimibilis.*
14 *Errant, qui ſolum cenſum perpetuum irredimibilem aſſerunt.*
15 *Cenſus temporalis eſt vel certi, vel incerti temporis.*
16 *Cenſus alius perſonalis, alius realis.*
17 *Item alius pecuniarius, alius fructuarius.*

18 *Ratione modorum quibus cenſus conſtituitur, alius eſt reſeruatiuus, ſeu fundiarius, alius conſtitutiuus, conſignatiuus, ſeu impoſititius.*
19 *Cenſus reſeruatiuus quid?*
20 *Cenſus conſignatiuus quid, & cur ſic dictus?*

DIVERSA conſideratione diuerſimodè diuiditur cenſus. Primò in generaliſſima ſignificatione ſumptus cēſus, † in *publicum* & *priuatum* diſtribuitur.
1 Publicus eſt, qui Reipublicæ penditur, hoc ſenſu ſumitur *in tit ff. de cenſib.* Priuatus eſt, qui perſonis priuatis præſtatur: Hoc ſenſu exaudiendus eſt *tit. C. de agric. & cenſit.* Item *l. 2 C. in quibus cauſ. coloni dominos accuſare poſſunt*, teſte Cou. *c. quamuis, 2. parte, §. 1. num. 2. de pactis, in 6.*

Cenſus publicus † in canonem, oblationem, & indictionem diſtrahitur. Ex his tribus penſitationum
2 generibus ærarium RomanæReip: conſtabat, teſte eod. Cou. *lib. 1. reſol. c. 12. n. 2* Canon † dicitur penſitatio publica,
3 ordinaria, vniformis, ſtato tempore, puta, quotannis ſingulis menſibus recurrens, cuiuſmodi ſunt portoria, vectigalia, indebita, vulgò, Vngelt / tributa, vulgò Stewr / angaria, vulgò Frondienſt mit Roß vñ Wagen / Zaſ. *l. idem Iulianus. §. hæres. ff. de legat. 1.* And. Gail *lib. 2. obſ. 52. n. 9.* Eſtq; † Canon non admodum diſſimilis one-
4 ri, quod munus patrimoniale ordinarium, mere reale appellatur *l. 1. §. illud tenendum. l. reſcripto. §. munera quæ patrimoniis. l. muner. §. patrimoniorum. ff. de mun. & hon.* nam vtrumq; eſt publicum, ordinarium, vniforme, ex lege ſtato tempore recurrens.

Oblatio dicitur, quidquid à populo principi de-
5 fertur, vt auxilia in comitiis principi oblata & promiſſa cha-

charitatiuum ſubſidium appellare licet, de quo Menochius *de arbit. iudicum. lib. 2. centur. 2. caſu.* 178.

Indictio † eſt id, quod Princeps proprio edicto certam numerorum ſummam indicendo imperat non abſimilis ei oneri, quod munus patrimoniale, mixtum appellatur, cuiuſmodi ſunt præſtationes, quæ partim ſunt perſonales, partim reales, quod perſonis propter res, & poſſeſſiones indicentur, ſtatam & vniformem prȩſtationem non habeant, ſed ex voluntate ſuperioris, ob neceſſitatem ſuperuenientem varient, reiterationem non exſpectent, ideoq; munus extraordinarium, ſeu collecta appellatur. Zaſ. *d. loc, n,* 4. Gail. *d. loc. n.* 9. *&* 10. Hæc indictio † ſi augeatur, ſuperindictum, vulgò Ein doppelte Schatzung vocatur, de quo *in l. vnica. C. de ſuperindicto. & l. indictiones. C. de an. & trib.* Porrò plurimũ † refert, vtrum cenſus ſeu penſitatio, vt canon, & munus patrimoniale, reale, ordinarium, an vt indictio, & munus patrimoniale, extraordinarium, mixtum ſoluatur? Nã priori † caſu, omnibus non ſolum incolis, ſubdidis, & municipib. ſed etiam extraneis & forenſibus, non ſolum laicis, ſed etiam clericis imponi poteſt. *l. 2. l. obſiſtere, C. de an. & trib. l.* 1. *C. de indict. & l. reſcripto. § fi. l. muner. § patrimoniorũ. ff. de mun. & hon. l.* 2. *C. de mun. patri. l. fi. C. de exactorib. tribut.* Gail. *d. obſ.* 52. *num.* 11. *& ſeq.* Poſteriori † caſu ſolis ſubditis, & incolis imperari poteſt. ita Gail *d. loc.* Ratio diuerſitatis eſt, quia canon & munus patrimoniale merè reale rebus cohæret, atque ratione prædiorum à poſſeſſoribus præſtantur: At indictio, ſeu collecta, & munus patrimoniale mixtũ perſonis principaliter, licet ratione patrimonii in conſequentiam, iniungitur. Vnde ſi perſona non ſit ſubdita, muneris impoſiti ad eam ſe nõ extẽdit, *d. l. reſcript. §. fin. & . d. l. mun.*

6 7 8 9 10

§ *patrimoniorum autem.ff de muneribus & honorib.l.forma.§.is verò ff.de cenſibus.*

11 Secundò ratione † pactorum, quæ cenſuali contractui adiici ſolent, alius dicitur ſimplex, ſeu purus, alius cum pactis, ſeu impurus. Purus nuncupatur cenſus, qui purè & ſimpliciter, abſque vllis pactis eſt conſtitutus. Impurus, ſeu cum pactis eſt ille, qui certis appoſitis pactis eſt creatus. Huius diuiſionis ea eſt ratio, quòd ſtipulatio, emptio, & contractus regulariter omnis, aut purè, aut cum pactis celebrari poſſit. §. *omnis ſtipulatio. inſtit.de verb.obligat.* §. *emptio.inſtit.de empt. & vendit.*§.*conductor.inſtit.de locat.* Hanc cenſus diuiſionem tradunt Summerhardt *quæſt.76.* Iohan Medin. *C.de rebus per vſuram adquiſitis. quæſt.* 12 Couarr. *lib.3. reſol.c.7.n.2.verſ. Secunda ratio,& c.8.in princ.*

12 Tertiò ratione † temporis, quo vel breui, vel longo durauit cenſus, alius nuncupatur antiquus, alius nouus. Antiquus eſt, qui antiquitus, & pluribus abhinc annis fuit cõſtitutus. Nouus, qui rebus nullo hactenus cenſu grauatis, nouiter imponitur. Summerhardt *qu. 79.concluſ.*8. Carol. Molinæus *tract.de commerc.in prin. num.*20 *& quæſt.*62. *rurſus quæſt.*68. Couarr. *lib.3.reſol. c.7.n.2.verſ.Caterùm.*

13 Quarta partitio † ſumpta eſt à tempore quo duraturus eſt cenſus, quo inſpecto alius cenſus eſt perpetuus, alius temporalis. Perpetuus vocatur, qui eſt perennis, iugis & in perpetuum durat. Temporalis dicitur, qui ad certum, definitumq; tempus penditur, eoq; tranſacto, exſpirat, extinguiturq;. Summerhardt *quæſt: 72 ſuppoſit.* 4. Iohann. Medina *dicto loc.* Dominicus de Soto *de iuſt.& iur.lib.6.quæſt.5. art.*1. Couarr. *d.lib.3.ca. 7.8.& 9 per diſcurſum.*

Vtrum-

Digitized by Google

Vtrumque membrum bipartitum eſt. Nam perpetuus cenſus, aut eſt irredimibilis, aut redimibilis. Irredimibilis appellatur, qui inuita altera parte redimi, aut reuendi non poteſt. Redimibilis eſt, qui ex pacto conuento redimi, aut reuendi poteſt. Hanc perpetui cenſus ſubdiuiſionem tradit Summerhardt *d. q. 72. ſuppoſ.* 4. Vnde fit, † eos minus rectè ſentire, qui irredimibilem ſolùm cenſum perpetuum eſſe aſſerunt. Neque 14
enim cenſus perpetuitati reemptio, & redemptio repugnat, cùm cenſus etiam redimibilis interim, dum non reemitur, perpetuam durationis cauſam habeat, eiusq; penſiones perpetuò, & iugiter abſque temporis definitione ſoluantur. Tyraquell. *de retractu conſanguinit.* §. 1. *gloſſa* 14 *num.* 120 *& de retractu conuentionali.* §. 2. *gloſſ.* 1. *num.* 39. Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. tit.* 1. §. 13. *gloſſa* 5 *quaſt.* 10. *in fin.* Benedictus Bonius *tract. de cenſi. art.* 88. Ioachim. Mynſing. *cent.* 1. *obſeruat.* 69. Petrus Follerius *de contract. cenſua. verbo, cenſus, n.* 33.

Cenſus quoque temporalis † duplex eſt: Vnus certi, alter incerti temporis. Certi temporis eſt is, qui ad 15
certos, definitosque annos, puta ad 20. 30. 40. ſolùm annos durat, iisque exactis, finitur. Incerti temporis eſt, qui tempore incerto, & non determinato extinguitur, vt ſi ad emptoris, vel venditoris vitam cenſus conſtituatur, quo caſu per alterius obitum euaneſcit cenſus. Verùm cùm obitus tempus ſit incertum, dicitur is cenſus temporalis, ſed incerti temporis. *Summerhardt. Soto, & Medina dictis locis.*

Quintò ratione † rerum, quibus cenſus imponitur, alius dicitur realis, alius perſonalis: Ille rebus, 16
puta, fundis, prædiis, agris, pratis, vineis, domibus, &c. Hic perſonis imponitur. Summerhardt *dicta quaſt.* 72.

ſuppoſit.3. Medina *dicto loco.quæſt*.12. Soto *d loco.quæſt*.5. *de cenſib.art* 4.

17 Sextò,ratione† rei,ſeu termini,hoc eſt,penſionis, quæ iure cenſus præſtatur, alius nuncupatur pecuniarius, alius fructuarius. Pecuniarius vocatur, cum in pecunia numerata penſio ſoluitur: Fructuarius verò, cùm in fructibus, puta,vino, frumento, oleoque, animalibus, lignis, piſcibus, &c. reditus penditur. Summerhardt, Medina, Soto *dictis locis*. Couarruuias *lib*, 3.*reſolut.cap* 7.*num*.3.*verſic,Contrariam ſanè opinionem*. Martinus Nauarra *c.ſi fœnerraueris*.14.*quæſt*.3.*n*.104. Carolus Molin.*de commerciis.quæſt*.21.

18 Denique ratione † modorum, quibus conſtituitur, alius nominatur reſeruatiuus, alius conſtitutiuus,ſeu conſignatiuus,vel impoſititius. Creatur enim

19 cenſus altero de duobus modo. Vnus eſt, † quando Dominus rei ſuæ plenum quod habet dominium in alterum transfert, ea pactione, vt tradenti accipiens certam annuam penſionem ex re tradita præſtet, iuxta *l.final. C.de rerum permutation. gloſſa in cap.conſtitutus, de religioſis domibus*. Bartolus *l*.1. §.1.*ff. de publicanis*. Imola. *in cap. ad audientiam*. 2. *columm*. 2. *de rebus eccleſ. alienand. vel non*. Couarruuias *lib*. 1. *reſolution. cap* 15. *num*.11.*& lib*.3.*cap*.7.*num* 1 Petrus Vollerius *tractatu de cenſibus, verbo,huiuſmodi cenſus,num*. 5. Et hoc modo conſtitutus cenſus, dicitur reſeruatiuus. Dominicus de Soto *de iuſtit.& iure.lib*.6 *quæſt*. 5.*art*.1.*columm*.2 Iohann. Medina *Cod. de rebus per vſuram acquiſit. quæſt*.11 *corollar*.1. Iacob Menoch. *de præſ. lib*.3 *præſumpt*.107.*nu*.4. Ludouic.Molin. *de contract.lib. diſput*,381. Reſeruatiuus dictus, quod transferens in alterum rei ſuæ dominium,ius cenſus ſibi reſeruet.

Alter

Digitized by Google

Alter modus † eſt, quando Dominus pecunia accepta, vel gratis ex ſuis prędiis, ſeu fundis ius cenſus alteri conſtituit, eiq́; annuam penſionem præſtare promittit: & appellatur à DD. huiuſmodi cenſus conſtitutiuus, quod à Domino ſuper rebus propriis alteri conſtituatur, Soto, Medina, & Menochius *dictis locis*. Conradus Summerhardt *quæſt. 72. ſuppoſit* 7. ~~Carolus Molinæus~~ *de commerciis quæſt* 20 *num* 212. Aymon Grauetta *conſil.* 217. *num.* 4. ~~Carol. Molin.~~ *dicto loco*, reſeruatiuos appellat fundiarios, quòd ex conceſſione, & traditione proprii fundi ad reditum dati conſtituantur. Conſtitutiuos vocat impoſititios, quod à dominis rei propriæ imponantur: Petrus Binsfeldius *c. in ciuitate. q. 9. de vſur.* Lud. Mol. *diſputation.* 382. 20

CAPVT TERTIVM DE TITVLIS, QVIBVS CENSVS CONSTITVITVR.

Svmmaria.

1 *Tot ſunt tituli conſtituendi cenſus, quot adquirendi rerum dominia modi.*
2 *Donatio eſt modus conſtituendi cenſum.*
3 *Interpretatio l. fin. C de rerum permutat.*
4 *Titulo feudi rectè conſtituitur cenſus.*
5 *Feudum de Camera, vel Cauena quid?*
9 *In cenſu titulo feudali conſtituto quid tranſeat in vaſallum?*
7 *Non ſolùm inter viuos, ſed etiam mortis cauſa, & propter nuptias donatione conſtitui poteſt cenſus.*
8 *Titulo dotis conſtitui poteſt cenſus.*
9 *Quomodò parentes dotem promiſſam non ſoluentes in Hiſpania condemnentur?*
10 *Tranſactione conſtitui poteſt cenſus.*
11 *Item permutatione.*
12 *Et ſententia iudicis.*
13 *Debitor non ſolùm ſortem, ſed etiam intereſſe creditori ſoluere tenetur.*
14 *Cui licet quod plus eſt, licet vtiq; quod minus eſt.*
15 *Videtur, quod ſententia iudicis non poſſit conſtitui cenſus, idq; ob tria argumenta.*

16 Mu-

Digitized by Google

16 *Mutuum ſub pacto pœnali eſt tacita vſura.*
17 *Reſponſio Nauarri ad prædicta argumenta.*
18 *Ad contractum mutui pœna conuentionalis apponi non poteſt, ad alios contractus poteſt.*
19 *Reſponſio ad argumentum primum in forma.*
20 *Reſponſio ad reliqua duo argumenta.*
21 *Res fungibiles non fructificant.*
22 *An ſuper debito ex mutuo poſſit conſtitui cenſus per ſententiam iudicis?*
23 *An intereſſe ab initio contractus in pactum deduci poſſit.*
24 *Vtrum in vltima voluntate titulo inſtitutionis, legati, fideicommiſſi &c. relinqui poſſit cenſus?*
25 *Sunt qui opinantur §. fi. l. 2. ff de annuis legatis, hodie correctum eſſe.*
26 *Vtrum teſtator legans alicui certam quantitatem liberum facere poſſit hæredi, vel quantitatem legatam legatario ſtatim præſtare, vel donec eam præſtet, legitimum eius intereſſe annuò ſoluere.*
27 *Opinio prima, non poſſe in huiuſmodi legato annuum cenſum ſine vſuræ labe peti.*
28 *Argumentum primum, & ſolutio illius & num. 30.*
29 *Teſtamentarii cenſus iure ciuili appellantur vſuræ.*
30 *Vſura nomen æquiuocum eſt & quot modis ſumatur?*
31 *Argumentum ſecundum & tres illius ſolutiones, & num ſeqq.*
32 *Vtrùm legato certæ quantitatis pœna adponi poſſit, quæ non tantùm ſemel, ſed ſæpius ob dilatam ſolutionem committatur?*
32 *Aliud pœna aliud annuus reditus.*
34 *In legato certæ quantitatis annua penſio, quam, quoad legatum ſoluatur, legatarius percipit, non capitur vt vſura.*
35 *Argumentum tertium, & eius ſolutio.*
36 *Opinio ſecunda, quæ eſt Menochii.*
37 *Reprobatur Menochius.*
38 *Opinio tertia, vltima voluntate cenſum relinqui poſſe.*
39 *Hæc opinio eſt vera & probatur vt num ſeqq*
40 *Legatum, & fideicommiſſum alternatiuum valent.*

41 Reprobatur reſponſio Menochii ad primum opinionis tertiæ argumentum.
42 Non ſemper vno ex legatis alternatiuis præſtito, extinguitur alterum.
43 Oratio diſiunctiua aliquando copulatiua, & copulatiua aliquando diſiunctiuæ vim habet.
44 In oratione diſiunctiua poſſunt omnes partes ſimul eſſe veræ.
45 Legatum annui cenſus purum valet.
46 Minus eſt in legato alternatiuo, quàm puro.
47 Quem honorat, eundem & onerare poteſt teſtator.
48 Legata & fideicommiſſa poſſunt relinqui ſub pœna.
49 Teſtator habet ampliorem de re propria diſponendi poteſtatem, quàm iudex in re aliena.
50 In legato cenſus nulla prorſus committitur vſura.
51 Vtrum teſtator certam quantitatem alicui legans, liberum facere poſſit legatario, vel quantitatem legatam ſtatim petere, vel quoad libuerit, eius petitionem differre, & interim annuum intereſſe, ſeu cenſum exigere?
52 Opinio prima negans.
53 Opinio ſecunda affirmans, quæ verior.
54 In legato alternatiuo minus eſt, quàm copulatiuo.
55 Legatum optionis, cuiuſmodi eſt, de quo agimus, valet.
56 In quæſtione propoſita, ſicut & in præcedenti, certa quantitas, & annuus illius cenſus, æquè principaliter legantur.
57 Legatarius quando in quæſtione propoſita vſuram committere poſſit?
58 In dubio præſumitur actum omni meliori modo geſſiſſe teſtatorem.
59 Poteſt quis donatione inter viuos alicui certam quantitatem donare, & donatario integrum facere, vel ſummam donatam ſtatim exigere, vel quoad libuerit eius annuum intereſſe.
60 Quilibet eſt rei ſuæ moderator & arbiter.
61 Vſura facilius præſumitur in contractibus, quàm vltima voluntate.

62 Quod

Digitized by Google

62 *Quod mutuatarius mutuanti vltra ſortem liberè donat, vſura non eſt.*

63 *Refutatur reſponſio Menochii ad vltimum opinionis noſtræ argumentum*

64 *An teſtator vxori dotem, aut donec vxor illam repetat annuum eius intereſſe, ſine vſuræ crimine legare poſſit? & num ſeqq.*

65 *Vxor in huiuſmodi legato non præſumitur dotem mutuo dediſſe contra Menochium.*

66 *Si vtrumq; tàm dotis, quàm annui illius intereſſe legatum æquè principaliter ſit relictum, nulla committitur vſura.*

67 *Si dos principaliter, & annua illius penſio acceſſoriè relinquatur, committitur ab vxore malente annuum intereſſe, quàm dotem ſtatim exigere, vſura.*

68 *Interpretatio §. fin. l. 3. ff. de annuis legatis: & quo caſu is hodiè ſit correctus, quo non?*

69 *Vxor legatum dotis ab hærede petens, nec tamen conſequens, ratione lucri ceſſantis iuſtè percipit annuam illius penſionem.*

70 *In dubio præſumitur teſtator tàm dotis, quam annuæ illius penſionis legatum, æquè principaliter reliquiſſe.*

71 *Præſcriptione comparari poteſt cenſus.*

72 *Quodnam tempus ad præſcribendum cenſum requiratur? & nu. ſeqq.*

73 *Annua vniformis præſtatio, annui reditus decem annis ex cauſa expreſſa, facta, inducit tituli, & veræ cauſæ præſumptionem, tributiq; ius cenſus.*

74 *Annua præſtatio difformis non inducit titulum in futurum obligantem, ſed arguit donationem ex mera liberalitate factam.*

75 *Annua præſtatio etiam vniformis, ſine certo tamen titulo, & expreſſa cauſa facta, præſumptionem donationis, non tituli in futurum obligantis inducit.*

76 *Probatur concluſio ſupra num. 73. poſita.*

77 *Iterpretatio l. cum de in rem verſo ff de vſur.*

78 *Reprehenditur arrogantia Duareni.*

79 *Concluſio ſupra num 73 poſita obtinet etiam contra Fiſcum.*

80 *Fiſcus, quoties ſpecialiter priuilegiatus non eſt, vtitur iure priuati.*

81 *Eadem concluſio obtinet etiam contra principem.*

82 *Item in iuribus habentibus cauſam diſcontinuam.*

83 *Et contra Eccieſiam.*

84 *Eccleſia quoad res temporales vtitur iure communi.*

85 *Solemnitates extrinſecæ ex curſu 10.annorum præſumūtur, ſi allegans titulum ſit in poſſeſſione, vel quaſi iuris, quod ſibi competere ait.*

86 *An & quando factum prælati Eccleſiæ præiudicet?*

87 *Aduerſus Eccleſiam, tàm quoad ſpiritualia, quàm temporalia allegatum titulum ex præſtatione decennali præſumi, atq; probari defenditur contra plures, & num. ſeqq.*

88 *Beneficia Eccleſiaſtica non aliter, quàm Canonica inſtitutione acquiruntur.*

89 *Aliud eſt beneficium eccleſiaſticū præſcriptione acquirere, aliud titulū inſtitutionis ex decēnali fructuū perceptione præſumere.*

90 *Solutio obiectionum quorundam contra prædicta, & nu. ſeqq.*

91 *Aliud eſt cenſum præſcriptione, aliud titulo, qui ex longa præſtatione annuæ penſionis præſumitur, acquirere.*

92 *Concluſio ſupra nu. 73 poſita, etiam locum habet in muliere, & ruſtico.*

93 *Ruſtici hoc ſeculo ſunt admodum verſuti.*

94 *Qui per decennium aliquid vniformiter ex certa cauſa præſtitit, is adhuc in futurum præſtare obligatur, etſi per decennium præſtare deſinat.*

95 *Caſus practicus.*

96 *Limitatur concluſio ſup n 73. poſita, vt non procedat, ſi præſtationes ſint difformes.*

97 *Item ſi non ſint annuæ, ſed ſemel tantùm pro omnibus decem annu præſtita.*

98 *Item ſi non verè, & realiter, ſed tantùm præſumptiuè ſolutæ.*

99 *Ex trium poſtremorum annorum ſolutione, & præſtatione præſumitur ſolutio. & præſtatio omnium annorum præcedentium.*

100 *Ex præſtatione decennali, vniformi, ex certa cauſa facta, etiam aduerſus minorem præſumitur titulus, contra Menocb. & alios.*

101 *Probandum eſt annuas præſtationes decennales, ex allegata cauſa & titulo factas eſſe.*

102 In

102 *In dubio animus donandi, non titulus allegatus præſumitur.*

103 *Titulus ex præſtatione decennali, non præſumitur, ſi contra eum cui penſiones ſolutæ ſunt, militet aliqua iuris præſumptio, aut diſpoſitio.*

104 *Titulus donationis non eſt ſufficiens ad inducendam obligationem pro futuro tempore.*

105 *Limitatur concluſio ſupra num. 73. poſita vt non procedat, quoties tit. allegatus iure ciuili validus, ad producendam actionem efficax non eſt.*

106 *Pactum nudum quam pariat obligationem? & num* 108.

107 *Conciliatur l ſi certu annis. C. de pact. cum l. cum de in rem verſo. C. de vſuris.*

108 *Cur datum certis annis ex nudo pacto ad præſtandum inpoſterum non obliget, datum autem ex ſtipulatione obliget?*

109 *Stipulatio iure ciuili actionem producit.*

110 *Cur ex nudo pacto iure ciuili non detur actio,* 4. *Dd. rationes.*

111 *Refutantur hæ Dd. rationes.*

112 *Naturalis obligatio quid operetur?*

113 *Vera ratio. cur ex pacto nudo iure ciuili nulla detur actio.*

114 *Læſo infra dimidium iuſti precii iure ciuili nulla datur actio.*

115 *Cur præſtationes annuæ ex cauſa nudi pacti facta illud non conualident? & nu.* 18.

116 *Variæ rationes decidendi l ſi certis annis. C. de pact. à Dd. excogitata remiſſiuè.*

117 *Pactum nudum animo deliberato factum, non producit actionem iure ciuili.*

118 *Præſtationes annuæ ex cauſa nudi pacti, fiunt ad tollendam naturalem, quæ ex pacto illo orta eſt, non ad inducendam nouam obligationem, & efficacem actionem.*

119 *Facta ad vnum effectum, non debet eius contrarium operari.*

120 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*

121 *Pactum nudum, etſi multoties geminetur, nullam tamen actionem iure ciuili producit, probatur perpulchro ſimili.*

122 *Non eſt idem pactũ geminatum, & conſtitutum & quid differăt.*

123 *In conſtituto eſt ſynallagma, in pacto nudo geminato nullum.*

Digitized by Google

124 *Pactum nudum iure ciuili parit actionem ex adiectione cauſæ, cuius eff. ctus eſt conſecutus.*

125 *Aduerſus titulum, qui ex præſtatione vniformi decennali præſumitur, admittitur probatio in contrarium.*

126 *Annua præſtatione vniformi longiſsimo tempore facta, ius cenſus præſcriptione acquiritur.*

127 *Præſcriptio longiſsimi temporis currit ſine titulo, etiam in iuribus, & rebus maximi præiudicii.*

128 *An per annuas præſtationes longiſsimo tempore factas à Vaſallis, domino feudi ius cenſus acquiratur?*

129 *Præſtatio vniformis, facta per tempus immemoriale, non ſolùm veram præſcriptionem, ſed etiam ſufficientem titulum inducit.*

130 *Immemorialis præſcriptio habet vim priuilegii, tituli, & conſtituti.*

131 *In præſcriptione immemoriali non præſumitur extorſio, aut vis.*

132 *Cenſus longo tempore, bona fide, & iuſto titulo. qui à non domino habetur, ſolutus, atq; perceptus, iure præſcriptionis acquiritur.*

133 *Iuribus cum bona fide, & titulo præſcribitur longo tempore.*

134 *Iuriſdictioni cum titulo, & bona fide, longo tempore aduerſus priuatum præſcribitur.*

135 *Cenſus habet cauſam continuam.*

136 *Aliud eſt, cenſus titulo, aliud per lapſum longi temporis præſcriptione acquirere.*

137 *Emptionis titulo iuſtè acquiritur cenſus.*

138 *Minorum pecunia, annui reditus potius emendi, quàm fœnus exercendum.*

139 *Quæ ſint emptionis, & venditionis ſubſtantialia?*

140 *In emptione cenſus ius percipiendi annuum cenſum eſt merx, pecunia verò, quæ pro eo iure datur, eſt precium.*

141 *Cenſum, quem aliquis ſuper fundo alicui donauit, poteſt donatarius, cui vult, vendere.*

142 *Tàm fructuarius, quàm pecuniarius cenſus emi poteſt.*

143 Re-

Digitized by Google

144 *Reſponſio ad primum, & ſecundum.*
145 *Cur in emptionis cenſus contractu, pecunia pecuniam non pariat?*
146 *In mutuo principalis obligatio naſcitur ad ipſam ſortem, & acceſſoriè ad vſuras.*
147 *Duæ inſignes differentiæ inter mutuum, & emptionem cenſus ſub pacto redimendi.*
148 *In mutuo capitale nunquam perit, etſi hypotheca pereat.*
149 *Ad tertium argumentum ſolutio prima.*
150 *An pecunia poſſit eſſe ſuiipſius menſura?*
151 *Potiſſimus vſus pecuniæ eſt, vt per eam reliquæ res æſtimentur.*
152 *Cambia ſunt licita.*
153 *Secunda ſolutio, & reſponſio ad tertium argumentum.*
154 *Pecunia aurea cum argentea, maior cum minori commutari, æſtimari, & menſurari poteſt.*
155 *Tertia reſponſio ad tertium argumentum.*
156 *In emptione cenſus pecuniarii, non emitur pecunia, ſed ius pecuniam exigendi.*
157 *Reſponſio ad quartum argumentum.*
158 *Reſponſio ad quintum argumentum.*
159 *Maior ſumma vna vice data tantùm valere poteſt, quantùm plures minores.*
160 *Particularis ſolutio nulla habet incommoda.*
161 *Creditor inuitus partem crediti accipere non cogitur.*
162 *Reſponſio ad ſextum argumentum.*
163 *In emptione ſæpiſſimè euenit, vt lucrum, & vtilitas rei emptæ pretium datum excedat.*
164 *Reſponſio ad ſeptimum argumentum, remiſſiuè.*
165 *Reſponſio ad octauum, & an ſit iniquum lucrum, quod ex aliorum labore quæritur.*
166 *Reſponſio ad nonum.*
167 *Emptio cenſus an indifferenter omnibus permiſſa?*
168 *Ex vitio perſonæ non poteſt rei iniquitas coargui.*
169 *Reſponſio ad decimum argumentum, remiſſiuè.*

Digitized by Google

170 *Reſponſio ad primum Franciſci Hottomanni ſophiſma.*
171 *Emptio cenſus non re, ſed conſenſu perficitur.*
172 *Reſponſio ad ſecundum Honttomanni ſophiſma.*
173 *In emptione cenſus naſcitur vltrò, citroq; obligatio.*
172 *Reſponſio ad tertiam calumniam, vbi tria deteguntur Hottomanni mendacia.*
175 *In emptione cenſus, fundus ſuper quo cenſus eſt conſtitutus, manet in dominio vendentis.*
179 *In emptione cenſus, ſors, ſeu pretium non comparatur cum annuo prouentu, ſed cum iure prouentum exigendi.*
177 *Venditor annui cenſus fit dominus precii ab emptore ſoluti.*
178 *Pecunia, quam venditor annui cenſus volens ſe ab onere annuum cenſum ſoluendi liberare, emptori reſtituit, redditur vi pacti de retrouendendo, ſeu noui contractus emptionis, & venditionis.*

1 QVOT ſunt modi † adquirendi rerum dominia, tot ſunt tituli, quibus cenſus conſtituitur: Nam vt dominium, ita & cenſus ius quoddam eſt, quò fit, quòd iiſdem titulis, & rerum dominia, & ius cenſus quæratur. Dominii adquirendi tituli tàm de iure gentium, quàm iure ciuili exiſtunt plurimi, ſingulos perſequi, & enumerando recenſere opus non eſt: Controuerſos verò, difficiles, & in praxi frequentes breuiter referre ad perfectam materiæ noſtræ tractationem, omninò pertinet.

2 Primus † conſtituendi cenſus, titulus eſt donatio, per eam enim interueniente traditione, vel quaſi, rei donatæ dominium in donatarium transferri, extra controuerſiam eſt. § *per traditionem. inſtit. de rerum diuiſione.* atq; hoc donationis titulo cenſum acquiri, probat *l. fin. C. de rerum permutat.* docet Carol. Molinæus *tractatu*

Digitized by Google

*tractatu de commerciis. quæſt.*20. *num.*211. Martinus Na-
uarra *c. ſi fœnerauerit.* 14. *quæſt.*3 *num.*98. Iacobus Me-
nochius *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.*107. *num.* 6. Etſi † au- 3
tem *dicta l. fin.* de cenſu reſeruatiuo loquatur, attamen
de conſtitutiuo idem eſt ſtatuendum. Vt enim alteri
prædium ſuum donare, & annuum cenſum in eo ſibi
reſeruare poteſt dominus. Ita quoque alii ex fundis ſuis
cenſum donationis titulo dominus conſtituere valet.
Bartol. *l.*1. §.1. *ff. de publicanis.* Summerhardt. *quæſt.* 73,
*concluſ.*2 Grauetta *conſil.* 217. *num.*4 Benedict Bonius
*de cenſibus art.*25 *num.*52 Petrus Follerius *de contractib.
cenſua. verbo, cenſus, nu.*66. Dominicus de Soto *de iuſt.
& iure lib.* 6. *quæſt.* 5. *art.* 1. *colum.* 3. Iohann. à Medina
C. de rebus per vſur. acquiſit. quæſt. 12. *in ſolutione vlt. ar-
gumenti.* Menoch. *dicta præſumption.* 107. *num.* 7. *& ſeq.*
Hinc eſt, † quod titulo feudi, quem donationis ſpeciem 4
eſſe conſtat. *ca. vnico.* § *beneficium. ex quibus cauſis feud.
amit.* cenſus rectè conſtituatur, *c. vnico* § *ſciendum,* vbi
gl. Baldus, Andreas de Iſernia, *de feudi cognitione.* Quo
loco feudum de *Camera*, † vel *Cauena* nihil aliud eſt, 5
quàm feudum in cenſu conſtitutum: nam cum Prin-
ceps, vel alius ſingulis annis certam pecuniæ ſummam
conſtituit ex Camera, hoc eſt, ex Cameræ reditibus,
vel vectigal, aut portorium dat in feudum, dicitur feu-
dum de Camera; Cum de *cellario*, aut *granario* certam
tam vini, aut frumenti ſummam ſingulis annis in feu-
dum tribuit, dicitur feudum de Cauena. Ludolphus
Schraderus *comment. feud.* 2 *part. ca.* 3. *num.* 82. Vlricus
Zaſius *epit. feud parte.* 4. *num.* 9. Franciſcus Sonsbecc.
comment. ad vſus feudorum. parte 8. *num.* 24. Guilhelm.
Hanetonius *tract. de iure feud. lib.* 1. *c.* 4. 7

Ceterùm cum † titulo feudali acquiritur cen-

ſus, vtile quaſi dominium iuris cenſus tantùm in vaſallum tranſit, remanente directo quaſi dominio penes concedentem, quod in aliis modis adquirendi cenſum, non accidit: Iis enim vtrumque quaſi dominium in accipientem, ſeu cenſitorem transfertur, nihilque iuris cenſualis penes concedentem, ſeu cenſitum remanet: Vndè hoc caſu cenſus non remanet purus, ſed tranſit in feudum, quod in cenſu conſtituitur: Franciſcus Sonsbec. 2. *parte commentar. ad vſu. feudales, num.* 31.

7 Declaratur primus hic modus, quod † non ſolùm donatione inter viues ſimplici, ſed etiam donatione mortis cauſa, & donatione propter nuptias, cenſus conſtitui queat. Verbi gratia: Collocat in matrimonium filium pater, de *filii* frugalitate dubitat, & & bonorum diſſipationem timens, ideoque donationem propter nuptias non in prædiis, aut parata pecunia, ſed in annuo cenſu deſignat. Martinus Nauarra *dicto cap. ſi fœneraueris.* 14. *quæſtione* 3. *nu.* 98.

8 Secundus modus † eſt dotis titulus, quo res dotalis in viri dominium tranſit. *l. in rebus. Codice de iure dotium.* Itaque pater elocans filiam, ſi in pecunia, vel alia re dotem dare non poſſit, aut dare nolit, quod de *generi* induſtria, & frugalitate dubitet, in cenſum dotem conſtituere, & ſingulis annis penſionem dare poteſt: Dominicus de Soto *de iuſtitia & iure. lib.* 6. *quæſtion.* 5. *articul* 1. *in corpore.* Martinus Nauarra *dicto num.* 92. Couarruuias *lib.* 3. *reſolution. capit.* 1. *nume. tertio. verſic. Octauò &c.* Vbi teſtatur in Hi-
9 ſpania † parentes dotem promiſſam non ſoluentes, alternatiuè condemnari, vt aut dotem promiſſam ſol-

ſoluant, aut ſuper proprio patrimonio cenſum genero conſtituant.

Tertius modus † eſt, tranſactio, puta, ſi duo de 10
prædio litigent, & lis tranſactione hoc modo finiatur, vt vnus prædium habeat, alterique ex eo ſingulis annis reditum ſoluat: Eſt enim tranſactio titulus ad transferendum dominium, vel quaſi aptus, exceptionem litis finitæ pariens. *l. fratres. & l. vt reſponſum. C. de tranſactionibus.* Hunc modum recenſet Grauetta *conſil.* 217. *nu.* 4 Menochius *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 107. *num.* 9.

Quartus titulus † eſt permutatio, vt ſi quis alte- 11
rius prædium habere deſideret, pecunia tamen, qua id mercetur careat, poterit is in aliis propriis fundis pro prædio dato conſtituere cenſum, ſicque permutationis contractum, do vt des, celebrare. Hunc modum refert Conradus Summerhardt *quæſtion.* 73. *concluſ* 2.

Quintus modus † eſt iudicis ſententia, per quam 12
reus, contra quem actum eſt ad mille, condemnatur ad mille ſoluenda, vel annuum cenſum, donec mille ſoluerit, præſtandum. Nauarra *d. cap. ſi fœneraueris.* 14. *quæſt.* 3. *num.* 99. Vbi hunc ponendi cenſum modum pluribus probat argumentis.

Primò ex praxi Hiſpanica, qua huiuſmodi ſententias frequenter ferri teſtatur.

Secundò ea ratione, quia licita eſt obligatio, qua ad aliquid dandum, vel faciendum ſub pœna quis obſtringitur, tàm *de iure Canonico, cap. dilecti. de arbitris. cap. ſuam ad nos. de pœnis.* quàm *Ciuili. l. qui fidem. ff. de tranſactionibus. l. cum proponas. Codice de dolo.* Siuè ex contractu ea obligatio naſcatur, *dictis iuribus:*

ſiue ex vltima voluntate. *l. vnica. C. de his quæ pœnæ nomine relinquuntur.* § *ſi.inſtitut de legatis.* Siue ex iudicis, vel arbitri ſententia *d. ca. dilecti. & dicto c. ſuam.* Atqui propoſita ſpecie ex contemptu & mora, & ſic ex delicto, vel quaſi in pœnam ad præſtandum cenſum condemnatur reus. Quo fit, quod huiuſmodi cenſus impoſitio per ſententiam facta ſit licita.

13 Tertiò, quia debitor † non ſolùm ſortem, ſed & intereſſe creditori ſoluere tenetur. *l. vnic. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, porferunt:* poteſtq; iudex debitorem non tantùm ad principale, debitum, ſed ad id, quod crediotris intereſt, condemnare. Atqui ſententia, qua cenſus conſtituitur nihil aliud eſt, quàm condemnatio ad ſortem, & intereſſe, igitur licita.

14 Quartò, cui licet † id, quod plus eſt, etiam licet vtique quod minus eſt. *c. cui licet. de reg. iur. in* 6. At minus eſt, & vtilius debitori ſi altererṅatiuè damnetur, vel ad mille ſoluenda, vel ad eorũm cenſum præſtandum, donec numerentur, quàm ſi ſimpliciter ad præſtanda mille condemnetur: Itaq; ſi verum ad mille præſtanda categoricè coudemnare poteſt, poterit quoque ſententiam ferre alternatiuè ad capitale ſoluendum, vel eius cenſum præſtandum, donec ſortem numeret.

15 Aduerſus hunc † modum plurima obiici poſſunt. Primò Pontificiæ noſtræ conſtitutiones, quæ emptionis ſolùm, non ſententiæ titulo cenſum comparari poſſe decernunt.

Secundò, quod hic modus feneſtram ad exercendas vſuras aperiat: Nam cupientes mutuare, vel mutuari ſub vſuris, facile conuenire poſſunt, vt mutuans mutuatario pecuniam tradat, huncque in ius vocet, ad reddendam pecuniam mutuo datam, & mutuatarius

mutuum

Digitized by Google

mutuum fateatur, verùm ſe hoc tempore ſoluere non poſſe aſſerat, atque contentum dicat, vt condemnetur ad cenſum praſtandum, donec capitale ſoluerit.

Tertiò, quia aliquid conſiſtens in numero, pondere & menſura alteri dare, ſiue, quod in idem recidit, mutuare, † non licet cum pacto pœnali, ſi ad certum terminum mutuum non reddiderit, vt certum quid pœnæ nomine præſtet. Nam huiuſmodi pœna nihil aliud eſt, quam tacita vſura. Innocent, *c. ſuam. de pænis.* Bart. & Salyc. *l. cum proponas. C. de dolo.* Ludouic. Romanus *conſil.* 510. *num.* 13. Igitur nec iudici vt per ſententiam huiuſmodi pœnam imponat, licebit: Quod enim in partibus contrahentibus turpe ducitur, & illicitum, id iudici permitti non debet; & quod inter partes reputatur vſurarium, id in iudice ab vſura excuſari non debet: Vſura enim res eſt intrinſecè mala, adeoq; ſemper, & omni prohibita. 16

Ad hæc argumenta † diſtinctione adhibita reſpondet *Nauarra.* Aut † enim ſuper rebus conſiſtentibus in numero, pondere & menſura: Aut ſuper aliis lis mouetur. Priori caſu per iudicis ſententiam cenſum conſtitui non poſſe, atque hoc ſenſu argumenta procedere aſſerit: Poſteriori caſu cum ſuper aliis rebus lis mouetur, & intenditur, per ſententiam in huiuſmodi rebus cenſum inſtitui poſſe affirmat. Cuius diſtinctionis ea eſt ratio, quod pœna pecuniaria debitori rerum mutabilium, ſeu fungibilium propoſita, in vſurarum fraudem inflicta, atque appoſita præſumitur: Quæ verò aliarum rerum debitori imponitur, vſuræ ſuſpicione caret, niſi ab eo, qui fœnus exercere conſueuit, huiuſmodi pœna in pactum deducatur. *gloſſa l. pænam. ff. de vſuris.* 17 18

Probatur & declaratur huius rationis veritas, ex reſolutione quæſtionis, qua diſceptatur, *Vtrum ad contractum pœna conuentionalis adponi queat?* In qua quæſtione reſoluenda ſimili diſtinctione vtuntur Doctores. Aut enim, dicentes, ad mutui contractum apponitur pœna conuentionalis, & tunc conuentionem eſſe turpem, pœnamque exigi non poſſe aſſerunt, quod in vſurarum fraudem adiecta præſumatur: Aut ad alios contractus adiicitur pœna: Et eo caſu, cùm vſurariæ fraudis præſumptio ceſſet, eam licitè apponi & exigi poſſe aſſeruerant. *gloſſa in l. cùm allegas. Cod. de vſuris.* per illum textum Doctores *in l. rogaſti. §. ſi tibi ff. ſi certum petatur.* Rebuffus *l. vnica. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, profer.* Iacobus Menochius *de arbitr. lib. 2. centur. 3. caſu 261 nu. 43.* Binsfeld. *c. conquæſt. quæſt. 3. de vſuris.*

19 Ad primum † argumentum in forma reſpondetur, Summos Pontifices ideò de titulo emptionis conſtitutiones feciſſe, quod de iuſtitia illius tituli fuerint interrogati. Cæterum de titulo, quo per ſententiam cenſus creatur, de iure conſulti non fuerunt: Quòd ſi de eo titulo interrogati fuiſſent, eum abſque dubio comprobaſſent.

20 Ad reliqua duo † argumenta, dicendum ea procedere in debito ex cauſa mutui, in quo per ſententiam cenſus conſtitui non poteſt, quod pecunia, &
21 quæuis † res fungibilis, ceu res ſterilis non fructificet:
22 Vndè non † mirum, ſi ſuper mutuo cenſus conſtitui nequeat, niſi mutui debitor ad debitum ſoluendum condemnetur, & interim, dum non ſoluit, ad præſtandum annuum cenſum, tanquàm inter

intereſſe, vel contumaciæ pœnam condemnetur, quo caſu inſtitutio cenſus valet, ſi intereſſe, vel contumacia fuerit probata. Ratio eſt, quia lex ſuper præſumptione fundata, in foro conſcientiæ locum non habet, quando de veritate in contrarium conſtat. Nauarr. *dicto loco nu.* 100. *per c. is qui fidem, & c. tua noſ. de ſponſalib.* Confert ad rem quòd intereſſe † in pactum deduci poſſit ſub certa quantitate, quæ veriſimilibus coniecturis verum intereſſe æquet. Baldus l. *rogaſti. §. ſi tibi, & ibi Purpuratus ff. ſi certum petat.* Decius *c. cùm venerabilis, num.* 14. *de exceptionibus.* Cagnolus *l. curabit. num.* 59 *C. de actionibus, empti.* Carol. Molin. *de commerc. quaſt.* 38. Couarr. *lib.* 3. *reſol. c* 4. *nu.* 5. 23

Sextò, in vltima † voluntate titulo inſtitutionis hæredis, legati, fideicommiſsi cenſus relinqui poteſt. 24 *l. ſi legatum. § fin. ff. de annuis legatis.* Vbi Vlpianus: Si cui, *inquit*, certa quantitas legetur, & quoad præſtetur, in ſingulos annos, ad certum aliquid, veluti vſuras, iuſſerit præſtari, valebit legatum. Carolus Molin. *dicto loc. quaſt* 73.

Verùm de huius tituli *iuſtitia* magna eſt inter Doctores dubitatio: Exiſtunt † enim plurimi, qui teſtamentarios cenſus hodiè prohibitos, atque *dictum §. fin. citatæ l. ſi legatum*, iure Canonico correctum arbitrantur. 25

Itaque vt huius tituli *iuſtitia* intelligatur, res altius examinanda eſt. Diſtinguunt autem Doctores hac in quæſtione duos caſus.

Aut enim, † dicentes, ex ſuis bonis certam quantitatem, puta centum florenos, alicui legauit teſtator, voluitque in libera hæredis facultate eſſe eam quantitatem legatario præſtare, interim tamen donec numeret, 26

Secundò vſura ſtrictè capitur, pro eo quod in mutuo ſorti ex vi mutui accedit. Iam ad argumentum in forma reſpondetur, quod Vlpianus *in l.3. §. final. ff. de annuis legat.* nomen vſuræ acceperit in latiſsima ſignificatione, qua licitam penſionem deſignat.

Secundò ſic † argumentantur. Ad legatum certæ † 31
quantitatis, puta, mille florenorum, quæ in defectum 32
ſolutionis legatæ quantitatis ſub temporum dinumeratione adiecta, in vſurarum fraudem appoſita præſumitur, ideoque pro non adiecta habetur. Bartolus *l. cum ſtipulatus ſim. ff. de verborum obligation.* Idem *in l. qui ſine, ff. de negot. geſtis.* Baldus *in l. cum allegas in decima oppoſitione, C. de vſuris.* & ibi Salycetus, Anchor. *cap. peccatum, column.* 11. *& cap. nemo poteſt. column.* 3 *de regul. iuris. in* 6. Eadem ergò ratione ad legatum certæ quantitatis appoſitus & inſtitutus cenſus in fraudem vſurarum conſtitutus, & relictus præſumitur. Cui reſpondetur ſub diſtinctione. Nam duplex eſt pœna: Vna immoderata, & exceſsiua: Altera moderata, & temperata: Illa ad legatum apponi prohibetur, & appoſita, in fraudem vſurarum adiecta cenſetur: Hæc licitè apponitur, tàm in vltima voluntate, quàm in contractu: non ſolùm de iure ciuili, ſed etiam Canonico. *cap. ſuam ad nos. de pœnis, toto titulo. Cod. de his quæ pœnæ nomine, &c.* Iacobus Menochius *de arbit. iudic. lib.* 2. *cent.* 3 *caſu* 260. Nauarr. 2. *parte decreti. cap.* 17. *num.* 215. Carolus Molinæus *de contract. num.* 215. Binsfeldius *cap. conqueſtus, de vſur. quæſt.* 3. Ludouic. Molin. *diſput* 317. Nec intereſt ſimplex ſit pœna, & ſemel, an per dinumerationem temporis ob dilatam legati ſolutionē ſæpius, & in ſingulos

annos, donec legatum ſoluatur, committenda à teſtatore iniungatur. Nam qua ratione ſimplex pœna ſemel ſoluenda legato rectè apponitur, eadem & repetita pœna per dinumerationem temporis à teſtatore licitè iniungitur. Roman. *conſil.* 510. *colum.* 10. Menochius *conſil.* 44. *nu.* 21. Secundò reſpondetur per inficiationem conſequentiæ: Nam aliud † eſt pœna, aliud annuus reditus,
33 & ab vno ad alterum ineptum ducitur argumentum, Deinde in ſpecie propoſitæ quæſtionis, annua præſta-
34 tio † legata, vſura dici nequit, cum huiuſmodi annua præſtatio non recipiatur cauſa mutui, & ex obligatione hæredis, ſed ex voluntate teſtatoris, qui ex mera liberalitate, vtrumque, hoc eſt, tàm certam pecuniæ quantitatem, quàm annuam penſionem alternatiuè donat, & relinquit, vt reſpectu teſtantis ſit donatio, reſpectu verò donatarii ſit intereſſe. Quemadmodum ergò conuentio qua in pactum deducitur certa quantitas, quæ veriſimilibus coniecturis conueniat ei quantitati, quæ verè interſit, valet: Calderin. Anchoran. & Abbas *ca. ſalubriter. de vſuris.* Baldus Nouellus *tract. de dote. 7. parte, priuilegio* 3. Molinæus *tract. de commerciis, quæſt.* 74. *num.* 523. Ex Theologis, Gabriel Bihel, Iohan. Maior. 4. *ſent. diſt.* 25. *tract. de vſur.* Summerh. *de contractib. quæſt.* 35. *concl.* 7. Syluester *verbo, vſura.* 3. *quæſt.* 3. Ita quoque valet legatum, quo certa quantitas donatur, & donec ſoluatur, legatario loco intereſſe, ex bonis defuncti teſtatoris annua præſtatio donatur, Couarruu. *lib.* 3, *reſol. cap.* 1. *num.* 9.

35 Denique † ſic arguunt: Cum eſt in libera hæredis facultate capitale præſtare, & ſolutione eius ab obligatione ſe liberare, id ſi non faciat, & annuam penſionem præſtare malit, vſuram exercet. *Ego* omiſſa *Menochii* ſolu-

ſolutione, *d. conſil.* 441. *num.* 24. ceu minus ſolida, vera, & ſufficienti, vt paulò poſt oſtendetur, nego propoſitionem: Ea enim in mutuo ſolùm locum habet, non in iis ad quæ hæres ex voluntate teſtatoris legatario eſt obligatus: quo caſu cùm nullum exiſtat mutuum, nec vſura conſiderari poterit.

Secunda opinio † eſt *Iacobi Menochii*, qui *dicto conſilio* 441 *num.* 25. diſtinguit. Aut enim, inquientis, hæredem debitorem interpellauit legatarius, fecitque quod potuit, vt quantitas relicta ſibi præſtaretur, & hæres ſoluere ſemper recuſauit: Hoc caſu putat, quod legatarius recipiendo penſionem annuam, vſuram non committat, ex quo hæres debitor elegit potius ſoluere & præſtare penſionem, quàm ſortem, atque ita legatario nihil imputari poſſit, cùm abſit eius conſenſus, ſine quo vſura non committitur. Aut legatarius non interpellauit hæredem, nec quantum potuit fecit, vt hæres ſortem præſtaret, ſed hæredi ſoluenti annuam penſionem conſenſum tacitum præbuit: Hoc caſu vſuram exerceri cenſet, quòd concurrat voluntas, & intentio ipſius legatarii creditoris circa præſtationem annuam pro ipſa ſorte, ſeu legata quantitate principali, ob quæ vſura cauſari dicitur. 36

Hæc doctiſſimi, atque de iure optimè meriti viri diſtinctio mihi † non probatur. Nam quòd fœnus ſit, ſi ante interpellationem annua penſio præſtetur, & accipiatur, id verum non eſt: cùm potius ſit ſolutio legati alternatiui. Deinde in ſpecie propoſitæ quæſtionis de intereſſe, quod poſt moram debetur, nulla eſt diſputatio: Nam ad id, quod poſt interpellationem & moram legatario intereſt, hæres obligatur, etſi de eo à teſtatore nihil ſit diſpoſitum, *toto tit. C. de vſur. & fructibus rei legatæ.* 37

legatæ. Id hîc controuertitur: *Vtrum valeat diſpoſitio, qua certa pecuniæ quantitas donatur, & donec ea præſtetur, annua penſio legatario donetur, hancq́ penſionem hæres ſoluere iubeatur?* Et valere diſpoſitionem huiuſmodi, paulò poſt probabimus.

38 *Tertia opinio* † eſt eorum, qui arbitrantur, legatum, quo certa quantitas relinquitur, & quoad præſtetur, annuus reditus ab hærede legatur, iure valere, legatariumque annuam penſionem, donec legatum certæ quantitatis præſtet hæres, iuſtè capere: Paulus de Caſtro *in rubrica. Cod. de his. quæ pœnæ nomine, &c. in fine, & l. 1. num. 14. Cod. de ſumma Trinit. & fide Catholica.* Baldus *l. vnica. C. de his quæ pœnæ nomine.* Socinus *l. 2. num. 7. ff. de his quæ pœnæ nomine.* Alciatus *lib. 3. paradox. cap. vltimo.* Carolus Molinæus *de vſur. quæſt. 73. num.* 482 Couarruuias *lib. 3. reſol. ca. 1. num. 9.* Dicens, ſi teſtator mille legauerit Titio ab hærede, ita quidem, vt hæres habeat liberam facultatem fruendi, & retinendi dictam ſummam, ſoluendo annuam moderatam penſionem ab ipſo teſtatore definitam, & eam item penſionem redimendi ſoluendo ſummam principalem, quòd ea penſio licitè accipiatur, nec vſura com-
39 mittatur vlla. Horum opinioni ego † adſentior, ſequen-
40 tibus motus rationibus.

Prima ratio, quia inſtitutio, † legatum, & fideicommiſſum alternatiuum omni iure eſt validum, *l. Lucio Titio 23 ff. de legat. 2* Atqui legatum, verbi gratia, mille florenorum, quod hæres præſtare iubetur, & donec ſoluat, ad quinquaginta in ſingulos annos præſtanda damnetur, eſt alternatiuum: Eſt enim in hæredis libera optione, vel mille ſtatim præſtare, vel donec ſoluat, quinquaginta ſingulis annis dinumerare. Baldus *l. vnica.*

l. vnica. num. 83. *Cod. de his quæ pœna nomine.* Scio † 41
quid ad hoc argumentum reſpondeat Menochius *dicto conſilio* 421. *num.* 15. Id videlicet, in legato alternatiuo neceſſe eſſe duo: Vnum, vt vtrumque principaliter legetur: Alterum, vt electione, vel præſtatione vnius alterum extinguatur: In legato autem mille florenorum, & donec præſtentur, in annuo legato quinquaginta, hæc ad illa acceſſoriè venire, & horum ſolutione illa non extingui, ideoque legatum hoc propriè alternatiuum non eſſe. In quo viro doctiſſimo, & de iure optimè merito, non aſſentior.

Primò, quia negatur quinquaginta ad mille venire acceſſoriè: Nam vtrumque principaliter donatur, nec vnum intuitu alterius relinquitur. Deinde negatur † quod vno ex legatis alternatiuis præſtito, ſem- 42
per ſit neceſſe, vt alterum extinguatur, cùm aliquando vtrumque debeatur. textus eſt clariſsimus & apertiſsimus *in l. hæc verba, circa finem. ff. de verborum ſignif. & l. ſæpè eodem tit.* Vbi † Paulus ICtus diſiuncta, id eſt, 43
orationem diſiunctiuam, aliquando pro copulatiua accipi *ait*, vt *dicens*, quod dedi aut donaui, id eſt, quod dedi & donaui: Sicut & vice verſa oratio coniuncta, ſeu copulatiua, nonnunquam alternatiuæ, ſeu diſiunctiuæ vim habet *l. coniunctionem. ff. de verborum ſignificatione.* Sic ſecundùm † *Dialecticos* in enunciatione 44
diſiunctiua plures, imò omnes partes ſimul poſſunt eſſe veræ, puta, aut Cicero fuit eloquentiſſimus, aut Demoſthenes: Item, aut Milo Clodio, aut Clodius Miloni inſidias ſtruxit: in quibus vtraque poteſt eſſe vera: nam & Demoſthenem & Ciceronem perfectos fuiſſe oratores fatentur docti, itemque Miloni Clodium, & Clodio Milonem mutuas inſidias

paraſſe claſsici authores cenſent. Itaque in diſiunctiua enunciatione plures, imò omnes partes veras eſſe poſſe nihil prohibet: Petrus Hiſpanus 1. *parte, ſumma Dialecticæ: textu* 18. Auguſtin Hunæus *lib.3. dialect. tit. de hypothetic. propoſitionib.* Petr. à Fonſeca *dialect. inſtitut. lib.3. ca.* 17. vbi hanc quæſtionem in vtramque partem diſputat, ac pro noſtra opinione concludit.

Secundò probatur ſententia hæc tertia, legatum
45 † annui cenſus purè, ſimpliciter & cathegoricè factum, puta, lego tibi ſingulos in annos quinquaginta, omni iure valet: *toto tit. ff de annuis legatis.* Bart. Chaſſan. *con. ſuetud. Burgund. rubr.* 12. *de cenſib.* §. 2. & §. 4. *num.* 2. Petrus Foller. *de cenſibus, verb. cenſus, nu.* 66. Iacob. Menochius *de præſumpt. lib.3. præſ.* 107. *num.* 10. Ergò quoq; legatum annui cenſus alternatiuum valet. Probatur
46 conſequentia, quia minus † eſt in alternatiuo, quàm puro legato.

47 Adhæc hæredem † grauare & onerare poteſt teſtator, præcipereque, vt hoc, vel illud faciat, det, ſoluat; imò ſolùm eum quem honorat, onerare poteſt. *l. ab eo. C. de fideicommißis.* Atqui relictum mille florenorum ſub onere vt donec ſoluantur, quinquaginta cenſus iure præſtentur, nihil aliud eſt, quàm grauamen hæredi impoſitum: Ergò licitum.

48 Amplius, legata, † & fideicommiſſa ſub pœna rerelinqui poſſunt, *toto tit. C. de his quæ pœna nomine &c.* §. *fin. Inſtit. de legatis.* Atqui legatum quo mille relinquuntur, & donec ea præſtentur ſingulis annis quinquaginta legatario dare iubeatur hæres, reſpectu hæredis eſt legatum ſub pœna licita: Ergò validum.

Quintò cenſus annnus conſtitui poteſt per ſententiam iudicis, condemnantis alteram partem ad ſol-
uendum

uendum mille, vel cenſum annuum quinquaginta flo-renorum, donec mille ſoluantur, vt ante à nobis eſt probatum, & tradit Nauarra *in c. ſi fœneraueris. 14. quaſt. 3. num. 99. & 100* Ergò & per vltimam voluntatem huiuſmodi cenſus conſtitutio valet. Nam ampliorem † & liberiorem diſponendi de re propria facultatem 49 habet teſtator, quàm iudex in re aliena.

Denique in huiuſmodi † legato nec vera, nec 50 ficta, nec interpretatiua latet vſura, quia nullum intercedit mutuum, nullum inter dantem & accipientem pactum, nulla violenta, vel iniqua extorſio: Nam hæres hæreditatem cum tali onere ex mera liberalitate relictam, liberè & ſpontè capit, voluntati defuncti ſatisfacit, legatarius quoque donationem à teſtatore ſibi factam ſine ſiniſtro pacto cum gratiarum actione capit: Ita que quemadmodum teſtator ipſe & quiuis alius donatione inter viuos alteri mille, & donec ea ſoluat, quinquaginta loco annui cenſus promittere pro ſe, & ſuis hæredibus: Ita quoque ab hærede relinquere poteſt: Couarr. *lib. 3. reſolut. c. 1. nu. 9 circa finem*.

Declaratur argumentũ: Nam ſi in caſu propoſito committitur vſura, aut committitur ratione teſtatoris, aut ratione hæredis, aut denique ratione legatarii: Non ratione teſtatoris, is enim ex mera liberalitate legatario alternatiuam facit donationem: non ratione hæredis; nam is quod à teſtatore eſt diſpoſitum, ſibique iniunctum, exequitur, & implet: non denique ratione legatarii, is enim hæredi nihil mutuo dedit, ſed quod à teſtatore ex mera liberalitate ſibi eſt donatum, ab hærede accipit.

Alter eſt caſus, quando teſtator † ex ſuis bonis, 51 vel rem debitam legatario legauit, & voluit eſſe in lega-

tarii poteſtate rem petere, & conſequi ad ſui libitum & quouſque differret petere, præcepit hæredi annuatim aliquid legitimum annui cenſus modum non exce-
52 dens, legatario ſoluere: Hoc caſu exiſtimant † nonnulli, huiuſmodi legatum quoad annuam penſionem nullum, & eam ſi à legatario fuerit accepta, in ſortem principalem legati imputandam eſſe: Bartol. & Decius *l.* 3. §. *fin. ff. de annuis legat.* Idem Bart. *l. cum ſtipulati, ff. de verbor. obligat* Baldus *in l. cum allegas, in decima appoſit. C. de vſuris.* Anchor. *conſilio* 93. *incip. Verba teſtamenti.* Idem *conſil.* 150. *incip. in quæſtione qua vertitur.* Campeg. *tract. de dote, parte* 2. *quæſt.* 13. Couarruuias *lib.* 3 *reſolut. cap.* 1. *num.* 9, dicens, quandò creditor ſeu legatarius ſortem legatam poteſt ſtatim exigere, ſi velit, dum eius exactionem differt, quantitatem legatam hæredi ſub vſuris mutuo dare videtur. Sequitur Binsfeldius *cap ſuper eo. de vſuris. quæſt.* 3. *concluſione* 5. Menochius *pluribus ad hoc allegatis conſil.* 441. *num.* 26. *& ſubſequenti.*

53 Contrarium † defendit *Paulus de Caſtro. in rubr. ff. de his quæ pœna nomine &c. & l.* 1. *colum. penult. C. de ſumma Trinit. & fide Catholic.* Romanus *conſilio* 510. *column.* 10. Alciat. *lib.* 3. *paradox. cap vltimo.* Carolus Molinæus *de commerc. quæſt.* 73. *num.* 487. Iohann. Gerſon. *de contractib. column. antepenult.* Qui omnes loquuntur in caſu quo legatarius ſeu creditor ſortem legatam petere, & exigere ſtatim poteſt, vt rectè obſeruauit Couarruuias *dicto num.* 9. vt mirer Menochium *dicto conſil.* 441. *num,* 29. id negare & aſſerere præfatos Doctores loqui in priori caſu, quando ſcilicet eſt in facultate hæredis, ſeu debitoris ſortem, vel annuam penſionem præſtare: Huic poſteriori opinioni

pinioni ego ſubſcribo., ſequentibus adductus ratio-nibus.

Prima: valet legatum, quo alicui mille, & inſuper ſingulis annis quinquaginta floreni de ſuis bonis teſtator copulatiuè legat: Igitur quoque validum eſt legatum alternatiuum, quo mille & donec ea ſoluantur, quinquaginta ſingulis annis legantur: Probatur conſequentia, quia † in legato alternatiuo minus eſt, 54
quàm copulatiuo.

Secunda: legatum annuum donec certa quantitas præſtetur, valet, ſi dilatio ſoluendi in hæredis debitoris voluntatem conferatur, vt præcedenti caſu eſt probatum: Ergò quoque firmum eſt, ſi legatario, ſeu creditori electio detur. Probatur conſequentia: nam quo ad iuſtitiam vtriuſque diſpoſitionis nihil intereſt, legatario, an hæredi electio detur.

Confirmatur id tertiò, quia valet emptio cenſus cum pacto redimendi, & retrouendendi, tàm in commodum ementis, quàm vendentis, vt in capite quo de pactis agemus, oſtendemus: Igitur quoque valet legatum, quo legatario electio tribuitur.

Huic accedit quartum argumentum, quòd legatario † inter duo, vel plura optio, ſeu electio legari 55
poſsit, *toto tit. ff de optione & elect. legata, & § optionis legatum inſtit. de legat.* Atqui hoc legatum alternatiuum capitalis vel annuæ penſionis nihil aliud eſt, quàm legatum optionis: Ergò validum.

Corroboratur id quintò, nam † in tali legato 56
vtrumque, hoc eſt, tàm quantitas certa, quàm annuus reditus æquè principaliter relinquitur, & legatario electio tribuitur: Vndè nulla hoc caſu vſura conſiderari poteſt.

Præterea ſicut annuus cenſus ſimpliciter, purè, & ſine alternatione relinqui, eique liberum fieri poteſt, vt annuum cenſum petat: Ita quoque annuus cenſus alternatiuè, æquè tamen principaliter rectè relinquitur. Ita argumentatur Carol. Molin. *dicta q 73. n.* 485 Et electione vnius nulla committitur vſura: Niſi conſtet † teſtatorem quantitatem certam principaliter, & annuum reditum acceſſoriè, & in compenſationem reliquiſſe: nam tunc legatarius creditor ſortem quam ſtatim exigere poteſt, non petens ſub vſura hæredi mutuo dare cenſetur. In dubio autem † teſtatorem ſuæ æternæ ſalutis immemorem fuiſſe, actumque vſurarium exercuiſſe minimè, quin potius ſuæ ſalutis memorem fuiſſe, actūq; omni meliori via, & modo geſſiſſe, atque ad peccatum excludendum, vtrumque æquè principaliter reliquiſſe præſumitur. *l. vlt. C. ad l. Iuliam repetund.* Romanus *conſil* 510. *num.* 5.

57

58

59 Inſuper licitè † quis poteſt alteri ex mera liberalitate donatione inter viuos mille florenos, & donec ea ſoluat, quinquaginta in ſingulos annos promittere, & ſoluere, donatarioq; ue liberum facere, vt vel mille ſtatim, vel annuam penſionem petat, & ad eam præſtandam ſe, ſuumque hæredem abſque vllo vſuræ crimine

60 obligare, nam † quilibet ſuæ rei moderator eſt, & arbiter. *l in re mandata. C. mandati.* Ideoque rem ſuam titulo donationis ſimplicis, modalis, conditionalis, alternationis in alterum transferre, & in ſuis rebus donationis titulo cenſum alternatiuè conſtituere, donatarioq; integrum relinquere poteſt, vt vel ſtatim mille donata, vel annuam penſionem petat. *l. ea lege, C. de rerum permutat. toto tit. C. de donat. quæ ſub modo. &c*: *& diximus ſupra.* Ergò quoque in vltima voluntate mille alteri rectè do-

ctè donantur, & donec petantur, vel præſtentur, quinquaginta in ſingulos annos ab hærede ſoluenda legantur, verbaq; electionis ad legatarium diriguntur, eique optandi facultas tribuitur. Probatur conſequentia, quia in † contractibus inter viuos facilius, quàm in vltima voluntate vſura committitur. 61

Denique, quod † mutuanti mutuatarius ſupra ſortem ex mera liberalitate donat, id vſuræ dici non poteſt. Couarr. *ca. peccatum, 2 partis initio. num 2. & ſeq. de reg. iur. in 6.* Carol. Molin. *de commerc. num.* 6 *in princip.* Sylueſt. *verb. vſura 6. quaſt. 3. argumento. l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt.* Binsfeld. *c. conſuluit. de vſuris. quaſt.* 1. *concluſ.* 7. Tradunt ex Theologis Richa. d. 4. *ſentent. diſtinct.* 15. *quaſt.* 5. *art.* 5. & ibi Scotus, & Grbriel Biel. *quaſt* 11. *dubio penult.* Iohan. à Medina *C. de reſtitut. tit. de vſur. cap.* 3. Menoch. *d. conſil* 441. *num.* 33. Ergò nec teſtator, qui ex mera liberalitate mille donat, & donec pręſtentur, quinquaginta ſingulos in annos donat, vſuræ inſimulari poteſt. 62

Huic argumento † occuurere conatur Menoch. *d. conſil.* 441. *num.* 33. dicens, id procedere, ſi de libero donandi animo conſtet, quòd ſcilicet annuam penſionem ſpontè, & liberè præſtare velit, & teſtator, & hæres Verùm noſtro caſu de libera hæredis voluntate non conſtare, ideoque vſuram præſumi. Quæ ſolutio vim argumenti non tollit: Nam quod aſſerit, conſtare debere de libera hæredis voluntate, id verum non eſt, ſufficit enim ſi de libera teſtatoris voluntate liqueat, vt autem hæres ſponte & libere annuum reditum ſoluat, neceſsè non eſt: quando enim vtrumque, hoc eſt, tàm certam quantitatem, quàm annuam penſionem teſtator æque principaliter donat, hæres poſtquam ad. 63

M 3 iuit

iuit hæreditatem, volens nolens defuncti voluntatem implere, quantitatem legatam exoluere, & donec eam præſtet, annuum reditum ſoluere cogitur. Itaque nulla hoc caſu vſura conſiderari poteſt, vel ratione teſtatoris, qui liberè donat, vel ratione hæredis, qui voluntatem teſtatoris exequitur, vel denique ratione legatarii, qui annuum reditum donationis titulo à teſtatore relictum, capit.

64 Ex his infertur, ſi teſtator † leget vxori dotem, quam ab ea recepit, & donec illa dotem repetere differat, annuam penſionem, puta, quinq; pro ſingulis centenis relinquat, quòd huiuſmodi legatum iure ſubſiſtat, nullumq; vſuræ crimen contineat, quodq; eam annuam quantitatem perceptam, in ſortem imputare vxor non debeat, etſi liberam dotis repetendæ habeat facultatem. Nec me moratur ratio, qua adductus in diuerſam reſpondit ſententiam Excellentiſſimus Dominus Menochius, *d. conſil.* 441. Etenim quòd aſſerit

65 vxorem † creditricem, ſeu legatariam dotem, quam repetere poteſt, non exigentem, videri ac præſumi mutuo dediſſe, adeoq; in vſurarum fraudem annuum reditum percepiſſe, id certum non eſt: nam & dotis, & annuæ præſtationis legatum eſt alternatiuum, vtrumq; principaliter factum, electioq; vxori permiſſa.

Quod vt clarius & manifeſtius euadat *tres caſus*

66 diſcernere placet. Primus eſt, cum conſtat, quod † vtrumq; tàm dotis, quàm annui reditus legatum æquè principaliter, & alternatiuè à teſtatore eſt relictum, & factum, & vxori legatariæ optio data, vt eligat, vtrum velit, quo caſu vxor eligens annuam penſionem, accipiensq;, vſuram non exercet. *Carol. Molin. d. q.* 73. *n.* 482. *& ſeq.* Alter eſt, cum de contraria teſtatoris mente conſtat,

conſtat, quòd videlicet † dotem principaliter, & annuam penſionem ſecundariò, acceſſoriè, & tanquam intereſſe lucri ceſſantis relinquere voluerit: Hoc caſu ſi dos ab vxore legataria petita non fuerit, annuus reditus ſinè vſuræ vitio peti non poteſt: Nam dotem legatam apud hæredem ſpontè relinquit vxor legataria, ideoq; hoc caſu nullum intereſſe conſiderari poteſt, imò, dùm dotis exactionem differt vxor, eam hæredi ſub vſuris mutuo dediſſe præſumitur. Hoc ſenſu verum eſt *reſponſum* Menochii, *& verum* quod tradit Binsfeld. *c. ſuper eo, de vſur. quæſt* 3. *concl.* 5. Couarr. *d. lib.* 3. *reſol. c.* 1. *nu.* 9. Et 67
hoc † ſenſu §. *fi. l.* 3 *ff. de annuis legat. intellectus, iure Canonico hodiè eſt correctus.* Sin † verò dotis legatum ab 68 69
herede repetat, & non conſequatur vxor, ratione iuſti intereſſe lucri ceſſantis, annuum reditum absq; vſura præcipuum habebit vxor. *Couarr: d. c.* 1. *n.* 9. *verſ. Quod ſi legatarius.* Hoc ſenſu *dictus.* §. *fin.* acceptus, iure Canonico ſublatus non eſt. Aut † deniq; ſumus in dubio, quo 70
caſu vtrumq; æquè principaliter legatum præſumitur, quòd teſtator ſuę ſalutis memor, actum omni meliori via & modo geſſiſſe ſit cenſendus. *l. fi. C. ad l. Iul. repet.*

SEPTIMVS modus † comparandi cenſus eſt præſcriptio, qua is, cui iuſto temporis ſpacio ſingulis annis annua penſio iure cenſus eſt præſtita, ius cenſus acquiſiuiſſe dicitur, etſi de alio titulo non doceat: *Conrad. Summerhard. q.* 79. *concl.* 1. Porrò de temporis ſpacio ad hanc præſcriptionem neceſſario † inter Doctores non conuenit: *Quidam* decem annos ſufficere putant: *Alii* quadraginta requirunt: *Nonnulli* tempus immemoriale exigunt. Horum diſcordiam *tribus concluſionibus* ad concordiam reducit *Couarr. c poſſeſſor malæ fidei.* 2. *part.* §. 4. *n.* 2. 3. *&* 4. *de R. I., in* 6. quas referre opere pretiũ duco. 71

73 *Prima concluſio eſt*: Annua † vniformis præſtatio annui reditus decem annis facta ex cauſa expreſſa, puta, venditionis, permutationis, &c: veræ cauſæ, & tituli præſumptionem inducit, iusq; cenſus tribuit.

Dico, *annua*, quia vnica præſtatio decem annis ſemel facta tituli præſumptionem, & probationem non inducit, vt paulò poſt fuſius demonſtrabitur.

Dico, *vniformis*, hoc eſt, in eadem re & quantitate facta: nam difformis, † vt ſi primo anno tria paria ca-
74 ponum, altero duo, tertio agnus fuerit præſtitus, donatio ex mera liberalitate facta, non titulus aliquis in fu-
76 turum obligans præſumitur: Addo *facta ex cauſa expreſſa*: nam abſque certo titulo facta præſtatio annuum, etiam vniformis, veri tituli præſumptionem non inducit, vel gignit, ſed donationem ex mera liberalitate factam, atque in futurum non obligantem arguit. Probatur concluſio: † Primò *ex l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris.* ex qua hanc concluſionem deducunt, & probant ibi Bart. *circa fin.* Bald. Salycet. Alexand. Iaſon. *num.* 7. Decius *num.* 2. Iacobinus de S Georgio *l. ſi certis annis. num.* 12. *C. de pactis.* Secundò probatur *per l. litibus. C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. in illa parentheſi (*eos tamen dicimus, qui non ex longo tempore*) Ex qua parentheſi liquet, quod ex diuturna, hoc eſt, decennali penſionis præſtatione titulo emphyteutico facta, titulus emphyteuticus, adeoque ius penſionis etiam pro futuro tempore probetur, & præſumatur. Tertiò confirmatur concluſio *per l. ſi certis annis. circa fin. C. de pactis.* Denique probatur *per l.* 1. *§. final. ff. de aqua pluuia arcenda.*

77 Cæterum, † quod nonnulli ceſſent *in d. l. cum de in rem verſo.* non de præſumendo titulo, ſeu obligatione,

ne, ſed qualitate tituli, & obligationis præſumenda actum, atque dubitatum fuiſſe, *vtrùm pecunia filio mutuata in rem patris fuerit verſa?* Id verum non eſt, nam *in dicta l. cum de in rem verſo*, de duobus fuit dubitatum: Vnum eſt, vtrùm pecunia filio, vel ſeruo mutuata, in patris vel domini vtilitatem fuerit relata? Alterum, vtrùm ex diuturna præſtatione vſurarum titulus, hoc eſt, ſtipulatio allegata præſumatur? Ad poſterius reſpondet *Papinianus*, cenſuiſſe Imperatorem Antoninum, quòd ex diuturna præſtatione vſurarum à patre facta, titulus vſurarum promiſſarum, hoc eſt, ſtipulatio præſumatur. Carol. Molin. *de contract. quaſt.* 20. *num* 207. Iacob. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 131. *num.* 59. Vbi refert eos Doctores, qui de qualitate tituli, non autem de ipſo titulo dubitatum fuiſſe putauerunt, ſimulque reprehendit † *Duarenum*, qui in com- 78
ment. de vſuris, eam interpretationem ſuppreſſo aliorum nomine arroganter ſibi adſcripſit.

Ampliatur concluſio: Primò, † quòd etiam cum contra Fiſcum agitur ex diuturna præſtatione, allega- 79
tus titulus præſumatur, iusq; cenſus probetur. *dicta l. cum de in rem verſo, poſteriori reſponſi parte*, vbi Salyc. Ratio eſt, quia fiſcus † cum priuato eodem iure vtitur, 80
niſi ſpecialiter & peculiariter priuilegiatus exiſtat, glo. *in l. item veniunt.* §. *in priuatorum. ff. de petit. hæredit.* Iaſon. *l. ſi certis annis, num.* 14. & ibi Decius *num.* 13. *C. de pact.* Menoch. *d. præſumpt.* 131. *n.* 68.

Extenditur ſecundò, quòd & † in Principe locum 81
habeat: nam ſi quis portorium, vectigal, pedagium &c: in certo loco percepiſſet, atque Principis conceſſionem allegaret, ex diuturna perceptione titulus allegatus probaretur, *Menoch. d. loc.*

Digitized by Google

82 Tertiò declaratur, vt procedat etiam in iuribus, quæ cauſam habent diſcontinuam, vt eſt ius cenſus, cuius præſtationes non ſingulis diebus, ſeptimanis, aut menſibus, ſed ſemel duntaxat in anno percipiuntur: nam ex diuturna reditus præſtatione titulus allegatus probatur: Ita *gloſſa. citata. l. cùm de in rem verſo, verbo, longo, ff. de vſuris.* Couarruuias *lib. 1. reſol. cap. 17. verſic. Et licet hac controuerſia.*

83 Quartò etiam aduerſus † Eccleſiam, & Prælatum ex diuturna præſtatione probatur titulus allegatus, iuſque temporale ſeu ſeculare: itaq; ſi decem annis annuam penſionem ex certo titulo alicui præſtitit prælatus, ex longi temporis præſtatione pręſumptiuè probatur verus titulus, & obligatio ad futurum tempus: *Salycet. Alex. d. l. ſi certis annis. C. de pactis. vbi Iaſon. nu.* 14. Rimiñald. Senior *num. 9.* Ioſeph. Maſch. *de probat. vol. 3. concl.* 1371 *num. 13. & 133.* Menoch. *de praeſ. lib. 3. praeſ. 131. n. 61.* Alciat. *de praeſ. reg. 1 praeſ. 32.* Ratio prior
84 eſt, quia † Eccleſia quo ad res temporales vtitur iure communi. *gl. c. peruenit. de cenſib.* Doctores *c. vltimo. de ſolut. & c. 1. de alienat. feudi.* Ratio poſterior eſt, quia
85 † ſolemnitas extrinſeca ex curſu decem annorum interueniſſe præſumitur, ſi allegans titulum ſolemnem ſit in poſſeſſione, vel quaſi iuris, quod ſibi competere prætendit *Alexand. in l. qui aliena, n.* 10. *ff. de acquiſit. hæredit.* Iaſon *l. 1. nu. 15. C. qui admitti, &c.* Grauetta *de antiquit. tempor. 3. part principali, in principio, num. 9.* Maſchard *de probat. vol. 3. concl.* 1316. *num. 44. & ſeq.* Menoch. *de praeſumpt. lib. 3. praeſumpt. 32. num. 45.* Ant. Gabriel. *commun. concluſ. lib. 1. titulo. de praeſumpt. concl. 1. num* 3. *&* 20.

Nec labefactatur extenſio ſi adſeratur, prælatum

† ſuo

† ſuo facto Eccleſiæ nocere, eamq́, alteri obligare non poſſe, *c. venerabili, de except.* Nam reſpondetur, atq; dicitur, quòd prælati factum abſq; iuſta cauſa, & iuris ſolemnitatibus Eccleſiam alteri non obliget: verùm factum ex legitimo titulo, & cum iuris ſolemnitatibus, Eccleſiæ noceat, eamq; alteri obſtringat. Atqui lex *ex decennali* præſtatione ſolemnem titulum obligationemq́ue efficacem interuenire præſumit: Itaq; tali caſu non ex nudo prælati facto, ſed ex titulo ſolemni obligatur Eccleſia, *Menoch. allegata præſ.* 131. *n.* 63 *& ſeq.*

Dictum eſt in ampliatione, *ius ſeculare*: nam † ius 87
ſpirituale, puta, beneficium Eccleſiaſticum ex decennali præſtatione, & allegato titulo Canonico præſumi negant Bald. *l. malè agitur, C de præſ.* 30. *vel.* 40. *annor. & l. non mutat. C. de liberali cauſa.* Iaſon *ſæpe d. l ſi certis an. num.* 14. Menoch. *citata præſ.* 131 *n.* 61. *&* 99. Ea ratione
moti, quòd eccleſiaſtica † beneficia, aliter quàm cano- 88
nica inſtitutione adquiri nequeant. *c. ex frequentibus. de R.* I. *in* 6. vbi *gloſſ.* Itaq; ne ex perceptione fructuum *decennali*, titulum poſſe comparari negant. Quæ ratio
fallax eſt & captioſa: Nam † aliud eſt præſcriptione ad- 89
quirere beneficium eccleſiaſticum, aliud ex decennali fructuum perceptione titulum inſtitutionis præſumere: Itaq; etſi ſacerdotia, & beneficia eccleſiaſtica præſcriptione etiam immemorialis temporis adquiri non poſſint, ſed requiratur canonica inſtitutio: Attamen is inſtitutionis titulus ex decennali fructuum perceptione præſumitur, ſi conceſſus allegatur. Vndè in caſu concluſionis, ampliationisq; ius cenſus, & beneficii adquiritur, non ex perceptione fructuum, aut ex præſcriptione, ſed ex titulo allegato, eoq; per decennalem fructuum perceptionem probato: *Chaſſ. in conſuet. Burg. rub.* 11. *tit. de cenſ.* §. 2.

Quemadmodùm enim allegans ius paſcendi, aut alterius ſeruitutis diſcontinuæ, ſi doceat ſe vſum fuiſſe decennio hoc iure paſcendi, ſciente & patiente aduerſario, ex titulo donationis, alioue ſimili ad conſtituendam ſeruitutem ſufficienti, is titulus prçſumitur, donec oppoſitum probetur, nec tunc per præſcriptionem, ſed per titulum, ex vſu decennii probatum, ſeruitus acquiritur, *gloſſa, Bart. Paulus de Caſtro, & Dd. communiter in l ſeruitutes.* 14. *ff. de ſeruitut.* Couarr. *lib.* 1. *reſol. cap.* 17. *num.* 11. *verſic. & licet hac controuerſia. per l.* 1. *§ fin. ff. de aqua pluuia arcenda.* Ita quoq; aſſerens ſibi ius in beneficio eccleſiaſtico eſſe, ſi ſe decem annis fructus illius beneficii ex inſtitutionis titulo percepiſſe dicat, is inſtitutionis titulus præſumitur, donec oppoſitum probetur, nec eo caſu præſcriptione, ſed inſtitutionis titulo ex decennali fructuum perceptione probato, adquiſitum dicitur beneficium eccleſiaſticum. Vndè exiſtimo contrarium eſſe verius, quod ſcilicet aduerſus eccleſiam tàm quò ad ſpiritualia, quàm temporalia ex decennali præſtatione præſumatur, & probetur allegatus titulus: quod apertè profitentur Felin. *c illud, num.* 5. *de præſumpt.* Couarr. *ca. poſſeſſor.* 2. *part.* §. 10. *num.* 9. *de reg. iur. in* 6. Ioſeph. Maſch. *de probat. vol.* 3. *concluſion.* 1371. *num.* 133.

90 Ex hoc fundamento tollitur† *argumentum*, quod contra *ſecundam*, *tertiam*, *& quartam ampliationem* hũc in modum obiici poteſt. Aduerſus principem quoad regalia, Germanicè Hohe Landsfürſtliche Obrigkeit/ & alia quæ iuri ſuperioritatis cohærent: Item in iuribus & ſeruitutibus diſcontinuis: Denique aduerſus Eccleſiam quoad immobilia non currit præſcriptio decem annorum, ſed requiritur minimum tempus quadraginta

ginta annorum cum titulo, aut ſi abſit titulus, tempus
immemoriale. Nam reſpondetur † in caſu concluſio- 91
nis, & ampliationis non agi de acquiſitione cenſus,
aut alterius iuris per præſcriptionem, ſed potius de ac-
quirendo cenſu per titulum, qui ex longa præſtatione
temporis annuæ penſionis probatur, *gloſſa, Bart. Caſtr.*
& alii dicta l. ſeruitutes, 3. ff. de ſeruitutib. Couarr. *lib. 1.*
reſol. cap. 17. num. 6. verſ. & licet hac controuerſia, per l. 1.
§. fin. ff. de aqua pluuia arcenda.

Quintò extenditur, vt locum † quoque habeat in 92
mulieribus, & ruſticis, qui decem annis certam penſio-
nem ex titulo, & cauſa alicui præſtitère: nam præſtatio
annua vniformis à ruſtico, & muliere facta ex titulo,
cenſus veri præſumptionem inducit, per textum cla-
riſſimum *in l. litibus. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Carol.
Molin. *de vſur. quæſt. 20. num. 207. idem in conſuetud.*
Pariſ. §. 7. num. 17. Barth. Chaſſan. *in conſuet. Burgund.*
de cenſib. rub. 11. §. 2. num. 22. Couar. *ſæpe cit. c. poſſeſſor. 2.*
parte. §. 4. num. 2. Menochius *dicta præſumption. 131.*
num. 70.

Contrarium huius interpretationis tenet Specu-
lat. *in tit. de reſtitut. ſpoliat. §. nunc dicendum. verſicul.*
Quid dices? Guido Papæ *quæſt. 407. & alii nonnulli re-*
lati à Menochio dicto loc. Antonio Gabrielio *commun.*
concluſ. lib. 1. tit. de præſumpt. concluſ. 1. num. 26. Earatio-
ne adducti, quòd præſtationes annuæ à ruſtico, vel
muliere factæ præſumantur violentæ, & metu à domi-
nis extortæ; quod verum non eſt, cùm hoc † ſeculo ru- 93
ſtici tàm ſint verſuti, callidi, & verſipelles, vt non agros,
ſed ſtudia iuris coluiſſe videantur, *teſte Menochio de arb.*
iudic. lib. 2. cent. 2. caſu. 194. num. 3. Niſi aliqua violentiæ
indicia concurrant, puta, ſi dominus ſit valdè auarus,

tantùm pro omnibus decem annis: nam vnica pro pluribus annis facta præſtatio, obligationem pro futuro tempore non inducit. *Cynus dicta l. ſi certis annis. quaſt. 6. & ibi Iaſon num.* 25. Decius *num.* 11. Chaſſan. *in conſ. Burgund. titul. de cenſibus,* §. 2. *num.* 24. Menoch. *d. loc. num.* 84. 98

Tertiò † procedit *d. l. cum de in rem verſo*, adeoq; ex ea deſumpta noſtra concluſio, quandò ſingulis annis verè, & realiter ſolutæ probantur penſiones, ſecus ſi præſumptiuè tantùm præſtitæ doceantur, puta, ſi probetur, quod tribus vltimis annis præſtatio verè ſit facta, 99
ex quibus † trium vltimorum annorum præſtationibus, & antecedentium annorum ſolutio præſumitur. *l. quicunq;. C. de apochis. lib.* 10. Verùm ex hac trium nouiſſimorum annorum ſolutione, & præſtatione, priorum annorum ſolutiones non verè, & realiter, ſed præſumptiuè tantùm factæ probantur, ideoq; ad obligationem in futurum tempus inducendam, titulumq; confirmandum, efficaces non ſunt: *Iaſon dicta l. ſi certis annis, nu.* 16. Tyraq. *tract. præſcriptio.* §. 1. *glo.* 5. *in fine.* Menoch. *ſæpe d. loc. num.* 86.

Quartò † reſtringunt *dictam l. cùm de in rem verſo.* 100
adeoq; noſtram concluſionem *Alexand. conſil.* 94. *n.* 6. *lib.* 7. Corneus *conſil.* 98. *num.* 3. *lib.* 1. Menoch. *dicto loc. n.* 89. vt non locum habeat in minore, idq; eius fauore: quibus non adſentior: Nam ſi ex decennali præſtatione contra eccleſiam præſumitur titulus & obligatio, vt ſupra in ampliationibus eſt oſtenſum, profectò etiam contra minorem inducitur tituli probatio: nam minor non maiori quàm eccleſia, ſed pari fauore gaudent.

Quintò † limitatur, vt procedat, ſi ex annuis præſta- 101
tionibus conſtat, qua cauſa, & titulo ſint factæ; ſecùs † ſi 102

appareat quidem, quolibet decennii anno præſtationem eſſe factam, non tamen ex iiſdem præſtationibus de titulo conſtet: nam tunc ex his præſtationibus non præſumitur titulus, & obligatio ad finem agendi pro futuro tempore, quamuis à creditore titulus in iudicio allegetur. Ratio eſt, quia eſſe poteſt, quòd non ex allegato titulo, ſed alia de cauſa annuus reditus fuerit ſolutus: vndè nō contingit hoc eſſe, quod à re contingit abeſſe: Bald *præcit. l ſi certis annis.* & ibi Iaſon. *num.* 15. & Salycet. *col penult.* Guido Papæ *quæſt.* 408. Grauetta, *de antiquit. tempor.* 2. *particula.* 5. *partis principal. num* 55. Idem *conſi* 226. *num.* 3. Couarr. *d.* §. 4. *num.* 2. Itaque ſola tituli allegatio in iudicio facta per annuas præſtationes non probatur, ſed requiritur inſuper deductio, & probatio, quòd annuæ penſiones ob allegatam cauſam fuerint factæ: Vndè ruſticus, qui longo tempore ſingulis annis hœdum, agnum, par caponum &c: domino ſoluit, in dubio, hoc eſt, cùm de titulo ex præſtationibus non conſtat, animo donandi dediſſe præſumitur, ideoque ad futuras præſtationes non obligatur. Bartolus *dicta l. cum de in rem verſo, num.* 9 Balbus *de præſcriptionibus*, 1. *parte* 3. *partis principalis. verſ. Decimò quæro.*

103 Sextò vitiatur † concluſio, ſi contra eum, cui decem annis ex titulo allegato penſiones ſolutæ probantur, militet aliqua iuris præſumptio, aut ei iuris diſpoſitio reſiſtat. Bart. *ſæpe cit. l cum de in rem verſo, num.* 7. *ff. de vſuris.* Ioſeph. Maſcard. *de probationib. volum.* 3. *concl.*
104 1371 *nu.* 108. Exemplum † eſt in eo, qui donationis titulum allegat, nam is ad inducendam obligationem pro futuro tempore ſufficiens non eſt: *gl. l. ſolent.* §. *fin. ff. de officio proconſul & legati*, Bart. *cit. l. cum de in rem verſo*, vbi adfert exemplum de ruſtico, qui Nobili ad decennium

nium par caponum obtulit: nam etſi præſtitas donaſſe præſumatur; attamen ſe in futurum obligaſſe non cenſetur, quia huiuſmodi donatio non præſumitur. *l. cum de indebito, § eum qui ſoluit ff de probationib.*

Septimò † limitatur, vt procedat, ſi titulus allegatus iure ciuili ſit validus, approbatus, ad iuris, & dominii acquiſitionem aptus, ad ciuilem obligationem, actionem producendam ſufficiens, ſecus ſi is titulus auctoritate iuris publici ſit inualidus, infirmus, ad ciuilem obligationem, actionemq; producendam inefficax, vt eſt titulus pacti ſimplicis, quod omni iuris ciuilis auxilio deſtituitur: neque enim pacto nudo † ius ciuile adſiſtit, tribuendo illi ciuilem, efficacemque obligationem, quæ actionem gignit. ſed illud in viribus iuris naturalis, ſecundùm quod obligationem tantùm naturalem, quæ ad actionem producendam inefficax eſt, parit: *l. legem. C. de pactis l. iuriſgent §. ſed cum nulla. ff de pactis.* Atqui iuxta † hanc limitationem, *l. ſi certis annis. C. de pactis*, tàm ſibi ipſi, quàm *l. cum de in rem verſo. ff de vſuris.* concordari poteſt. Nam in principio *dicta l. ſi certis annis*, dicitur, quòd datum certis annis ex pacto ſimplici ad præſtandum impoſterum obligari non poſſe, in fine verò ſancitur, quòd præſtitum ex ſtipulatione certis annis in futurum obliget: Idem traditur *in l. cum de in rem verſo* Ratio diuerſitatis † eſt, quia titulus nudi pacti à iure ciuili adſiſtentiam, auctoritatem, valorem, efficacemque obligationem non habet, ideoque actionem non producit: At ſtipulationi † ius ciuili adſiſtit, efficacem obligationem tribuit, actionemque concedit. Sic ad concordiam reducit prædictas duas leges Bart. *dicta l. cum de in rem verſo, column. 1.* Salycet. *ſæpè allegata l. ſi certis annis, num. 4.*

105 106 107 108

O Ferdi-

Ferdinand. Vaſquius *illuſtri quaſt. ca.84.n.41.* Menoch. *de præſumpt. lib.3 præſumpt 121.n.21.*

110 Cur autem † pacto nudo ius ciuile non adiſtat, ratio à Doctoribus fingitur multiplex. *Prima*, quòd oſtendendæ beneuolentiæ cauſæ potius, quàm ſeriò nudi pacti promiſſio fiat: *Altera*, quòd ad ſtudia, officiaque offerenda potius, quàm ad obligationem promiſſio per pactum nudum fiat: *Tertia*, quòd retinendæ, aut comparandæ alterius beneuolentiæ potius, quàm obligationis inducendæ animo, officia per nudum pactum deferantur: *Vltima*, quòd ex incogitantia potius, & leuitate, quàm animo deliberato huiuſmodi pactum nudum profluxiſſe lex ciuilis præſumat ideoque actionem deneget. *l. ſciendum. §. ea autem. ff. de ædilit. edicto.* Alexand *in rubrica. ff. de verbor. oblig.* VVeſenb *in paratit ff. de pactis. nu. 9.*

111 Verùm ego nullam ex prædictis cauſis veram ſolidamque eſſe exiſtimo: Tùm, quia falſum eſt, omnia pacta nuda aut ad oſtentandam, aut comparandam, aut retinendam beneuolentiam, aut ex leuitate, & incogitantia fieri: nam plurima pacta ſimplicia maturo conſilio, & deliberato animo fiunt. Deindè lex ciuilis nudo pacto actionem denegat, ſiuè ex leuitate, ſiuè ex deliberatione profluat, vt clarè demonſtrant effectus, qui pacto nudo attribuuntur. Tertiò ſequeretur, ſi ex deliberato animo nudum pactum factum probaretur, quòd huiuſmodi pactum iure ciuili actionem produceret, gigneretque, quod eſt falſum, & contra *l. 1. ff. de pactis. l. iuris gentium, § ſed cùm nulla. ff. eodem. l. legem. C. de pactis.* Quartò, ſi dicatur eſſe præſumptionem iuris, & de iure, quòd pacta ſimplicia ex oris libertate fiant, ſequeretur, ſi ex paciſcentis confeſſione, de animo deliberato

iberato conſtaret, quòd actionem producerent, quod falſum eſt. Denique ex pacto nudo naturalis obligatio † oritur, quæ ius retentionis, exceptionis, & com- 112
penſationis parit, quos effectus ei non tribueret, ſi ex temeritate, aut leuitate, pactum nudum proceſsiſſe lex ciuilis præſumeret. Vera itaque ratio † eſt, quòd ex 113
nudo pacto actionem ad publicam vtilitatem deneget, vt tot lites, quæ ratione pactorum ſimplicium contingerent, frequenter foris, tribunalibusque cederent, atq; ab his exterminarentur, eo prorſus modo, quo læſo † infra dimidium iuſti precii actionem lex ciuilis 114
denegat. *l.2 C. de reſcind vendit.* Couarr. *cap quamuis.2. parte. §.4. num.* 13. *verſic. Secundò principaliter conſtituendum eſt de reg. iur. in 6.*

Porrò grauis eſt inter Doctores controuerſia, cur † in caſu *dictæ l. ſi certis annis*, præſtatio longa titu- 115
lum pacti non conualidet, etſi enim pactum nudum titulus non ſit validus, nec obligationem ciuilem, actionemque producat: Attamen ex pacto geminato obligationem ciuilem, actionemque naſci volunt Doctores. Atqui pactum ſimplex ex præſtationibus annuis recognoſcitur, reiteratur, repetitur, adeoque ſimplex amplius non manet: ſed ex reiteratione fit geminum, & validum. Huic dubitationi † vt ſatisfieret, varios mo- 116
dos ſaluandi *ſaped. l. ſi certis annis*, excogitarunt *Doctores*, quos refert, refutatque *Iohann. Coraſius miſcellan. lib.3. cap.*15. quartam adferens rationem, quam Menoch. *lib.*3. *de præſumptionib. præſumption.* 131. reprobat, nullam tamen nouam reddit, ſed cogitandum relinquit, quæ ſit ratio *d. l. ſi certis annis.*

Mihi Corraſii ratio vera videtur, atque falſum † eſſe cenſeo, primùm quòd pactum nudum 117

 deli-

deliberato animo factum ciuilem obligationem, actio-
nemque producat, vt *ex Couarr.* paulò ante eſt proba-
118 tum: Deindè falſum † eſſe puto, quod ex annuis rediti-
bus geminetur, reiteretur, repetaturq; pactum ſimplex,
adeoque fiat validum, producatque titulum ſufficien-
tem: Etenim ſolutiones, & præſtationes annuæ fiunt
in liberationem, & executionem potius nudæ promiſ-
ſionis, quàm in nouam, eamque arctiorem, & firmio-
119 rem obligationem: itaque factæ † ad vnum effectum,
120 contrarium operari non debent, nec † actus agentium
tium vltra eorum intentionem extendendi ſunt. Quòd
ergò pactum ex annuis præſtationibus validum fir-
mumque non reddatur, ſed remaneat ſimplex, nudum,
adeoq; obligationem ciuilem, actionemque non pro-
ducat, ea eſt ratio, quòd præſtationes annuæ non fiant
in eum finem, vt præſtans firmius, quàm antea oblige-
tur, ſed vt ab obligatione naturali ſe liberet.

121 Denique falſum † eſſe puto, quod geminatio,
ſeu reiteratio pacti ſimplicis ciuilem ad agendum actio-
nem, & obligationem gignat: manet enim nudum
pactum etſi centies reiteretur: Quemadmodùm enim
peccatum veniale etiam millies repetitum, non tranſit
in mortale, ſed remanet veniale, licet ad mortale diſpo-
nat: *Nauarr. c. tres ſunt, de pœnitent. diſt. 1. num. 6.* Couar.
*c. alma mater, priori parte. §. 7. num. 7. verſ. Tertiò indè in-
fertur:* Ita quoque nec pactum ſimplex decies, aut eò
amplius repetitum, ciuilem obligationem ad agendum
efficacem parit, ſed remanet nudum purum pactum,
ſingulaque pacta nuda, ſingulas obligationes natura-
les, nullo autem modo ciuilem obligationem pro-
ducunt.

122 Quod ſi obiiciatur, † ac dicatur, conſtitutum eſſe
nudum

nudum pactum. §. *de conſtituta, inſtitut. de actionibus.* ex conſtituto oriri actionem, etſi prius debitum nudo pacto fuerit promiſſum. *l.* 1. §. *fin. ff. de conſtit. pecun.* non aliam ob cauſam, quàm quòd conſtitutum nihil aliud ſit, qàum pactum nudum geminatum, ſeu promiſſio nuda reiterata, qua id, quod conſtituens, vel alius nudo pacto debet, ſe ſoluturum nudo pacto promittit, quòd geminatum pactum actionem producat. *Schneid.d.§ de conſtituta,nu.*15. *& ſeq.* & ibi *Mynſing.nu.* 15. *&* 16. *inſtitut.de actionib:*

Reſpondetur, negando conſtitutum eſſe nudum pactum, idque geminatum: nam aliud eſt pactum nudum geminatum, aliud conſtitutum. Illud fit, cùm id, quod aut nudo pacto aut naturaliter tantùm eſt debitum, alio nudo pacto iterum promittitur, ſine mentione, aut relatione prioris pacti, aut naturalis obligationis: vt ſi quis decem coronatos nudo pacto debens dicat ſimpliciter, promitto tibi decem coronatos: At conſtitutum fit, cum id, quod naturaliter debetur, in ſecunda promiſſione repetitur, poſteriorque promiſſio ſuper priori debito, nudo pacto contracto, cadit, fre-turque, atque ex illa ceu cauſa, fit, verbi gratia, decem quæ ego, aut Titius debet me ſoluturum conſtituo. Qui promittendi modus à pacto geminato longè differt, & diſtat: nam pactum nudum geminatum non fertur ſuper priori obligatione naturali, ſed abſq; commemoratione prioris pacti, aut debiti fit ſimpliciter: at conſtitutum cadit ſuper pacto, indeque orta priori naturali obligatione. Deindè pactum poſterius nudum, nullam continet cauſam, fit enim intuitu prioris obligationis naturalis, ceu cauſæ. Deniqùe in pacto † nudo etiam decies repetito, nullum eſt ſynallagma, hoc 123

eſt, rei interuentus, nullum fomentum, ex quo robur pactum adquirat, at in conſtituto eſt ſynallagma, hoc eſt, debiti naturalis interuentus, ex quo conſtitutum veſtitur: Non igitur mirum, quòd ex conſtituto actio oriatur, ex pacto geminato minimè: nam in conſtituto eſt cauſa, ſynallagma, rei interuentus, & veſtimentum, cuius ratione actio oritur. *l. iurisgentium.* §. *ſed etſi. ff. de pactis*, Couarruuias *cap. quamuis,*
124 2. *parte*, §. 4 *num* 24. vbi dicit, pactum † nudum iure ciuili actionem producere ex adiectione cauſæ, cuius effectus eſt ſecutus: ſed cum id per conſtitutum promittitur, quod conſtituens vel alius iam naturaliter debet, ſubeſt cauſa iam impleta ex parte eius, cui fit conſtitutum, hoc eſt, ſubeſt debitum naturale.

Nec obſtat, quod Eraſmus Paſcha olim auditor meus ad ſexennium diligentiſſimus, iam verò Vtriusque Iuris Doctor Clariſsimus, obiecit pactum geminatum non minus quàm conſtitutum referri ad præcedens pactum & obligationem naturalem, quòd geminatio ſit relatiuum, reſpectum & ordinem geminandi importans: Nam geminationem eſſe relatiuum ordinis admitto, verùm eum, qui ſecundum pactum nudum init primi pacti mentionem neceſſariò facere, & ſuper priori pacto poſterius fundare debere, aut ſolere, eo inficias, quod tamen in conſtituto neceſſario fieri debet.

125 Deniq; quòd in concluſione † dictum eſt, ex præſtatione redituum decennali titulum allegatum probari, id de præſumptiua probatione eſt exaudiendum, aduerſus quam iuris præſumptionem admittitur probatio in contrarium, quòd ſcilicet titulus allegatus verè non intercesſerit, qua probatione facta, qui decem

cem annis ſoluit, porrò ſoluere non obligatur, *Couarr. dicto cap. poſſeſſor 2. parte. §. 4. num. 2.* Menochius *ſæpe. cit. præſumpt.* 131. *num.* 74. Maſchard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1731. *à num.* 63. *vſq. ad* 80. Anton. Gabriel. *commun. concluſion. lib.* 1 *de præſumptionibus. concluſ.* 1. *num.* 62.

Secunda concluſio: Annua præſtatio † iure, & ratione perpetui reditus triginta annis facta, non tantùm tituli præſumptionem, ſed etiam veram iuris cenſus adquiſitionem per præſcriptionem inducit. Probat *Couarruu.* hanc concluſionem, ea ratione, quòd † tanto tempore, hoc eſt, triginta annis abſque vllo titulo præſcriptio currat, etiam in rebus & iuribus maximi præiudicii, per *l. ſicut, & l. cùm notiſſimi. Codice de præſcription.* 30. *vel* 40. *annorum.* Itaque cùm præſcriptione triginta vel quadraqinta annorum ſola bona fide abſque titulo omnia iura regulariter comparentur, profectò & ius cenſus tanto tempore abſque titulo adquiretur. 126 127

Declarat hanc † concluſioem *Couarr. dicto loco, num.* 5. aſſerens eam non procedere, quo ad annuos reditus, & præſtationes, quas dominis vaſalli, & ſubditi exhibent: Ea ratione, quòd quoties aduerſus præſcribentem militat, & vrget non leuis, ſed vehemens præſumptio, ei quàm plurimùm reſiſtens, non ſufficiat triginta annorum præſcriptio, ſed neceſſaria ſit immemorialis, vel quadraginta annorum cum iuſto & probato titulo. *capit. primo. de præſcription. in* 6. Atqui hoc caſu, quo tractatur de præſcribendis à dominis contra vaſallos & ſubditos annuis præſtationibus, quæ iure communi à vaſallis & ſubditis dominis non debentur, non tantùm eſt præſumptio 128

aduerſus dominum ſimplex pro vaſallorum, & ſubditorum libertate, ſed valdè etiam vehemens, quòd per extorſionem & vim præſtationes ſint expreſſæ.

129 *Tertia concluſio*: Præſtatio † cenſus vniformis, facta per tempus, cuius initium hominum memoriam excedit, non ſolùm veram per præſcriptionem adquiſitionem cenſus, ſed etiam iuſtum, & ſufficientem titulum inducit. Probat hanc concluſionem *Couarruu.*
130 quia hæc † immemorialis præſcriptio vim conſtituti, tituli, & priuilegii habet, operaturque, vt ea, quæ abſq; titulo acquiri tempore non poſſunt, quærantur. *cap* 1. vbi *gloſſa, de præſcript. in 6. l. hoc iure, §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiua.* Cynus, Angel. Caſtrenſ & Iaſon. *dicta l. ſi certis annis C. de pactis.*

Extendit concluſionem *Couarruuias dicto cap. poſſeſſor. 2. parte, §. 4. num.* 4. ad vaſallos & ſubditos, adferens, † aduerſus eos quoq;, ſi à tempore immemoria-
131 li aliquid annuatim præſtiterint, ius cenſus à dominis comparari, eoque caſu nec tituli allegatione opus eſſe, nec extorſionem aut vim præſumi.

His tribus *Couarruuiæ* concluſionibus, *quartam*
132 adiicere placet. Cenſus † iure præſcriptionis acquiritur, ſi ex vero, & probato titulo decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, annuus reditus bona fide fuerit ſolutus, & perceptus: Probatur concluſio, cenſus eſt ius, & quædam quaſi ſeruitus, vt ſupra eſt oſtenſum: Atqui † iura ſeruitutum cum titulo decem
133 annorum per præſcriptionem adquiruntur. *l. final. in fine. C. de longi temporis præſcriptione,* Couarruuias *lib. 1. reſolut. cap. 17. num.* 11. idem *cap. poſſeſſor, 2. partis initio, num.* 8. *verſic. Secundo textus in dicta l. 2. de reg. iur.*
134 *in 6.* Deindè, iuriſdictio, & reliqua iura aduerſus priuatum

Digitized by Google

tum cùm titulo decem annorum præſcriptione adquiruntur, vt ex communi Dd. opinione tradit Couar. *dicto cap. poſſeſſor. 2. parte.* §. 3. *nu. 5. de reg. iur in* 6. doctè VVeſenbec. *in paratit ff. tit. de ſeruitutibus.* Igitur & ius cenſus eodem tempore comparari poteſt. Denique cenſus † cauſam habet continuam, cohæret enim perſonæ cenſitoris, eique debetur, & ſoluitur annua penſio: quare ſicut aliæ ſeruitutes continuam cauſam habentes decem annorum præſcriptione adquiruntur, ita & ius cenſus. 135

136 Quod ſi obiicias, † ac dicas, hanc concluſionem è diametro repugnare cum prima, qua definitum eſt, ſi decem annis ex certo titulo penſio fuit præſtita, quòd tunc non præſcriptionis, ſed tituli alleg. iure cenſus debeatur, cuius contrariũ in hac cõcluſione ſtatui videtur. Occurro & reſpondeo, non contraria, ſed diuerſa vtraque definiri concluſione. Nam *Prima* eſt intelligenda in caſu, quo ex titulo, domino cenſitori à cenſito conceſſo, verùm aliundè, quàm ex præſtationibus non probato, adſeritur ius cenſus, tunc enim ex decem annorum præſtatione allegatus titulus probatur, atque ius cenſus ex titulo præſumptiuè probato, non autem ex præſcriptione acquiritur.

Verùm concluſio *Quarta* procedit, cùm quis à non domino titulum habet legitimum, quo caſu concurrente cum longi temporis præſtatione, bona fide, præſcriptione, non titulo adquiritur cenſus: In ſumma, iuxta *primam* concluſionem comparatur cenſus ex titulo allegato, & per præſtationes probato, iuxta quartam adquiritur cenſus præſcriptione, non titulo.

OCTAVO emptionis titulo † iuſtiſſimè cenſus adquiritur: quòd primò probant duæ duorum ſummorum

P rum

morum Pontificum. *Martini Quinti, & Calixti Tertii conſtitutiones*, quæ habentur *lib. 3. extrauag. commu. tit. de empt.* quarum vtraque emptio cenſus approbatur. Secundò, *nouella conſtitut. Iuſtinian. §. quoniam in auth. vt hi qui obligat. ſe hab. perhibent. &c.* qua tutores, &
138 curatores, vt minorum † pecuniis annuos reditus potius emant, quàm fœnus exerceant, monet *Iuſtinianus*. Idem ſanxit *Iuſtinianus nouella conſtitution.* 160. quæ etſi in vulgaribus Codicibus deſideretur, refertur tamen inter Græcas, & Haloandri nouellas, & extat in corpore iuris, diligentiſſimi *Antonii Contii* interpretationibus, & annotationibus illuſtrata, in qua titulus emptionis cenſus ceu licitus apertè probatur, & à mutuo, vſurarioque contractu diſtinguitur. Tertiò id ſuadet ratio: nam vbi omnia emptionis, & venditionis cernuntur ſubſtantialia, ibi veram emptionem, & venditionem eſſe, eſt neceſſe: Atqui
139 cùm pecunia cenſus pecuniarius conſtituitur, tria † emptionis ſubſtantialia, primum merx, ſeu res vendibilis, deindè precium, ceu materia emptionis, deniquè partium conſenſus tanquàm forma concurrunt, *toto tit. Inſtitut. de emptione & vendit. l. 1. ff. de contrah. empt. l.*
140 *1. ff. de rerum permut.* Nam cenſus † ipſe: id eſt, ius percipiendi annuum reditum eſt merx: Quemadmodum enim reliqua iura precio æſtimari, vendi, emique poſſunt: Ita ius cenſus, potiſſimum cùm ius annui reditus inter immobilia numeretur, realemque creditori vtilitatem adferat, adeoque res ſit vendibilis, ſicuti alia immobilia, *clement. ex iui. §. cumq; annui reditus. de verborum ſignificationibus. & in authentic. de non alienand. aut permutand. rebus Eccleſiaſtic. &c. l. iubemus nulli, C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. ſi quis inquilinos ff. de*

ff. de legatis 2. De iuſti precii & conſenſus partium in-terueentu res eſt clara: Fingimus enim emptorem qui iuſtum precium dare ſit paratus, & venditorem, qui cum emptore in contractum conſentiat: Ita argumentantur Conradus Summerhardt *de contracti-bis. quaſtion.* 72 *&* 73. Iohann. à Medina *Codice de rebus per vſur. acquiſit. quaſtione* 12. *Dominicus de Soto,* Caroli Quinti Confeſſarius, *de iuſtitia & iure lib.* 6. *quaſtione quinta. articulo primo.* Couarruuias *lib.* 3. *reſolut. capite ſeptimo. numero ſecundo, verſicul. Secundò hos.*

Deniq. donationis titulo † ſuper ſua domo decem aureos in perpetuum, aut temporalem cenſum alteri conſtituere, eundemq; reditum ſic donatum, donatarium alteri vendere poſſe, omnium calculo eſt receptum: Igitur nihil vetat, eundem reditum emptionis titulo alteri conſtituere: nam ſicut donatarius cenſum ſibi donatum alteri vendere poteſt, ita donans eundem emptionis titulo in alterum transferre potuit. Declaratur hic modus, quòd non † ſolùm fructuarius, ſed etiam pecuniarius cenſus emi poſſit. Medina *Codice de rebus reſtituend. quaſtion.* 12. Couarruuias *dicto capit.* 7. *num.* 2. *verſic. Contrariam ſanè opinionem, per textum dictarum duarum extrauag. conſtitutionum.* Ex quibus manifeſtum euadit annuum cenſum, etiam in pecunia ſoluendum emptionis titulo iuſtè & rectè comparari poſſe. 141 142

Nec † obſtant, quæ in initio huius tractatus 143
adducta fuerunt argumenta, quibus hoc loco commodè reſpondetur. Nam in † primo & ſecun- 144
do argumento, admittitur, quod pecunia pecuniam

non pariat: conceditur quoque quòd ex mtuo ſupra capitale abſque vſuræ labe aliquid accipi poſſit: At negatur, quòd in caſu, quo titulo emptionis annua penſio ſoluitur, pecunia pecuniam pariat, aut ex mutuo ſupra capitale aliquid accipiatur: nam in emptionis cenſus contractu capitale, ſeu principale eſt annuus cenſus, ſeu reditus, qui ceu merx empta ſingulis annis nu-
145 meratur: quo fit, quòd † in huiuſmodi cenſus emptione principalis obligatio non ad precium, ſed ad annuam penſionem præſtandam tendat, in quo à mutuo ſub vſura emptio cenſus longè differt. Nam in emptione cenſus emitur ius, quod eſt ius fructiferum tri-
146 buens mihi annuam penſionem. In mutuo † autem ſub vſuris præter ius ad capitale repetendum, nullum comparatur ius ad vſuras. Etenim in mutuo principalis obligatio naſcitur ad ipſam ſortem, & acceſſoriè ad vſuras: Verùm in emptione cenſus principalis obligatio non eſt ad ſortem, repetendam, ſed ad annuam penſionem præſtandam: Itaque in hac ſpecie ſupra ſortem nihil accipitur, ſed loco ſortis, id eſt, precii perpetuò alienati, redditur annuus reditus ceu merx: *Carolus Molinæus. de commerc. dicto loco. num. 22. & quæſt. 70. num. 19.* Couar. *lib. 3. reſolution. cap. 7. num. 2. verſic. Secunda ratio.* Andreas Gail *lib. 2 obſeruat. 7. num. 6.* Guilhelm. Bont. *tractatu de vſuris, n. 58.*

147 Quòd ſi opponas, † ac dicas, hanc doctrinam, & diſtinctionem procedere, quandò annui reditus abſq; redimendi pacto perpetuò conſtituuntur: verùm ſi cum pacto redimendi cenſum, atque repetendi capipitale comparati ſint, nullum inter mutuum ſub vſura, & emptionem cenſus pecuniarii cum pacto redimendi

mendi diſcrimen poſſe conſiderari, vt arguit Couarr. *lib.3.reſol.c.9.nu.4.*

Reſpondeo hoc etiam caſu inter vtrumque contractum magnam, notabilem, eamque realem eſſe, & cerni differentiam: Nam in mutuo naſcitur obligatio ad reddendum capitale, ex vi, & natura mutui, hoc eſt, ratione ſortis prius datæ, & redditio fit in compenſationem capitalis prius receptæ, ita quidem, quòd mutuatarius abſque nouo contractu, id quod antea recepit, præciſè reddere teneatur. Eſt enim mutuum contractus, qui re perficitur, & mutuatarius ex re accepta obligatur ad reddendum mutuum, vt conſtat ex *princip.inſtit. quib. mod.re contrah. obligatio.* Verùm in emptione cenſus pecuniarii cum pacto redimendi obligatio ad reſtituendum precium non naſcitur præciſè ex eo, quod ſortem antea acceperat cenſus venditor, aut ex vi prioris emptionis cenſus, ſed ex poſteriori, & nouo reuenditionis contractu, atque in compenſationem cenſus iterum diuenditi. Ex quo & altera non minus notabilis inter vtrumque contractum deprehenditur differentia: etenim ſi res cui cenſus eſt impoſitus interim periret, emptor cenſus ex vi pacti de retrouendendo, precium quod dedit, repetere non poſſet: diuerſum eſt in † mutuo, vbi capitale ſemper poteſt reuocari, etſi 148
res pro mutuo obligata, aut pignoris loco data, aut etiam ipſa pecunia mutuo accepta perdita fuerit. *l.incendium, C.de rebus credit. §. item is cui, inſtitut.quibus mod. re contrah. obligatio.* Carolus Molinæus *tractat.de commerc.num.21.*

Ad tertium † triplex adcommodatur ſolutio. 149
Prima eſt, quòd naturæ † pecuniæ non repugnet, vt ſit 150
ſui ipſius menſura, & æſtimatio, etſi proprius, † isq; po- 151

 tiſſi-

tiſſimus pecuniæ vſus ſit, vt per eam reliquæ res æſtimentur, non vt ea ſui ipſius ſit menſura. *l. ſi ita, ff. de fideiuſſoribus. l. 1. ff. de contrahenda emptione, l. 1. ff. de rerum permutat.* Attamen nihil impedit, quin ex ſecundario, & improprio vſu ſui ipſius ſit menſura, & regula: etſi enim proprius calcei vſus ſit, vt pedem tegat, defendatque: tamen improprius, & ſecundarius poteſt eſſe eius cum alia re permutatio, aut venditio. Itaq; ſicuti non eſt illicitum calceum cum calceo permutare, ita nec eſt iniquum pecuniam cum pecunia variare. Quare etſi in his reditibus pecuniariis emendis ex pecunia emeretur; (quod tamen non accidit, non enim pecunia, ſed ius cenſus emitur) Attamen indè efficax probatio ad damnandas has cenſuum emptiones ſumi non poſſe, aliâs damnanda eſſent omnia Cambia, quæ tamen hactenus damnauit
152 nullus, † *Medina Cod. de rebus per vſur. adquiſit. quæſt. 7. & 8.* Couarruuias *lib. 3. reſolut. cap. 7. num. 2. verſic. Non oberunt.* Negatur itaque quòd pecunia pecuniam menſurare nequeat. Nec obſtat, quòd nihil ſui ipſius ſit menſura: id enim in indiuiduo, & eodem genere menſuræ accipiendum eſt. Altera eſt,
153 quòd pecunia aurea † cum argentea, maior cum minori æſtimari, & menſurari poſſit, quòd campſores quotidiè facere conſpiciuntur: Vndè fit, quòd pecunia certæ quantitatis vnica ſolutione data æſtimari, & menſurari poſſit, cum pecunia, quæ minori ſumma pluribus minoribus ſolutionibus reddenda ſit: Bartolus *l. nummis, num. 2. ff. de in litem iurando.* Couarruuias *dicto loco*, Arius Pinellus *l. 2, Codice de reſcindend. vendition. prima parte rub. capit. 3. num. 15.*
154 Vltima eſt, † in annuis reditibus emptionis titulo com-

comparatis, pecuniam non eſſe mercem, nec ſui ipſi-
us æſtimationem: non enim † annua penſio in pe- 156
cunia ſoluenda, ſed ius percipiendi annuam pecuniariam penſionem æſtimatur, & emitur, quod quia realem adfert vtilitatem, ceu merx precio emi poteſt, ſicut ius venandi, ius ſeruitutis, ius iurisdictionis, ius percipiendi tributum, & ſimilia iura realem vtilitatem adferentia, precio rectè æſtimantur, & comparantur: Carolus Molinæus *tractatu de commercis. num.* 20. Couarruuias *citato loco*. Andreas Gail *lib.* 2. *obſeuat.* 7. *num.* 6. Iohann. à Medina *de reſtitut. quæſt.* 12. Dominicus de Soto *lib.* 6. *de iuſtit. & iure, quæſtio.* 5 *articulo.* 1.

Ex quo ad quartum † argumentum reſpon- 157
ſio habetur: nam in hoc emptionis cenſus contractu penſio, quæ ſingulis annis in pecunia ſoluitur, merx non eſt, ſed ius percipiendi huiusmodi annuam pecuniariam penſionem: quod ius etſi ſit ens rationis, quia tamen præbet realem vtilitatem, ceu merx, precio eſt æſtimabile, ſicuti & alia iura commoditatem adferentia.

Ad quintum † dicitur, nullam in emptione 158
cenſus pecuniarii eſſe inæqualitatem præcii, & mer-
cis: nam † centum, verbi gratia, coronati ſimul, & 159
vnica ſolutione dati tantùm valent, quantùm quinque ſingulis annis perpetuò dinumerandi: Etenim
† particularis ſolutio ſeu præſtatio multa habet in- 160
commoda. Hinc † creditor partem crediti acci- 161
pere non cogitur. *l. obſignatione. Codice de ſolutionibus. l. tutor.* §. *Lucius. ff. de vſuris.* Couarruuias *dicto num.* 4. Iohann. à Medina *dicta quæſtione duodecima.* Vbi in reſponſione ad ſecundum argumentum aſ-

ſerit, iuſtum annui reditus precium non eſſe æſtimandum ex particularibus præſtationibus ſimul iunctis, ſed ex iuris cenſus valore, quem ex communi hominum æſtimatione, non ex euentuali vtilitate habet. Poteſt enim emi domus, ex qua copioſius lucrum percipiatur, quàm ſit pretium, quo emitur. Poteſt quoque comparari iumentum, ex cuius locatione maior percipiatur vtilitas, quàm ſit pecunia, qua emitur, neque tamen ob maximum emolumentum domus, aut iumenti emptio dicenda eſt iniqua.

162 Eadem ratione ſoluitur † ſextum argumentum: nam emptor cenſus percipiens ſingulis annis penſionem, non ſortem ipſam particulatim, ſed fructum iuris empti capit, qui etſi temporis progreſſu precium datum ſuperet, non tamen contractum arguit illicitum.

163 Nam & in aliarum † rerum emptionibus euenire ſolet, quòd lucrum, & vtilitas rei emptæ precium datum excedant, nemo tamen ob id huiuſmodi emtiones iniquitatis damnauit vnquàm. Quòd ſi ſciens emptor ſupra penſiones, quæ ſortem æquent, aut ſuperent, ſortem quoque ſeu precium, quo cenſum emit, denuò recipiat, id accidit propter nouum contractum, quo venditor ex pacto, & conuentione venditum cenſum reemere, primoque emptori precium reſtituere poteſt, *Conradus Summerhardt de contractibus. quæſt.* 80. *conclusione* 4.

164 Ad ſeptimum † reſponſio eſt, quòd non idem ſit precium cenſus temporalis, & perpetui, vti ſequenti capite oſtendetur.

165 Ad octauum † dicitur, non eſſe iniquum lucrum, quod ex aliorum labore quæritur, modo labori merces reſpondeat, aliâs alterius opera in negotiando, ædi-

do, ædificando, colendo agro, vinea, ſcribendo libro, nullus vti poteſt. *Iohannes à Medina dicta quaſt.* 12. *in reſponſione ad quintum argumentum.*

Nonum † argumentum emptionem cenſus illicitam non reddit, nec arguit, ſed tantùm probat, quòd 166
prædictus † contractus non ſit omnibus promiſcuè 167
permittendus, id quod verum eſt. Nam iis ſolùm perſonis, quæ honeſtè negotiari nequeunt, vt ſunt rebus ſpiritualibus, literis, ſtudiis, gubernationi Reipublicę conſecratæ, & debitæ perſonæ: his inquam, non aliis, quæ mercaturam honeſtè facere poſſunt, concedenda, & permittenda eſt cenſus emptio. Et licet hac in re peccetur: Attamen perſonæ † vitium id eſt, nec rei ipſius 168
iniquitas indè naſcitur: *Conradus Summerhardt dicta quaſtione* 73. *Medina citata quaſt.* 12. *in reſponſione ad vltimum argumentum.*

Decimo † argumento ſatisfiet cap. quinto, quo de 169
iuſto annui reditus precio agetur.

Ex his facilè eſt Franciſci Hottomanni argumenta, quæ homo hæreticus *lib.* 2. *obſeruation cap.* 15. aduerſus has Pontificum conſtitutiones, odio erga Pontifices potius, quàm vt rem ipſam, adeoque totius mundi praxin & conſuetudinem damnaret, euomit, refellere, & confutare. Nam † quòd aſſerit conuentionem, qua 170
cenſus precio comparantur re contrahi, & antequam renumerata ſit pecunia, nullam obligationem concipi, id falſum eſt: eſt enim vera † emptio, ideoque ſolo 171
conſenſu perficitur.

Falſum quoque eſt, quod ſecundo † argumento 172
nugatur, in contractu emptionis cenſus, vltrò, citroq;

 obli-

173 obligationem non naſci; nam ſicut † cenſitus ad annuam penſionem: ita cenſitor ad precii ſolutionem obligatur.

174 Falſum præterea eſt, quod tertio † argumento calumniatur, vel potius mendacium eſt, vt appellat Andreas Fachineus *controuerſiarum iuris lib. 8. cap. 1.* quod in emptione cenſus fundus, ſuper quo cenſus emitur, gratis, & ſine vllo precio callidè, & ſubdolè venditori cenſus auferatur: etenim fundus † in do-
175 mini cenſum vendentis dominio & poſſeſſione remanet, venditurque ſolùm ius ad annuum reditum ex ipſo fundo.

Mendacium quoque, vt loquitur Fachineus dicto loco, & falſum eſt, quòd fundi prouentus cum decima, aut duodecima ſortis parte comparentur, adeo-
176 que vſura palliata exerceatur: non enim † prouentus cum ſorte, ſed precium quod datur, cum iure cenſus, quod emitur, comparatur, adeoque iuxta communem hominum æſtimationem, precium, & ius, ceu merx, ad æqualitatem redigitur.

Falſum denique eſt, quod in emptione cenſus nullum certum & definitum ſit precium, quod ab emp-
177 tore abeat, & in venditorem transferatur: nam † pecunia quæ venditori cenſus numeratur, eſt precium definitum certum, quod in venditoris dominium tranſit, idque
188 apud eum remanet, donec † ex vi pacti, de retrouendendo nouus emptionis, & venditionis contractus celebretur, atque pecunia reſtituta redimatur cenſus: ſicut & is, qui domum, agrum, vineam, pratum, vel hortum cum pacto redimendi vendit, pecuniæ,

quam

quam accipit, fit dominus, emptorque ſructus prædii percipit, donec redimatur, *l. 2. C. de pact. inter emptorem & venditorem.* Sed cum hæc Hottomanni calumnia ſit notoria, & res per ſe clara, piget, pudetque diutius immorari.

CAPVT QVARTVM, DE REBVS IN, ET SVPER QVIBVS CONSTITVI POSSIT CENSVS.

SVMMARIA.

1 *Cenſus in ea tantùm re, quæ vtilitatem adfert, inſtitui poteſt.*

2 *Ius quod in emptione comparatur, non eſt metaphyſicum, & inane, ſed morale, vtilitatem adferens.*

3 *Vt accidens ſine ſubiecto, ſic cenſus ſine re, aut fundo conſiſtere nequit.*

4 *Qui ius cenſus ſine re, aut fundo comparat, non emptionis cenſus, ſed mutui contractum ſub vſuris celebrat.*

5 *In rebus vſu conſumptibilibus, quæ non ſunt in ſtatu fructificandi, non poteſt conſtitui cenſus.*

6 *Super nuda proprietate non poteſt conſtitui cenſus.*

7 *Super re, quæ deductis laborum expenſis, tantùm fructum præſtare non poteſt, quanta penſio eſt ſoluenda à cenſitore, non poteſt inſtitui cenſus.*

8 *Nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipſe habeat.*

9 *Contractus præſumitur vſurarius, ſi res, ex qua emitur cenſus, ad annuam penſionem ferendam non ſit ſufficiens*

10 *Valet contractus ſi cenſus ſuper omnibus venditoris bonis, vel ſuper incertis rebus conſtituatur.*

11 *Hæreditas eſt nomen iuris.*

12 *Non tantùm ſuper immobilibus, ſed etiam ſuper mobilibus, fructiferis tamen rebus, puta, animalibus, conſtitui poteſt.*

13 Super

13 *Super rebus mobilibus non poteſt conſtitui cenſus perpetuus.*
14 *Super grege, vel armento poteſt conſtitui cenſus perpetuus.*
15 *Sunt, qui opinantur cenſum non tantùm ſuper ſterili re aut fundo, ſed etiam ſuper ſola perſona conſtitui poſſe.*
16 *Præcipua obligatio ad ſolutionem annui cenſus eſt perſonalis.*
17 *Emptio cenſus abſq; pignore conſiſtere poteſt.*
18 *Emptio cenſus, quò oneroſior emptori, eò remotior à ſuſpicione vſuræ.*
19 *Martinus Nauarra opinatur cenſum non poſſe niſi ſuper re nominata, & limitata conſtitui.*
20 *An ſuper ſola perſona cenſus emptionis titulo conſtitui poßit?*
21 *Opinio prima negans.*
22 *Perſona libera non poteſt pignori obligari.*
23 *Videtur eſſe contra ius naturale in perſona ſua alteri ius vendere.*
24 *Nemo eſt membrorum ſuorum dominus.*
25 *Liber homo eſt extra commercium.*
26 *Liber homo ob debitum in ſeruitutem trahi non poteſt.*
27 *Opinio noſtra bimembris: In perſona laborioſa, induſtria, & frugi rectè conſtituitur cenſus. & num. 41.*
28 *Liber homo poteſt operas ſuas alteri locare.*
29 *An liber homo ſe ad obſtagia obligare poßit?*
30 *Obſtagia, Germanis* Laystungen / *hodiè in Imperio* / *ſunt prohibita.*
31 *Apud Romanos, & Hebræos olim potuit creditor debitorem in ſeruitutem addicere.*
32 *Pater inopia preſſus liberos ſuos diſſendere poteſt.*
33 *Debitor poteſt ſe, caſu quo debitum non ſoluat, ad arreſtum, & carcerem obligare.*
34 *Reſponſio ad primæ opinionis argumenta.*
35 *An debitor ſe obligare poßit, vt pro debito pignoris, aut alio quouis iure detineatur.*
36 *Debitor etſi ſe ad carceres obligauerit, id quod poteſt, ad eos tamen ſi ſit moroſus, non propria authoritate, ſed officio iudicis implorato, rapi poteſt.*

37 *Alia & clarior ad primæ opinionis argumenta ſolutio & reſpōſio.*
38 *Indignum eſt, vt libera debitoris perſona, ob debitum pecuniarium, rapiatur in ſeruitutem, aut in pignus detur.*
39 *Liber homo poteſt titulo venditionis cenſus, operas ſuas diuēdere.*
40 *Liber homo ex cauſa legitima vendi poteſt.*
41 *Super perſona nauci, & minimè induſtria, non poteſt conſtitui cenſus.*
42 *Vtrùm re, ſuper qua cenſus eſt inſtitutus, perempta, ſaluum maneat ius cenſus?*
43 *Opinio prima affirmans.*
44 *Opinio ſecunda negans.*
45 *Opinio tertia Binsfeldii diſtinguens inter cenſus noſtri temporis, & olim celebratos.*
46 *Reprobatur opinio Binsfeldii.*
47 *Opinio noſtra.*
48 *Peremptis omnibus bonis, ſuper quibus cenſus eſt conſtitutus, ſaluum manet ius cenſus.*
49 *Nomine bonorum veniunt etiam iura, labores, & fructus induſtriæ.*
50 *Si ſuper bonis indefinitè conſtitutus ſit cenſus, iis peremptis, ſaluum manet ius cenſus.*
51 *In materia neceſſaria, enunciatio indefinita æquipollet vniuerſali.*
52 *Si cenſus ſuper perſona, ſiuè cum, ſiuè ſine hypotheca conſtituatur, ſublatis rebus vēditoris, aut hypotheca, ſaluū manet ius cēſus.*
53 *Cenſus perſonalis, vel eſt merè, vel non merè perſonalis.*
54 *Cenſus mixtus quid: & rebus in illo peremptis, non perit ius cēſus.*
55 *In cenſu merè reali, & conſtituto ſuper re, fundouè certo, atq; indiuiduo, re perempta, perit & ius cenſus.*
56 *Periculum rei venditæ ad emptorem ſpectat.*
57 *Reſponſio ad argumenta opinionis primæ.*
58 *Refutatur argumentum Couarruuiæ.*
59 *Ad quid in contractu emptionis venditionis ſibi mutuò obligentur emptor venditor, ſiuè antè, ſiuè poſt rei traditionem, & precii numerationem?*
60 *Reſpondetur obiectioni Andreæ Gaill.*

61 *Venditor cenſus non eſt emptori poſt contractum conſummatum perſonaliter obligatus ratione mercis, ſeu iuris cenſus.*

62 *Venditor cenſus eſt emptori perſonaliter obligatus ratione annuarum penſionum, ſub conditione tamen, ſi ius cenſus, & prædium, ſuper quo cenſus eſt conſtitutus, maneat integrum, & fructiferum.*

63 Interpretatio §. fi. l. fi. ff. de contrah. empt.

64 Promiſſio aliquid ſoluendi ex certo fundo, *fundum in dubio non afficit, ſed promittentis perſonam.*

65 *Si pia cauſa ex certo fundo annua penſio adſignetur, eo caſu, fauore piæ cauſæ fundus hypothecatus cenſetur.*

66 *Vtrùm conſtitutio Pii V. Summi Pontificis de emptione cenſus Romæ ſolemniter ſit promulgata? item quos & quatenus obliget?*

97 *Vtrùm extrauagantes habeant vim Canonis?*

68 *Vtrùm extrauagantes in corpus iuris relatæ, habeãt vim Canonis?*

69 *Lex non præſumitur à ſubditis recepta, remiſſiuè.*

70 *Leges Eccleſiaſticæ, quæ circa ſalutem animæ verſantur, in vtroque foro obligant.*

71 *Emptio cenſus non eſt res ſpiritualis.*

72 *Conſtitutio Pii V. continet non tantùm humana, ſed etiam naturalia, & diuina præcepta.*

73 *Conſtitutio* Pii *V. quoad ea, quæ ſunt iuris humani poſitiui, non obligat eos, qui Pontifici in tẽporalib. non ſunt ſubiecti.*

74 *An, vt Summi* Principis, *ita etiam Summi Pontificis conſtitutiones in ſingulis prouinciis, & diœceſibus ſint promulgandæ?*

75 *Lex à ſubditis non recepta, non obligat.*

76 *Poſſũt ſubditi ob iuſtas cauſas legẽ promulgatã non recipere, remiſſiuè.*

77 *Legem receptam eſſe non præſumitur, ſed probandum eſt.*

78 *Cuius rei fructiferæ cenſus imponi poteſt.*

79 *Etiam cenſus ſuper cenſu conſtitui poteſt.*

80 *Poteſt quis ius cenſus ſibi competens in alium venditionis, aut quouis alio titulo transferre.*

81 Poteſt quis ſuper re ſua, iam antè cenſu conſignatiuo grauata, ſibi cenſum reſeruatiuum conſtituere

82 *Poteſt quis vno eodemq́; , aut etiam diuerſo tempore rebus ſuis duos pluresuè cenſus imponere.*

83 *Ex cenſu maiore mihi competente, poſſum alteri cenſum minorem vendere.*

84 *Res alienari prohibitæ, aut reſtitutioni obnoxia, non poſunt perpetuo cenſu grauari.*

85 *Emphyteuta poteſt prædio emphyteutico in ſui præiudicium, & domino inſcio, cenſum imponere, id quod non poteſt in præiudicium domini.*

86 *Emphyteuta non debet emphyteuſin reddere deteriorem.*

87 *Emphyteuta non poteſt prædio emphyteutico ſeruitutem imponere domino inſcio.*

88 *Cenſus eſt ſpecies ſeruitutis.*

89 *Quæ de emphyteuta, eadem & de vaſallo hoc loco ſunt conſtituenda.*

90 *Feudo, & emphyteuſi ad dominum reuerſis perit ius cenſus à vaſallis, & emphyteuſis impoſitum.*

91 *Roſoluto iure datoru, reſoluitur ius acceptoris.*

92 *Res reſtitutioni obnoxiæ, in præiudicium hæredis, non autem in præiudicium fideicommiſſarii cenſu grauari poſſunt.*

93 *Caſus nonnulli, quibus feudum, emphyteuſis, fideicommiſſum, & ſimiles res alioquin inalienabiles, rectè alienantur, & cenſu etiam perpetuo atq́; in dominorum præiudicium grauantur.*

94 *Primus caſus, in cauſa dotis, & donationis propter nuptias.*

95 *Secundus caſus in neceßitate fatali, & naturali, non item culpoſa.*

96 *Neceßitas triplex, & quid fatalis?*

97 *Neceßitas naturalis quid?*

98 *Neceßitas culpoſa quid?*

99 *Socer promittens genero dotem, quam ſcit ſe præſtare non poſſe, non habet priuilugium competentiæ.*

100 *Gener, qui culpa ſua prodegit ſubſtantiam ſuam, non gaudet priuilegio competentiæ in dote reddenda.*

101 Per

101 *Per modum eleemoſinæ poteſt ex bonis alienari prohibitis ſubueniri his, qui propria culpa in neceſſitatem inciderunt.*

102 *Valet alienatio rerum alienari prohibitarum ad vitam poſſeſſoris, qui in neceſſitatem culpoſam incidit.*

103 *In alienatione feudi, & emphyteuſeos ob neceſſitatem fatalem, vel naturalem, requirendus eſt domini conſenſus.*

104 *Quid ſi dominus conſenſum præſtare nolit?*

105 *Cenſus tàm pecuniarius, quàm fructuarius eſt licitus.*

106 *Cenſus fructuarius minus laborat ſuſpicione vſuræ, quàm pecuniarius.*

107 *Lege regni, & prouinciæ poteſt fructuarius cenſus ob frequentem valoris fructuum mutationem prohiberi.*

108 *Cenſus fructuarii in prouinciis anterioris Auſtriæ, item in Hiſpania, Gallia, & toto Imperio Romano prohibitæ ſunt.*

109 *Cenſus fructuarii hodiè in Imperio ad pecuniarios reducendi, ita, vt non plus in frumento, & vino, &c. accipiatur, quam quod reſolutum in pecunia facit valorem vnius pro viginti*

110 *Vtrum conſtitutio Imperii cenſus fructuarios prohibens, extendatur etiam ad cenſus bona fide ante conſtitutionem illam emptos?*

111 *Leges futuris, non præteritis dant normam negotiis.*

112 *Conſtitutio imperii, emptionem cenſus ad rationem viginti pro vno reducens, ſuperfluum reiiciens, non extenditur ad emptiones eam conſtitutionem præcedentes.*

113 *Ad cognoſcendam læſionem vltra dimidium iuſti precii, inſpicitur tempus contractus.*

CENSVM eſſe ius percipiendi penſionem de re alterius, ex illius definitione ſupra explicata conſtat. Itaq; quibus in rebus inſtitui poſſit, videndum. Etſi autem cenſus conſignatiuus pluribus modis adquiratur, vt precedenti capite eſt expoſitum: attamen, quibus ex rebus cenſus vendi emiq; poſſit, potiſſimùm eſt agendum, non ſolùm quòd is titulus ſit frequentior, & magis còntrouerſus, ſed etiam quòd cognitio, quibus ex rebus emptinis titulo cenſus comparari poſſit, facilè intelligatur, quid de aliis modis ſit iuducandum, vt rectè aſſerit Lud. Molin. *de contract. lib. diſp.* 383.

Vt autem methodicè procedamus, ſit hac in quæ-
1 ſtione. *Prima concluſio.* In ea † ſolùm re, quæ vtilitatem, commoditatem, ſeu fructum aliquem adfert, præbetq;, cenſus inſtitui poteſt. Probatur concluſio. Primò *per cap. 1. & 2. hoc noſtrum. de empt. & vend. in extrauag. communib.* in quorum vtroq; nominantur res fructiferæ, in quibus cenſus conſtituitur, puta ciuitas, villa, domus, terra, prædium ager &c. Secundò probatur ex cenſus definitione, qua definitur, ius percipiendi penſionem ex re aliena fructifera. Tertiò ſi nulla ſit res aut ſterilis, in qua cenſus inſtituitur, vanum ac inane eſt ius cenſus. Quartò in ſpecie, quòd ex re ſolùm fructifera emptionis titulo cenſus comparari poſſit, probatur: nam ſi venditor cenſus res fructiferas, ex quibus cenſum præſtet, non habeat, non emptionis cenſus, ſed mutui contractus ſub vſura inter partes celebratur: ratio eſt, quia merx, hoc eſt, ius cenſus percipiendi ex rebus ven-
2 ditis, deeſt. Etenim † ius, quod in huiuſmodi emptionis contractu comparatur, non eſt metaphyſicum, logicum,

gicum, & inane, ſed morale, ethicum, formatum, vtilitatemque realem, cuiuſmodi ius vendere nequit is, qui res fructiferas non habet. Denique probatur concluſio auctoritate *Conradi de contractibus. tract. 4. quaſt. 72. concl. 2. verſic. Tertiò quia poteſt.* Martinus Nauarra *c. ſi feneraueris. 14. quaſt. 3. vbi num. 72 &* 75. id probat ea ratione: quia † cenſus ſe habet ad fundum ſeu rem ſicut accidens ad ſubiectum, ſine quo accidens conſiſtere nequit: & *num. 79.* alia vtitur ratione, dicens, quemadmodùm is, qui emit prædia, aut pecora ab eo, qui nulla habet, aut plura, quàm habet, eaque venditoribus rurſum locat, mutui contractum celebrat, vſuramque exercet: ita & is qui ex † nullo prædio, aut ſterili ius cenſus comparat, non emptionis cenſus, ſed mutui contractum ſub uſuris exercet: ſequitur *Sylueſt. verbo vſura, 2. quaſt. 6.* 3 4

Ex hac concluſione infertur primò, quòd in rebus ſterilibus, vt eſt domus ruinoſa quam nemo inhabitare poteſt, ager incultus, cenſus inſtitui nequeat. 5

Secundò infertur, quòd in † rebus quæ vſu conſumuntur, vt ſunt pecunia, frumentum, vinum, oleum &c. cenſus conſtitui nequeat, niſi fuerint in ſtatu fructificandi, puta, ſi pecunia, vinum, frumentum, oleum expoſitum ſit negotiationi, quo caſu ſuper prædictis rebus cenſus rectè conſtituitur: *Dominicus de Soto de iuſtit, & iure lib. 6. quaſt 5. art. 1.* Ratio illationis eſt, quia in huiuſmodi rebus, quæ vſu conſumuntur, ius vtile quod ematur, nullum poteſt conſiderari. Medina *de reb per vſur. adquiſit. quaſt. 11. corol. 3.*

Tertiò infertur, ea † in re, cuius nudam proprietatem obſq; vllo commodo quis habet, cenſum emi non poſſe: Petrus Follerius *tract. de contractibus cenſuariis,* 6

§.*cenſus. num*. 45. Laurent. de Rodolphis *cap. conſuluit. num*. 46. *de vſuris*. Ratio eſt, quia ius vtile, quod penſionem tribuat in nuda proprietate datur nullum.

7 *Secunda concluſio*: titulo † emptionis, cenſus inſtitui nequit etiam in re fructifera, quæ tantum fructum, deductis expenſis pro laboribus, præſtare non valet, quanta eſt penſio à cenſitore perſoluenda: Hanc concluſionem *tradit Summerhardt de contract. quæſt*. 72. *concluſ*. 2. Follerius *dicto verbo, cenſus, num*. 45. Nauar.
8 *c. ſi fœneraueris*. 14. *quæſt*. 3. *nu*. 79. Ratio eſt quia † nemo plus iuris, quàm ipſe habet, in alterum transferre poteſt. *ca. nemo. de reg. iur. in* 6. atqui caſu quo prædii fructus annuas penſiones non æquant, aut ſuperant, venditor plus iuris vendit, quàm ipſe habet, hoc eſt, vendit ius cenſus, adeoque annuam penſionem, quam prædium præſtare non poteſt: Itaque huiuſmodi venditio eſt imaginaria, & ſimulata. *l. nuda. ff. de contr. emp*. nam iuſta merx deeſt, hoc eſt, ius annuæ præſtationis tantæ ex prædio comparari nequit: cùm huiuſmodi ius, quod tali caſu venditur, ſit imaginarium, fictum: ſimulatum, in re fundamentum non habens. Hinc
9 eſt, quandò † res, ex qua emitur cenſus, ad annuam penſionem ferendam non ſit ſufficiens, quòd contractus præſumatur vſurarius, hoc eſt, quod contractus non ſit emptio cenſus, ſed mutuum ſub vſuris: Bartholom. Cæpolla, *tractatu de ſimulatione contractuum. num*. 40. *verſic. Quinta præſumptio*. Menochius *de præſumpt. lib*. 1. *præſ*. 122. *num*. 55. Ioſeph. Maſchard. *de probat. vol* 1. *concluſ*. 443. *n*. 24.

10 *Tertia concluſio*: ad † iuſtitiam emptionis cenſus certarum & determinatarum rerum nominatio non eſt neceſſaria, ſed ſatis eſt, quod reditus ſuper omnibus bonis,

bonis, vel ſuper rebus incertis conſtituatur. Probatur concluſio *per dictas duas extrauagantes*. vbi emptio cenſûs ſuper hæreditate conſtituta, licita dicitur: conſtat autem, quòd † hæreditas nomen ſit iuris, ſuo ambitu plura diuerſa corpora, eaque incerta comprehendat. Sequitur Conrad. Summerhardt *quæſt*. 83. *concluſ*. 13. Laurent. de Rodolph. *dicto c. conſuluit*. 2. *parte*. *quæſt*. 13. *de vſuris*. Carol. Molin. *tract. de commerc. in princip. num*. 22. Ratio concluſionis eſt, quia in caſu concluſionis (ſupponitur enim, quòd vendens poſſideat bona, quorum fructus ad reditum annuum ſufficiant) datur precium, merx, & conſenſus partium: igitur vera eſt emptio. 11

Ex his tribus concluſionibus infertur non † ſolùm ſuper rebus immobilibus, ſed etiam mobilibus, puta animalibus fructiferis cenſum conſtitui poſſe: Summerhardt *quæſt*. 72. *ſuppoſit*. 5. Medina *de vſuris, quæſt*. 11. *corollar*. 5. Ratio eſt, quia etiam nonnullæ res mobiles, vaccæ, boues, capræ, apes fructificant: differentia tamen eſt, quo ad tempus, nam † in rebus ſe mouentibus cenſus perpetuus inſtitui non poteſt, vt in rebus immobilibus, ſed ſolùm temporalis: ratio eſt, quia huiuſmodi res mobiles intereunt, & corrumpuntur, *ita Summerhardt, & Medina dictis locis*. Niſi ſuper grege † vel armento cenſus conſtituatur, quo caſu, cum grex & armentum nunquàm pereat, licet particularia animalia intereant, ſuper grege vel armento cenſus conſtitui poteſt, *argumento l proponebatur. C. de iudiciis*. 12 13 14

Verùm non deſunt, qui in tribus poſitis concluſionibus contrarium propugnent: exiſtunt † enim, qui cenſum etiam in re ſterili & ad penſionem ferendam. 15

dam non ſufficiente, emi poſſe, contra primam, & ſecundam concluſionem defendunt, in quorum numero eſt Dominicus de Soto, *de iuſtit. & iure. lib. 6. quæſt. 5. art. 1. in fine corporis.* Carol. Molin. *de commerc. in principio, n. 22.* Couar. *lib, 3. reſol. c. 7. nu. 5.* Benedict. Bonius, *tract. de cenſib. art. 10. & 12.* hi volunt, quòd cenſus emi poſſit non ſolùm ſuper rebus ſterilibus, & ad penſionem præſtandam non ſufficientibus, ſed etiam quòd abſq; omni re, in ſola venditoris perſona, ius cenſus emi, & comparari poſſit, quodq; emptio cenſus facta ex re non ferente penſionem, reſoluatur in emptionem cenſus, ſuper perſona, adeoq; in obligationem perſonalem adducti: ſequentibus argumentis.

Primò, quia in his reditibus non emitur prædium aut fundus, ſed ius tantùm percipiendi annuam penſionem: Igitur nullæ res, nulla bona, nulla prædia in in hoc emptionis contractu requiruntur, ſed ſufficit, quòd ius percipiendi penſionē conſtituatur. ita *Sot d. loc.*

Secundò, quia, inquit *dicto loco Couarruuias*, ſi contractum iſtum, de quo tractamus diligenter exami-
16 nemus, procul dubio deducemus ab eius radice † obligationem ad ſolutionem annui cenſus, præcipuam eſſe perſonalem, rem autē ipſam, puta, agrum, domum &c. ſuper qua cenſus conſtituitur, acceſſoriè adponi pro certiori, & ſaniori ſolutione, & ideò rem ipſam ſpecialiter nominatam, iure pignoris, & hypothecæ accedere,
17 *argumento l. fundus. ff de annuis legat.* Cum autem † emptio conſiſtere poſſit abſque pignore, efficitur & hanc cenſuum emptionem abſque bonorum expreſſione fieri poſſe.

Tertiò, re perempta, ex qua cenſus emitur, remanet nihilominus obligatus venditor ad penſionis

præ-

præſtationem, Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1, §. 11, num. 15.* Couarr. *dicto loco, num. 5. verſic. Quartò.* igitur in hoc emptionis contractu principalis obligatio eſt perſonalis, aliâs perempta venditor non remaneret obligatus.

Quartò, quidquid † in hoc emptionis cenſuum contractu alleuiat, & minus grauat venditorem, & emptoris conditionem reddit deteriorem, id releuat, & minuit ſuſpicionem vſuræ, iuſtioremque hunc contractum arguit: Atqui cum ex ſola venditoris perſona emitur cenſus, abſq; vlla hypotheca, abſq; bonorum generali vel ſpeciali aſſignatione, venditor minus grauatur, emptor autem maius periculum, & onus ſuſtinet, nam venditore abſque hæredibus, vel bonis moriente, ius cenſus euaneſcit, extinguiturque: Vndè apparet, quòd certa bonorum aſſignatio, & expreſſio, in vtilitatem potius ementis reditum, quàm in commodum vendentis cedat, quòdque tantò iuſtior ſit hic contractus, quantò facilior eſt, & minus grauis ipſi venditori, qui neceſſitate, aut inopia coactus, ita contrahit, ita Couar. & Molin. *dictis locis.* 18

Denique ita arguit Couarruuias, honeſtè & licitè conſtitui poteſt reditus ſuper rebus cum pacto, vt iis peremptis, adhuc ſoluere teneatur annuum reditum venditor: verùm ea obligatio alia non eſt, nec eſſe poteſt, quàm perſonalis: Igitur, inquit Couarruuias, emi poteſt cenſus, abſque generali, indefinita, ſpeciali, aut certa bonorum aſſignatione, & nominatione.

Aduerſus † tertiam concluſionem inſurgit Mart. Nauarra *ca. ſi fœneraueris, 14. quæſt. 3. num. 86.* Virginius de Boccaciis *tractatu de interdictio. vti poßid. cap. 18. rub. quæſt. 10. de cenſib. num. 20.* Chaſſan. *in conſuetud.* 19

*Burg.rub.*21.*de cenſib*.§. 6.*in princip.* adſerens non valere cenſum ſuper bonis generaliter, vel ſuper omnibus bonis vniuerſaliter, nullo certo prædio cum ſuis limitibus deſignato, poſitum, idque probant authoritate *Bullæ Pii Quinti, Ann.* 1568 *editæ*, in qua clarè decernitur cenſum non niſi in re immobili deſignata, & nominata inſtitui poſſe.

Vt veritas noſtrarum concluſionum illuſtretur magis contrariaque opinio cum iis concordetur, de

20 tribus eſt videndum. Primum eſt, vtrum † cenſus in perſona nuda, emptionis titulo conſtitui poſſit? Alterum eſt, vtrùm cenſus emptio ſuper bonis facta, iis peremptis, reſoluatur in perſonalem obligationem? Tertium eſt, vtrùm allegata Pii Quinti Bulla vim legis, ſeu Canonis habeat, adeoque obliget?

21 Ad primum quod attinet, non † deſunt, qui putant ſuper ſola perſona emptionis titulo cenſum inſtitui non poſſe. *Innocent. Hoſtienſ. Iohan. Andreæ, Anchoranas. Anton. de Butrio, Panormit. & alii c. in ciuitate, de vſur.* Nauarr. *dicto cap. ſi fæneraueris, num.* 81 *& ſeq.* moti ſequentibus argumentis.

22 Primò, quia † perſona libera pignori obligari non poteſt. *c. lator, de pignoribus.* vbi Pontifex, lex, inquit, habet, vt liber homo pro debito non teneatur, etſi res defuerint, quæ poſſunt pro debito addici: ſi non poteſt homo liber oppignerari, vel clarius, ſi non poteſt ius pignoris in homine conſtitui: Igitur nec venditio cenſus ſuper homine fieri poteſt: Probatur conſequentia, quia venditio magis afficit hominem, quàm pignus.

23 Secundò, quod † eſt contra ius naturale, nullum eſt, vt autem in perſona ſua alteri ius vendat, eſt contra

traius naturale, quod omnes homines liberos procre-
auit. *l. manumiſſion ff de iuſt. & iur.*

Tertiò adducunt *D. Paulum*, 1. *ad Corinth.* 7.
ſcribentem, precio magno empti eſtis, nolite fieri ſer-
ui hominum.

Quartò, nemo † eſt membrorum ſuorum domi- 24
nus. *l. liber homo. ff. ad l. Aquil.* igitur nec perſonæ ſuæ
quis eſt dominus, vndè in ſua perſona ius alteri conſti-
tuere nequit.

Quintò, liber † homo eſt extra commercium ho- 25
minum: igitur nec in totum, nec in parte emi, vendiq;
poteſt. *l. ſi in emptione. §. liberum. ff. de contrah. empt. l.
poſt certi, vbi gl ff de liberali cauſa.*

Sextò, liber homo † ob debitum in ſeruitutem tra- 26
hi, aut in pignus dari, & accipi à creditoribus non poteſt.
*l. ob aes. & auth. imò. C. de actionib. & obligat. l. 2 C. quae
res pignori oblig. poſſunt.*

In reſolutione huius quæſtionis atq; reconcilian-
dis Doctorum ſententiis diſtinctio perſonarum eſt
facienda. Aut enim perſona eſt frugi, induſtria, labo-
rioſa, quæ ex arte, induſtria, laboribuſque ſuis aliquid
acquirere poteſt. Aut perſona eſt nihili, nauci, inutile
pondus terræ, & fruges conſumere nata, hoc eſt, cui de-
eſt animus, ars, induſtria, laborque ad rem faciendam.
Priori caſu prior procedit opinio. Poſteriori poſterior
locum habet.

Sit itaq; † *concluſio*, quòd in perſona vtili, fructi- 29
feraque emptionis titulo cenſus conſtitui poſſit. Pro-
batur ex pluribus argumentis. Primò, liber homo † ſu-
am operam ob mercedem pecuniæ alteri rectè locare
poteſt. *l qui operas. & l. in operis. ff. locati.* ergò ius ope-
rarum, laborum, & induſtriæ ſuæ pro precio alteri re-

eat Nizolius, *verbo*, *nexus*, Couarruuias *lib. 2 reſolut. cap. 1. num. 1.* Igitur ius operarum, & laborum alii diuendere hodiè nemo prohibetur.

Quartò, in propoſito caſu reperitur merx, hoc eſt ius operarum, deindè precium, deniqùe partium conſenſus, quare quin venditio ſit, nihil impedit.

Amplius, pater † inopia, & neceſsitate preſſus liberos ſuos alii diuendere poteſt, *l. 2. C. de parentibus qui filios diſtraxerunt.* Igitur & ius fructuum, laborum ſuorum ex legitima cauſa vendere iure vetitum non eſt. 32

Deniqùe debitor † caſu quo debitum non ſoluat, ad arreſtum, & carcerem ſe obligare, & obſtringere poteſt, vt tradit Zaſius *ſingular. reſponſio. libr. 2. cap. 8.* Andreas Gaill *lib 2 de pace public. capit. 2. num. 6 7. & 8.* Igitur & penſionem ſuper ſua perſona alii conſtituere valet. 33

Ad contrariæ † opinionis argumenta reſpondere non eſt difficile. Nam ad primum, & vltimum, hoc eſt, *ad cap. 2. de pignorib. & l. ob as. cum authent. ſeq. C. de act. & obligation.* reſpondent *Doctores* communiter, liberum hominem pro debito in pignus, & veluti pignus retineri quidem non poſſe, ita, vt ius pignoris in eo conſtituatur: verùm quin † homo ſe obligare valeat eo pacto, vt retineri poſsit pro debito, & ære alieno, ad effectum ſeruandi conuentionem, inter creditorem, & debitorem initam, nihil prohibere: ſic equidem, vt pignus homo liber minimè detinebitur inuitus, ſed pro conuentione ſeruanda, *gl. d. ca. ex reſcripto. de iureiur.* vbi *Hoſtienſ. Cardin & Felin.* ſequitur *Bald. l. 2. C. de patribus. qui filios diſtr.* Zaſius *ſingular. reſponſ. lib. 2. cap. 8.* Gaill *dicto cap. 2. numero ſeptimo.* 34 35

S 2 Couarr.

Couarr. *lib. 2. reſolut. cap. 1. in fin.* Id verum aſſerens, ſi ad publicam conuentionem, de pace, vel ſimili re facta, ſeruandam obſides in quaſi pignora dentur. Verùm ex priuata conuentione pro ære alieno ſoluendo, liberum hominem in carcere detineri poſſe negat, quod cum moderamine eſt exaudiendum. Primò, vt procedat quo ad ius reale in perſona libera conſtituendum, nam pro ære alieno priuato in liberum hominem ius reale conſtitui ſeruitutis, vel pignoris nequit. Se-
36 cundò, intelligendum eſt, quòd † vi conuentionis priuatæ propria auctoritate ad carceres rapere debitorem non liceat creditori. *l. non ſingulis. ff. de reg. iur.* Matthias Colerus *tract. de proceſſib. execut parte 1. cap. 6. per totum.* verùm iudicis officio implorato, debitor, qui ad carceris pœnam ſe obligauit, ſi ſit moroſus ac tempore deſtinato non ſoluat, incarcerari poteſt, ita Coler. *dicto loco.* Ludouic Molina 2 *parte. de contract. diſputat.* 387. Etenim ſi debitor non habens bona, ex quibus æs alienum ſoluere queat, in carceres publicos coniici poteſt. *l. 1. C. qui bonis cedere poſſunt. l. tutor. §. tutores.* vbi gloſſa *ff. de adminiſt. tutor.* Abb. *c. quo ad conſultationem, num.* 10. *de re iudic.* Molina *dicto loco, diſput.* 571. Couar. *citato cap. 1. num. 2. verſic. Hinc etiam conſtat*: Profectò & ad carcerem obligare ſe poteſt debitor, caſu quo debitum non ſoluat: neque enim eo caſu ius in perſona debitoris reale, puta, ſeruitutis, aut pignoris conſtituitur, ſed cuſtoditur tantùm, & ſeruatur debitor, donec creditori aut ſatisfaciat, aut idoneè caueat, aut bonis cedat. *l. 1. C qui bonis cedere poſſunt. Couarr. dicto loco, nu.* 5. Ideoque in forma ad argumentum reſpondetur, debitores liberos, qui ſoluendo non ſunt, creditoribus in ſeruitutem tradi, aut pignus accipi non poſſe. *§. quia, in auth.*

Digitized by Google

in auth. vt nulli iudicum. &c. verùm quin debitor, caſu quo conuentioni non ſtet, ad publicum carcerem ſe obligare, ad eumque magiſtratus auctoritate rapi poſſit, iure non eſt prohibitum, ſed permiſſum, *c. ex reſcripto. de iureiur. l. 1. C. qui bonis cedere poſſint. l. 3. §. tutores. ff. de adminiſtrat. tutor. vbi gloſſa.* latius deducit.

Aliter & clarius † ad argumentum, primum *ex c. lator. de pignoribus.* ſecundum & quartum *ex l. liber homo ff. ad l. Aquil.* quintum *ex l. ſi in emptione, §. liberum. ff. de contrah. empt. & l. poſt certi, vbi gl. C. de liberali cauſa.* vltimum *ex l. ob as, & l. 2. C. quæ res pignori &c.* reſponderi poteſt, diſtinguendo, ac dicendo, dictis iurib. tantùm prohiberi ne ius reale in perſona debitoris, ſoluendo non exiſtentis conſtituatur, hoc eſt, ne ob debitum pecuniarium in ſeruitutem rapiatur, aut in pignus accipiatur debitor, quaſi † indignum ſit, & iniquũ, vt libera debitoris perſona ob debitũ pecuniarium in ſeruitutem rapiatur aut in pignus detur, cùm ſatis ſit vt bonis cedat, maneatque liber. *Iohan à Medin. C. de reſt. reb. q. 11. ad 1.* Verùm, quin † liber homo ius ſuorum lucrorum, compendiorum, quæſtuum, emolumentorum, ſua induſtria quæſitorum, alii titulo venditionis cenſus diuendere queat, id iure prohibitum non eſt, ſed permiſſum. Quemadmodum enim liber homo ius dominii ſuarum rerum, ius ſeruitutis, ius venandi, piſcandi aucupandi &c titulo venditionis in alterum transferre; ita & ius ſuorũ laborũ, ſueq; induſtrię titulo vẽditionis cẽſus alii diuendere poteſt, neq; n. eo caſu ius in perſona debitoris reale, ſed ius debitoris actiuũ ad res externas, id eſt, in bona laboribus quæſita adquiritur, obligaturq; tantùm perſonaliter venditor cenſus eo modo, quo in cæteris contractibus, qui conſenſu perficiuntur ob-

37 38 39

Proximum eſt,vt diſcutiatur: *Vtrùm cenſus* † *emptio facta ſuper, vel in bonis, iis* 42
peremptis, reſoluatur in obligationem perſonalem,ita, quòd re perempta, & extincta, ſalua maneat obligatio perſonalis ad ſolutionem annui cenſus ſuper re perempta conſtituti?

IN qua quæſtione aientem partem defendunt Dominic. de Soto, *de iuſtit. & iure. lib. 6. art.* 1 *quaeſt.* 5. 43
Couar. *lib.* 3. *reſolut. cap.* 7, *nu.* 5, *verſ. Primum. & verſ. Quartò ſi.* Gaill *lib.* 2. *obſ* 2. *nu.* 12.

Probant ſuam opinionem, Primò *per conſtitutiones noſtras extrauagantes*, quarum priore verſiculo, *Sed adhac*, & poſteriori verſiculo, *Sed iidem ementes*, ſentiunt haud obſcurè Romani Pontifices, quòd peremptis bonis, ſuper quibus cenſus fuit conſtitutus, integra maneat obligatio ad annuum reditum, licet venditores ad ſolutionem precii, quod pro ipſo iure cenſus datum eſt, inuiti cõpelli nequeant: etenim eo ipſo, quòd cenſus venditor ad reddendum precium cogi nequeat, ſiuè extent, ſiuè perempta ſint prædia, ex quibus cenſus fuit venditus, colligitur, quòd vtroque caſu, ſiuè extent bona, ſiuè non, eadèm ſit venditoris obligatio, aliâs vtrumque caſum eadem deciſione malè definiuiſſent Pontifices: Deindè, ſi peremptis bonis foret itidem perempta obligatio perſonalis ſoluendi annuum reditum, id Romani Pontifices expreſsè explicaſſent, ſicuti de obligatione reali precium, ſeu ſortem in ſpecie decreuerunt.

Secundo mouentur ea ratione, quòd obligatio

annuorum redituum principalis ſit tantùm perſonali ,non realis, ideoque fundo perempto, perſona maneat obligata.*l fin § fin ff. de contr. empt.*

44 Negantem † partem tuentur Conradus Summerhard., *quæſt.72. ſuppoſit.5. & quæſt. 75. concluſ.3. & quæſt 83. concluſ.12 & 14.* Nauarra *cap. ſi fœneraueris.14. quæſt.3. num.73. & ſeq.* Virgin. à Boccaciis *tract. vti poſſidetis, cap.18. num.25.* Ludouicus Molina *de contractib. tract.2. diſput.383.* Probant ii ſuam ſententiam *ex conſtitutione Pii V.* in qua ſequentia continentur verba: Poſtremò cenſus omnes in futurum creandos, non ſolùm re in totum, vel pro parte perempta, vel infructifera effecta volumus ad ratam perire, ſed etiam &c. legito.

45 *Tertia opinio † eſt Binsfeldii,* qui in *c. in ciuitate, inf. de vſuris. quæſt.12. dubio 2. concluſ.4. & 12.* inter cenſus conſtitutionem, quæ olim tempore noſtrarum extrauagantium fiebant, & eas quæ hodiè fieri ſolent, diſtinguit, dicens: Quòd cenſus iuxta extrauagantes noſtras conſtituti, prorſus extinguantur ad corruptionem rei, ſuper qua fundati ſunt, ea ratione, quòd reales ſolùm cenſus olim fuerint in vſu, hoc eſt, fundati & conſtituti ſuper rebus fructiferis. & immobilibus: vndè fit, quòd rebus deſtructis, & ius cenſus, interire ſit neceſſe: At cenſus qui noſtro æuo comparantur, aliam formam habere aſſerit, hoc eſt, ſuper perſona principaliter fundari, & res, ſeu prædia pro ſecuritate hypothecæ loco tantùm apponi: vndè cum hypotheca extincta ſalua maneat obligatio perſonalis. *l. creditor ff. ſi cer. pet.* non mirum igitur ſi obligatio perſonalis ad annuum reditum præſtandum maneat, hypotheca extincta, ac perempta.

Hæc Reuerendiſſimi, † iuxta ac Doctiſſimi Binsfeldii opinio mihi non probatur: tùm quia non eſt certum

certum, quod alia olim fuerit, alia hodiè ſit forma conſtituendi cenſum: nam cenſus etiam perſonales in noſtris extrauagantibus probari putat Couaru. *lib.3. reſol. cap.7. num.6. verſic. Cum etenim*, tùm, quia ex formis antiquis inſtrumentorum, ſuper cenſibus confectorum, cenſus quoque perſonales fuiſſe olim in vſu certum eſt.

Ego hac in re aliquos caſus diſtinguēdos eſſe cenſeo: Aut enim emptio cenſus fit ſuper bonis, ſeu rebus venditoris omnibus, adiecto dictioni bonis, ſigno vniuerſali, omnibus: Aut ſuper bonis indefinitè: Aut ſuper perſona expreſſim, & nominatim: Aut deniquè ſuper re, ſeu prædio ſpecifico, & indiuiduo. 47

Primo caſu concludò, quòd † peremptis omnibus venditoris rebus immobilibus, remaneat obligata perſona: ratio concluſionis eſt, quia † nomen bona, ſeu res, continet quoque iura laborum, induſtriæ fructus, & quæſtus ipſius perſonæ. *l. rei appellatione, l. bonorum. ff. de verborum ſignif.* Sunt enim bonum & res transcendentia, omneque quod eſt, ſiuè corporale, ſiuè incorporale ſignificantia, *Arrius Pinell. 1. part. rub. C. de bonis matern. n.1 & ſubſeq.* 48 49

Secundo caſu † idem ſtatuo, & concludo, quòd in primo: ratio eſt, quia in materia † neceſſaria indefinita æquipollet vniuerſali, vt eleganter & fusè tradit Couar. *lib.1. reſolut. cap.13 per totum.* non ſolùm ſi oratio indefinita ſit prolata à lege, vel ſtatuto, ſed etiam ſi ab homine: nam & in diſpoſitione hominis, quandò eadem ſubeſt ratio, qualitas, & conditio, indefinita accipienda eſt generaliter, *Cou. d. loc. n. 9.* 50 51

Tertio caſu concluſio eſt, quando † cenſus abſolutè & ſimpliciter eſt perſonalis, bonis cenſiti extinctis, ob- 52

Digitized by Google

ligationẽ perſonalem ad penſionem ſoluendam non extingui, ſed manere integrã & ſaluam: ratio eſt, quia obligatio perſonalis ſequitur perſonam. *l. actiones. l. actio, ff. de action. & obligat. §. omnium, inſtit. de actionibus.* etſi bona demonſtrationis cauſa addita, pereant: *l. fin. § fin. ff. de contr. empt.*

Ampliatur concluſio, vt procedat, ſiuè cenſus ſit merè perſonalis, ſiuè adiunctam habeat hypothe-
53 cam. Pro quo ſciendum cenſum perſonalem † eſſe duplicem: Vnum merè perſonalem, qui nullam hypothecam adpoſitam habet: Alterum non merè perſonalem, vt eſt is, cui pro aſſecuratione prædium in hypothecam adiicitur: Itaque cùm cenſus eſt perſonalis cum hypotheca, pereunte hypotheca, non perit ius cenſus: Ludouicus Molina *de contractibus. 2 tractat. diſputation.* 383. *num.* 6. Ratio eſt quia quandò bona iure pignoris ſeu hypothecæ ad emptionem cenſus apponuntur, *iuxta l. fundus quem. ff. de annuis legat.* hypotheca perempta manet obligatio perſonalis ad annui reditus ſolutionem. *l. creditor, qui non idoneum, ff. ſi cert. petat. gloſſa, Bart. & Baldus l. aduerſus. C. de oblig. & act.* Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1 §. 11. *nu* 15.

Ampliatur concluſio ſecundò, vt procedat, ſi
54 cenſus ſit † mixtus, hoc eſt, perſonalis cum reali coniunctus, vt ſi ita ematur, ſuper prædio, vt eo extincto, venditor cenſus maneat obligatus ad ſolutionem penſionis, quo caſu pereunte prædio, remanet venditor perſonaliter obligatus. Ludouicus Molina *citato tract. de contractib. diſputation.* 387. *num.* 9. Mixtus quoque cenſus eſt, quandò venditur cenſus ſimpliciter, abſque bonorum, vel rei alicuius expreſſione hoc modo,

modo, vendo tibi cenſum: Carolus Molinæus *dicto n.* 15. Si modò venditor habeat prædia ad annuam penſionem ferendam ſufficientia, eiusq; perſona ſit huiuſmodi, quæ arte & induſtria tantum lucri, quanta eſt annua præſtatio, facere poſſit. Itaque quemadmodùm conſtitutio cenſus, ſuper omnibus bonis, aut bonis indefinitè facta eſt mixta, ita & venditio cenſus, absque bonorum, vel perſonæ deſignatione eſt perſonalis & realis ſimul.

Quarto caſu, id eſt, cùm † cenſus eſt merè realis, 55
conſtitutus ſuper re certa, ſpecifica, indiuidua, concludo cum *Nauarra, Virginio & aliis ſupra allegatis*, quòd perempto fundo, ſeu prædio ſuper quo ſpecificè, & expreſſè emptus eſt cenſus, perimatur & extinguatur quoq; ius cenſus, nulloq; modo perſona maneat obligata, ad annuam præſtationem ſoluendam. Probatur
concluſio, quia † venditione perfecta, potiſſimum au- 56
tem re vendita, tradita, vel quaſi, periculum rei ad emptorem pertinet. *l.* 1. *l. neceſſariò, imò tot tit. ff. & C. de periculo & commodo rei vendita*: igitur ſi ager, ex quo cenſus eſt venditus, pereat, periculum eſt emptoris. Secundò probatur, quia ſicut venditio vnius certæ rei, puta, domus, non continet venditionem alterius rei, puta, prati, nec illius venditio reſoluitur in hanc: ita nec venditio cenſus ex certo fundo facta, includit venditionem iuris fructuum ipſius perſonæ: Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. tit.* 1 §. 11. *n* 15 Lud. Mol. *alleg diſput.* 383. *nu* 5 *&* 6.

Ad *Dominici* † *de Soto*, & *Couarruuiæ* argumenta 57
ex Martini Quinti, & Calixti Tertii Pontificum conſtitutionibus. deprompta, reſpondemus cum Nauarra *in c. ſi fœnerauerit* 14. *q.* 3. *nu.* 74. quòd Pontifices in præfatis

extrauagantibus, vnam rem dubiam deciderint, alteram, quæ dubio carebat, indefinitam reliquerint. Dubium enim erat; Vtrum valeret contractus cenſus ita initus, vt venditores ſeu cenſiti ab emptoribus, ſeu cenſoribus ad reſtituendum precium pro cenſu acceptum inuiti compelli non poſſint, etiam poſſeſſionibus, ſeu bonis obligatis penitus peremptis, & deſtructis: & valere huiuſmodi contractum decernunt Pontifices: Vtrùm autem peremptis rebus obligetur venditor perſonaliter ad cenſum porrò præſtandum, id pugna carebat; nam extra dubium erat poſitum, quod rebus, ſuper quibus cenſus eſt conſtitutus, peremptis, extinguatur omnis omninò obligatio, ita quidem, vt perſonaliter ad cenſum præſtandum venditor non maneat obligatus, idem, ſed obſcurius tradit Ludouic. Molin. *de contract lib. 2. tract. diſputat. 383. n. 11.*

58 Nec obſtat † alterum eiuſdem *Couarruuiæ* & *Gaill* argumentum, quòd obligatio annuorum redituum ſit perſonalis, non realis, ea ratione, quòd perſona vendens cenſum quotannis dare, facere teneatur, hoc eſt, annuas præſtationes ſoluere, quodque emptor cenſus fructus prædii per ſe percipere nequeat, ideoque perempto fundo perſona remaneat obligata. *l. fin. § fin. ff. de contrah. empt.* Nam falſum id eſſe ex eo conſtat, & patet, quòd in omni actione tria concurrere ſit neceſſe, partium conſenſus, mercem & preciũ: celebrata † vendi-
59 tione vt emptor rem emptam adquirat, precium offerre debet. *l. Iulian. us §. offerri ff. de act. empti.* eo numerato ad traditionem rei emptę actione ex empto perſonali venditorem cogere poteſt. *l. quod vendidi. ff. de cont. empt.* Sic è diuerſo tradita re ad precium actione ex vendito perſonali aduerſus emptorem venditor agere poteſt:

teſt. *dicta l. Iulianus*, §. *ex vendito. ff. de actionib. empt.* itaque antequàm precium ſoluatur, aut res vendita tradatur, vel quaſi, contrahentes perſonali obligatione ſunt ſibi inuicem obſtricti: Aſt ſi contractus vtrinque ſit completus, hoc eſt, precium numeratum, & res vendita, & tradita vel quaſi, alter alteri obligatus non remanet, ſed finem accepit contractus, & completus eſt: vndè ſi emptor cenſus venditori dedit precium, ſi & venditor ius cenſus quaſi tradidit, id eſt, annuas præſtationes ſoluere cœpit, iam completus eſt contractus, ſuumque finem accepit: nec alter altéri, ſiuè ratione precii, ſiuè ratione mercis remanet obligatus: Itaque ſi merx, hoc eſt, fundus, ex quo cenſus eſt venditus, pereat, periculo emptoris, in quem ius cenſus per patientiam, & præſtationem annuam eſt translatum, interit.

Quòd ſi † cum Gaill dices, venditor tenetur 60
actione perſonali annuam præſtationem ſoluere: ergò & numerato precio, & quaſi tradito iure cenſus perſonaliter remanet obligatus. Reſpondeo manere † qui- 16
dem venditorem obligatum, non ratione mercis, id eſt, iuris, quod iam eſt conſtitutum, vel quaſi traditum
emptori, ſed ratione † annuarum præſtationum, ſeu 62
penſionum, ad quas ſoluendas perſonaliter eſt obligatus ſub conditione, ſi, & quandiu ius cenſus eſt ſaluum, id eſt prædium ex quo cenſus eſt venditus, remanet integrum, fructiferumque: *Ludo. Molina citata diſp.* 383. *n.* 4. *&* 6 Hinc *Pii Quinti Pontificis conſtitutio de annuis reditibus Anno* 1568. *edita.*

Cæterum † *allegata l. fin. §. fin. ff. de contra. empt.* 63
intelligenda eſt, de obligatione perſonali, & in dubio,
hoc eſt, quandò † promiſſio ſoluendi centum millia 64

 modi-

modiorum frumenti de fundo certo facta eſt ſimpliciter, id eſt, fundus hypothecæ loco expreſsè non eſt obligatus, ſed demonſtrationis tantùm cauſa deſignatus, vt intelligatur, vndè modii promiſſi ſolui debeant. Quo caſu, id eſt, cùm verſamur in dubio, neque fundus hypothecatus præſumitur, neque emptor fundi ad annuam præſtationem eſt obligatus: Secus eſt, ſi fundus hypothecæ loco ſit conſtitutus, tunc enim excuſſo principali debitore, ſeu promiſſore, actio

65 hypothecaria in tertium emptorem fundi datur, *authentic. hoc ſi debitor. C. de pignoribus.* Aut ſi † piæ cauſæ ex certo fundo annua penſio adſignetur: nam & eo caſu fauore piæ cauſæ fundus hypothecatus cenſetur. Tyraq. *tractat de priuileg. piæ cauſæ, priuilegio* 63. additio ad Bartolum *dicta l. fin. §. fin. ff. de contrahend. empt.*

Reliquum eſt vt examinemus: † *Vtrùm, quos,*

66 *& quatenus dicti Pii Quinti conſtitutio obliget?*

Cuius deciſio dependet à deciſione, qua diſceptatur,

67 *Vtrum extrauagantes † vim Canonis habeant, obligentq́?* In qua quæſtione reſoluenda ſequens à Do-

68 ctoribus adhibetur diſtinctio: Aut huiuſmodi † extrauagantes relatæ ſunt in corpus iuris Canonici: Aut non: Priori caſu obligant, vt conſtat ex *proœmio clementinarum, verb. De cætero,* Maſch. *de prob. vol. 3. concl.* 1278. *n.* 7 Poſteriori caſu rurſus diſtinguitur: Aut enim ſunt promulgatæ à ſuperiore, atq; à ſubditis receptæ: Aut non: Priori caſu ſubditos obligant omnes, vt probat *Franciſc. de Pauinis in præludiis extrauagantium*: Vtrùm † autem leges præſumantur receptæ, nec

69 ne, contentio eſt inter Doctores: Menochius *de præſ. lib.*

lib.2 præſumpt. 2. id negat Maſchard. *præcit. loc. num 9.* adfirmat. *Ego Menochio* adſentior. Poſteriori caſu iterùm ſubdiſtinguitur: Aut enim extrauagans idem quod ius commune continet; Aut diuerſum: Priori caſu omnes obligat non tanquàm lex noua, ſed tanquàm declaratio, & reuocatio legis antiquæ; Poſteriori caſu conſulendus eſt *legiſlator, c. paſtoralis, de fide inſtr.*

Iam ad propoſitum vt reuertamur, etſi Pii Quinti conſtitutio in corpus iuris Canonici relata non ſit: attamen, quia Romæ ſolemniter eſt promulgata, vt teſtatur Virginius à Boccaciis *tractat. vti poſſidet. num.* 46. Ludouicus Molina *de contractibus. tractat. 2. diſput.* 395. *obligat.*

Verùm quæſtionis eſt: *An prædicta extrauagans ſit ſeruanda, obligetq́; non ſolùm in terris Eccleſiæ, ſed etiam Imperii, hoc eſt, in regnis, & prouinciis, quæ in temporalibus Pontifici non obediunt?*

Quod videtur: Nam † conſtitutio decidens aliqua, quæ peccati rationem continent, atq; circa animæ ſalutem verſantur, in vtroq; foro obligat omnes. *c. nouit. de iudiciis. c. fi. de præſc. c. cùm contingat. de iureiur. gl. in ca. 2. de reg. iur. in 6.* atqui hæc conſtitutio lata eſt ſuper id, in quo peccatum verſatur, & animæ ſalus, ſcilicet, an emptio cenſus ſit vſuraria, vel non? Deindè *Pius Pontifex in ſua extrauagante aſſerit*, ſe vt hominum ſaluti conſulere, illam edidiſſe: Videtur ergò, quòd omnes in vtroq; foro obliget. 70

Pro parta negatiua facit glo. *in ca. 2. verbo, Lex ciuilis. de arbitris. in* 6. qua aſſeritur, quòd canones, & leges pontificiæ extra forum Eccleſiaſticum, & terras Eccleſiæ neceſſariò obſeruari non debeant. Secundò ad idem confert *c. nouit. extra de iudiciis*, vbi Pontifex

fœnerauerit.14.*quæſt*.3.*num*.107.*& ſeq*. Binsfeld.*c.in ciuitate.concluſ*.3 *dubio* 1.*de vſur*. Cùm itaque neque iure diuino, neque naturali cautum ſit, vt cenſus emantur neceſſariò ſuper rebus immobilibus & ſuis finibus deſignatis: neque iuribus iiſdem cenſus perſonalis prohibitus, efficitur bullam Pii Quinti, qua parte vult, vt cenſus emantur ſuper re immobili, ſuis finibus deſignata, principes ſeculares, eorumque ſubditos non obligare. Deindè ex alio iuris fundamento prædicta conſtitutio Germanos non obligat, quia apud nos promulgata non eſt. *iuxta auth. vt facta noua conſtitutiones &c*. Etſi enim controuerſum ſit: *Vtrum* † *Pontificia conſtitutiones, eo modo, quo leges, publicari debeant?* 74
hoc eſt, in ſingulis prouinciis iuxta præfatam *authent. vt facta noua conſtitutiones*. Id quod alii *aiunt*, alii *negant*, vt videre eſt apud Menochium *de arbit. iudic. lib* 2. *cent*. 2. *caſu* 185. Attamen probabilior eſt eorum ſententia, qui cenſent hac in re nullam inter ius Ciuile, & Canonicum eſſe differentiam, ideoque Pontificias conſtitutiones non ligare, etſi Romæ fuerint promulgatæ, niſi & in ſingulis prouinciis, ſeu diœceſibus fuerint publicatæ: Ratio eſt, quia canones vbi in contrarium nihil ſtatuerunt, ſequuntur leges *c*.1.*de noui oper. nunciat* *Panormit. Felin. Cardinal. Heinric. Boyc, Decius c.cognoſcentes. de conſtitutionib*. Ludouic Molin.*de contractib. tract*. 2. *diſput*.395. Demùm ex alio capite ſæpè citata Pii Quinti conſtitutio Germanos non obligat: quia apud eos non eſt recepta: conſtat autem, quòd
† lex etiam ſolemniter promulgata non obliget, niſi 75
à ſubditis ſit recepta.

Poſſunt autem † ſubditi legem ob plures cauſas, eaſq; 86
iuſtas, etiam ſolemniter promulgatam non acceptare.

cendum, poſſe ſcilicet ſuper prædio cenſu grauato, alium & ſecundum imponi cenſum, Benedictus Bonius *dicto loco, artic.* 11. Ratio prior eſt, quia poteſt quis diuendere rem ſuam cenſu grauatam: ergò & reſeruato cenſu in alium transferre. Carol. Molin. *in conſuet. Pariſienſ. tit.* 2. §. 51. *nu.* 18. *& ſeq. &* §. 55. *n.* 183. *& ſeq.* Ratio poſterior eſt, quia vno † eodemq; tempore duos, pluresuè cenſus bonis ſuis imponere quis poteſt, vendendo vni ex prædiis cenſum ad quinquaginta florenos, alteri ad quadraginta, tertio ad triginta, dummodò prædia ad omnes cenſus ferendos ſint ſufficientia: Chaſſ. *in conſuet. Burg* §. 9. *n.* 5. Igitur & diuerſis temporibus plures cenſus rebus ſuis imponere quis valet. 82

Tertius caſus eſt, cùm † ex cenſu nouum cenſum 83 alteri quis vult conſtituere, verbi gratia, ex cenſu, quem habet, centum florenorum, vult alteri vendere cenſum quinquaginta florenorum, & poſſe, rectè tradit Nauar. *dicto loco.*

Limitatur concluſio, vt procedat † in iis rebus, 84 quæ liberè alienari poſſunt, aut reſtitutioni non ſunt obnoxiæ: nam ſi alienari prohibentur, aut reſtitutioni ſunt obnoxiæ, cenſu perpetuo grauari non poſſunt.

Ex hac limitatione multæ deciduntur quæſtiones: Quarum vna eſt: *Vtrùm emphyteuta † ſeu colonus perpetuus emphyteuſi cenſum imponere poſſit?* hoc eſt: *Vtrùm in prædio emphyteutico ius cenſus titulo venditionis alteri cenſum conſtituere valeat?* 85

Et diſtinguendum eſt: Aut enim quæritur: Vtrùm in præiudicium, & læſionem domini directi onere cenſus prædium emphyteuticum grauari poſſit: Aut in ſolius emphyteutæ præiudicium cenſus conſtitui poſſit?

Priori caſu concluſio eſt, quòd in domini præ-

iudicium cenſus prædio emphyteutico imponi nequeat: ratio eſt, quia omnis rei emphyteuticæ alienatio prohibita eſt *l fin. C.de iure emphyt.& l.fin C.de reb. alien.non alienand.* atqui onerare prædium emphyteuticum cenſu, eſt partem illius alienare: nam cenſus impoſitio eſt ſpecies alienationis, Guilhelm. Redoan. *tract. de reb. eccleſ. non alien. cap.27.* Quæ ratio admodum efficax non eſt: nam cenſus impoſitio grauamen potius eſt, quàm alienatio. Vera ergò ratio eſt, quia
86 emphyteuta † emphyteuſin deteriorem reddere non debet.

87 Poſteriori caſu, concluſio eſt, emphyteutam † in ſui ſolius præiudicium etiam domino inſcio in re emphyteutica ius cenſus alteri conſtituere poſſe. Probatur concluſio *per l.1.§ 1.ff quib.mod. vſufruct.amittatur.* vbi reſ onde. IC. quòd ſuperficiarius in prædio ſuperficiali, & fundo vectigali, vſumfructum in ſui præiu-
88 dicium alteri concedere poſſit: atqui † cenſus eſt ſpecies ſeruitutis: ergò &c. ita Bald. *citata l.1.§.1.* Iaſon *l.vlt. in 4.& 8.quaſt C. de iure emphyteutico.* Catellian. Cotta *in memorabil. verbo, emphyteuta non poteſt*, Iul. Clar. *§. emphyteuſis, quaſt.20.* Benedict. Bonius *tract. de cenſib. art. 28.*

89 Secundò infertur, quòd † vaſallus in ſui præiudicium domino inſcio in feudo ius cenſus alteri conſtituere queat: at in domini præiudicium feudum cenſu nullo prorſus modo grauare poſsit. *cap. vnico §. quid ergò, de inueſtit. de re aliena facta.* Bonius *dicto tract. art.26.* Petrus Follerius *de cenſibus. verbo cenſus. nu.15* Clar. *§. feudum. quaſt.37.* quibus in locis omnes tradunt vaſallum in ſui, non domini præiudicium feudo ſeruitutem imponere poſſe: atqui cenſus eſt quædam ſerui-

Digitized by Google

ſeruitutis ſpecies, vt tradit Couarruu. *lib 3. reſol. cap. 7. num. 6.* Et ita habet praxis totius Romani Imperii. Solent enim Barones, Comites, & Principes Imperii Imperatore inconſulto ex feudis ſuis, quæ ab Imperatore recognoſcunt, aliis cenſus diuendere. Quod † ſi feudum, vel emphyteuſis cenſu grauata ex cauſa feloniæ ad dominum reuertatur, perit ius cenſus, extinguiturq; ex illa *iuris regula*, reſoluto † iure datoris, reſoluitur ius acceptoris. *cap. vnico. §. rurſus. quibus modis feudum amittatur. tit. priori. & cap. vnico. §. ſi quis deceſſerit, tit. ſi de feudo defuncti content. ſit &c.* Petrus Follerius *de cenſib. verbo, cenſus. n. 24. & 41.* Benedict. Bonius *de cenſib. art 28. & ſeq.* 90

Tertiò infertur idem † iudicandum eſſe de rebus reſtitutioni obnoxiis, quòd ſcilicet hæres, atque poſſeſſor in ſui præiudicium, & quamdiu res reſtitutioni obnoxias teneat, rem reſtitutioni obnoxiam poſsit cenſu grauare: verùm adueniente die reſtitutionis, euaneſcat, extinguaturq; ius cenſus. nam res reſtitutioni ſubiectæ, vt alienari prohibentur. *l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad S. C. Trebellian. l. fin. §. ſed quæ ſub conditione. C. communia de legat. auth. res quæ C. eod.* (Quod intelligendum eſt in præiudicium fideicommiſſarii, & illius cui res eſt reſtituenda: Nam in hæredis præiudicium valet alienatio, quamdiu res eſt manſura penes hæredem. *l peto §. prædium ff. de legat. 2.* Iaſon. *dicta l. Marcellus. §. res quæ. num. 1 & d. l. fin. §. ſed quæ ſub conditione, C. commun. de legat.* Andreas Gaill *lib. 2. obſeruat. obſer. 137. n. 4 & 5.*) Ita quoque res reſtitutioni obnoxiæ, cenſu grauari non poſſunt, in præiudicium illius, ad quem res eſt peruentura. 91

Porrò † quòd dictum eſt, res reſtitutioni ſubie- 92

iectas, cuiuſmodi eſt emphyteuſis, feudum, dos, fidei-commiſſum, hæreditas, cui renunciatum eſt, donec maſculi viuant, res item Eccleſiæ, alienari, aut cenſu grauari non poſſe, id nonnullis caſibus vitiatur. Nam pri-
94 mò † ad dotem vel donationem propter nuptias conſtituendam rerum inalienabilium diſtractio, & per conſequens multò magis cenſus impoſitio permittitur, *auth. res quæ. C. Commu. de leg. gl. in l. Marcellus. §. res quæ. ff ad S. C. Trebellianicum.*

95 Secundò † vitiatur concluſiò, ſi neceſſitas vrgeat, quæ cum legem non habeat, ob eam alienatio, & cenſus impoſitio rectè fieri poteſt.

Verùm de neceſsitate eſt diſtinguendum: eſt enim triplex neceſsitas, Vna fatalis, altera naturalis, tertia culpoſa: Cachar *deciſ.* 167. Grauetta *in reſponſo, pro genero. n.* 94. Bald. *conſil.* 20. *lib* 2. *incipiente, Quid importent*
96 *verba iſta.* Fatalis † eſt, in quem quis fortuito caſu, & fato incidit, vt ſiquis pugnans contra Turcam ab eo capiatur; & hanc iuſtam præſtare cauſam alienandi, aut cenſu grauandi bona inalienabilia tradit Menochius *lib. 2. cent. 2. caſu* 182. *nu* 23. *& ſeq.*

97 Naturalis † neceſsitas eſt ea, quæ à natura ipſa cauſatur, vt eſt edere, bibere, veſtire, ſeruitores habere, domum ruinoſam reparare, agros colere, in ſumma alimentis ſibi proſpicere. Et hanc quoque neceſſitatem iuſtam præbere cauſam alienandi, aut cenſu grauandi bona inalienabilia, fusè tradit Menochius *dicto loco. num.* 25 *per auth. contra cum rogatus, C. ad Trebell.* Gaill *lib. 2. obſ.* 137. *nu.* 4.

98 Tertia ſpecies neceſſitatis eſt culpoſa, † cum quis propria culpa, luxuque omnia prodigit, aut ob crimen in neceſſitatem, & paupertatem incidit: Quæ *verùm*

præ-

præſtet iuſtam cauſam alienandi inalienabilia, controuerſum eſt inter Doctores: *alii* aiunt: *alii* negant, vt videre eſt apud Couarr. *lib. 2. reſolut. cap. 16. n. 9* & Menoch. *de arbit lib 2. cent. 2. caſu* 182. *à num. 27 vſq; ad* 35.

Communis eſt Doctorum concluſio quòd hæc neceſsitas ſufficiens, & iuſta non ſit ad alienandas, aut cenſu grauandas, res inalienabiles, *Cou. & Menoch. præallegatis locis*, vbi id probant. Primò *per l. penult. ff de iure dot.* vbi †Socer promittens genero amplam 99
dotem, quam ſe præſtare non poſſe ſcit, non habet priuilegium competentiæ, ſed in ſolidum condemnatur: Secundò *per l. etiam. §. licet, ff. ſol. matrim.* vbi
† gener, qui culpa ſua bona prodegit, priuilegio competentiæ non gaudet, ſed ad integram dotem ſoluendam obligatur: Tertiò *per l. final. ff. quæ in fraud. creditor*: Quartò *per l. Titius. ff. ad S. C. Trebellian.* Quintò *per l. matrem, & auunculum. ff. eodem.* Denique *per §. nobis autem. in auth. de reſtit.* 100

Vitiatur hæc concluſio primò, quòd † per modum eleemoſinæ de bonis reſtitutioni obnoxiis ſubueniri poſsit ei, qui culpa ſua in neceſsitatem incidit. 101

Secundò vitiatur, quòd † alienatio valeat ad vitam poſſeſſoris, qui in neceſsitatem incidit: Couarr. *citato loco. num. 9. verſic. Tertiò eſt, in fine*, vbi & tertio modo eam limitat. 102

Id hoc loco ſciendum, quòd licet feudum, emphyteuſis, fide commiſſum, dos, donatio propter nuptias res eccleſiaſtica, hæreditas cui per verba temporaria eſt renunciatum, ex cauſa neceſsitatis alienari, aut cenſu perpetuo grauari poſſunt: Attamen in † 103
alienatione, & grauatione feudi, & emphyteuſis, domini conſenſus eſt neceſſarius, quem ſi præſtare

 recu-

103 recuſat † dominus, alienatio nihilominus fieri poteſt: verùm in aliarum rerum alienationibus nullius conſenſus requiritur: rationem differentiæ tradit Menoch. *dicto libro ſecundo. centur. ſecunda. caſu* 182. *à num.* 1. *vſq. ad* 12.

COLOPHONIS loco de rebus, quibus penſio ſol-
104 uenda eſt, ſit † *concluſio*, tàm fructuarius, quàm pecuniarius cenſus eſt licitus: Id eſt, cenſus inſtitui poteſt ita, ut ſoluatur annua penſio tàm in fructibus, quàm in pecunia: Hanc concluſionem tradit Summerhardt *quæſt.* 79 Martin. Nauarra *ca. ſi fœneraueris*, 14. *quæſt.* 3. *num.* 104. Bonius *de cenſib. artic.* 64. Medina *de reſtut. quæſt.* 11. *coroll.* 5. Soto *lib.* 7. *de iuſt. & iur. quæſt.* 5. *art* 1. Binsfeld. *c. in ciuitate, quæſt.* 11 *de vſuris.* Ratio concluſionis eſt multiplex: cùm enim emptio cenſus ſit licita, non refert in pecunia, an in frumentis annua
105 penſio præſtetur: imò † tantò æquior cenſebitur emptio cenſus, ſi in fructibus penſio ſoluatur, quantò inter precium & mercem maior eſt differentia, ſicque emptio in fructibus de vſura minus eſt ſuſpecta: Dein hoc caſu, quo in fructibus conſtituitur penſio, non minus reperitur precium, merx, & partium conſenſus, quæ tria ſunt emptionis ſubſtantialia, quàm cùm in pecunia emitur: igitur emptio ſubſiſtit: Denique cenſus in re fructifera inſtitui debet, vt conſtat ex eius definitione: ergò quandò in fundo, agro, vinea, prato, ſylua &c. inſtituitur cenſus, is eſt fructuarius, & per conſequens penſio in fructibus licitè ſoluitur.

106 Limitatur † concluſio vt vitietur, ſi lege regni, aut prouinciæ alicuius diuerſum fuerit ſtatutum, & cenſus in vino, frumento, & aliis fructibus vetitus, ſicut † *Sereniſſimus Archidux Auſtriæ Ferdinandus,* fœli-

fœlicissimæ recordationis, *ſingulari conſtitutione edita*, prohibuit in his anterioris Auſtriæ prouinciis emptionis cenſuum in fructibus; conſtituitq́;, vt poſthac non aliter, quam in pecunia cenſus emerentur: Idem in *Hiſpaniæ* Regnis ſancitum eſſe tradit *Martin. Nauar. c. ſi fœnerauerit, num.* 104. 14. *quæſt.* 3. Ratio conſtitutionis eſt variatio precii fructuum, & æſtimatio fructuum inæqualis: nam vini, frumenti, olei, &c. valor vniformis non eſt, ſed frequentiſſimè mutatur, & vix duobus annis continuis in eodem ſtatu permanet; Sic vini ſoma, quæ anno 1599. creuit, eodem anno tribus, hoc anno quatuordecim, & eo pluribus vēditur florenis: itaque ob valoris mutationem, certa æſtimatio moraliter fieri non poteſt, quò fieret quòd nimis grauiter læderentur miſeri cenſuum venditores, & emptores de centum, verbi gratia, non quinq́;, ſed decem, & eo amplius in ſingulos annos acciperent, quòd iniquum eſſet. Ob hanc rationem omnium fructuum cenſus in pecuniarios in Hiſpania eſſe mutatos, tradit Nauarra *dicto c. ſi fœnerauerit. nu.* 120. Rudolphus quoq́ue † Secundus Imperator *in ordinat. polit. Anno* 1577. *Francofurti promulgata, titulo* 19. ſtatuit, vt reditus fructuarii ad pecuniarios reducerentur, ita vt non plus in frumento, vino, oleo &c. acciperetur, quàm quòd reſolutum in pecuniam, faciat valorem vnius pro viginti, refert Binsfeld *præcitato cap in ciuitate quæſt.* 15. *concluſ.* 4 *de vſuris.* In Gallia quoq́ue ſenatum Pariſienſem arreſtis, ſeu decretis ſtatuiſſe, vt reditus frumentarii cum pacto redimendi conſtituti in pecuniarios commutarentur, atteſtatur Carol. Molin. *de commerc. quæſt.* 21. 108

Circa prædicta oriuntur *duæ quæſtiones*, ad quas

ſuperioribus annis conſultus de iure reſpondi. Qui-
dam ante ducentos plus minus annos duo vini plauſtra
ſeu vehicula perpetui cenſus octuaginta octo florenis
aureis in auro emit, quæſitum fuit de duobus. Prius
109 eſt, *an † Rudolphi noſtri Secundi, & Ferdinandi Archi-
ducis conſtitutiones ad illam emptionem referantur, hoc
eſt, an præteritos frumentarios cenſus cenſeant, & ad pe-
cuniarios reuocent: an ſolùm futuros, hoc eſt, poſt conſtitu-
110 tionem celebratos, & emptos?* Poſterius, *Vtrùm † emptio
illa cenſenda ſit iniuſta?* Ratio dubitandi fuit, quia
uini fodera hodiè emitur 50. 60. 70. & eò pluribus flo-
renis, ſicque octuaginta octo, non ſunt 5. vel 4. ſed 50,
60, 70. empti.

Ad priorem quæſtionem reſpondetur, quo ad Rodolphi conſtitutionem eſſe diſtinguendum: Aut enim tempore contractus celebrati iuſtum fuit precium pro more temporum, & prouinciarum, ita quidem, quòd habito reſpectu ad annos communes vna vini ſoma valuerit ante ducentos annos *tres bacios*, (vt valuiſſe notum eſt.) Et hoſce annuos cenſus inuictiſsimus Imperator Rodolphus ſua conſtitutione ad pecuniarios cenſus non reuocat: Aut verò emptor cenſus exſpectat vnum fertiliſsimum annum, & iuxta illius annui precium, annuum emit cenſum: Et haſce cenſuum emptiones non ſolùm futuras, ſed etiam præteritas ad pecuniarios reuocat Imperator, vt probatur *ex d. conſtitutione 19.* illis verbis, Das etwann hieuor zu guten wolfeylen Jaren/da wein vnd getrâyt in gutem kauff ꝛc. Itaq; Rodolphus Imperator ſua conſtitutione annuos cenſus ante centum, vel ducentos annos in vino, vel frumento, iuxta precium illius temporis commune, bona fide emptos, ad pecuniarios non reuocat, ſed

ſed eos tantùm, qui iuxta valorem illius anni fertiliſſimi ſunt comparati: nam ſi omnes cenſus frumentarios antiquitus conſtitutos ad pecuniarios reuocare voluiſſet Imperator, multarum Eccleſiarum fundationes euerterentur, plurimæ tàm publicæ, quàm priuatæ perſonæ in egeſtatem redigerentur.

Idem de Sereniſsimi Archiducis conſtitutione eſt dicendum, videlicet eam ad futuras tantùm cenſuum frumentariorum emptiones pertinere, ad præteritas bona fide celebratas non extendi: ratio eſt, quia † leges & conſtitutiones futuris negotiis, non præteritis normam dant. *l. Leges. Codice de legibus. cap. final. de conſtitutionibus. gloſſa in cap. licet canon. verbo, cætero, de electione in 6. gloſſa in authentic. vt cum de appellat. cognoſcitur. per rubricam illam & principium. &* § *1. iſtius nouellæ.* 111

Dein verba, quibus in ſua conſtitutione vtitur Archidux emptiones cenſuum frumentariorum non præteritas, ſed futuras reſpiciunt, idque verbum hinfürder/ id eſt, impoſterum, haud obſcurè arguit, quòd antè Sereniſsimi conſtitutionem legitimè ſunt conſtitutæ, & celebratæ emptiones cenſuum in fructibus, eæ ratæ, firmæque manent, nec in pecuniarios conuertuntur: Quemadmodum † enim Imperii conſtitutiones redituum emptiones ad rationem viginti pro vno redigentes, & quod ſuper eam penſionem accipiatur, reprobantes, caſſantesq; ad præteritas emptiones non extenduntur, vt docet And. Gail *lib 2. obſ. 9.* Ita quoq; *Sereniſsimi Archiducis Ferdinandi conſtitutio* ad futuras cenſuum frumentariorum emptiones, non præteritas bona fide celebratas pertinet. 112

Ad poſteriorẽ quæſtionẽ reſpondetur emptionẽ prę-

Digitized by Google

CAPVT QVINTVM, DE IVSTO ANNVI REDITVS PRECIO.

SVMMARIA.

1 *Non eſt idem omnium ſpecierum annui reditus precium.*
2 *Quodnam ſit iuſtum precium cenſus perpetui irredimibilis &c num ſeqq.*
3 *Reprobatur ſolutio quadam Fachinai.*
4 *Interpretatio §. item ſi Reipublicæ. l. 3. ff. ad l. Falcid. & Calendarium vndè dictum? vt num. 6.*
5 *Vſura centeſima, ſemiſſes, trientes, quid?*
7 *Refellitur Lupi, Menochii, Fachinai de iuſto annui cenſus irredimibilis precio, ſententia.*
8 *Super prædio præcioſo poteſt modicus conſtitui cenſus.*
9 *Couarruuiæ opinio de iuſto precio annui reditus perpetui.*
10 *Non poteſt omnibus prouinciis vnum idemq; annuorum redituum, ſiuè irredimibilium, ſiue redimibilium conſtitui precium, & cur non?*
11 *Cenſus perpetuus irredimibilis pluris æſtimatur, quàm redimibilis.*
12 *Res nullo onere grauata maioris eſt precii, quàm quæ ſub onere diſtrahitur.*
13 *Pactum in fauorem venditoris appoſitum pars precii cenſetur,*
14 *Qua proportione precium cenſus irredimibilis ſuperare debeat cenſus redimibilis.*

15 *Precium cenſus irredimibilis non eſt definitum conſtitutionibus Romani Imperii.*

16 *Contractus regulantur ſecundùm loci conſuetudinem.*

17 *Hodiè in Germania per rarò conſtituuntur cenſus irredimibiles, & quo precio olim fuerint empti?*

18 *Conſtitutionibus Imperii non ſunt prohibiti cenſus irredimibiles, contra Binsfeldium.*

19 *Hodiè in Germania certum eſt annui reditus redimibilis precium olim fuit varium, & cur? vt num. 20.*

21 *Vbi frequentiores negotiationes, ibi maius pecuniæ lucrum, & minus annui reditus precium.*

22 *Vtrùm, ſi cenſus contra legis, vel conſuetudinis definitum precium comparetur, totus contractus, an verò ſolùm exceſſus vitietur?*

23 *Opinio Guidonis Papæ, cenſentis totum contractum vitiari.*

24 *Opinio Tyraquelli, & Molinæi diſtinguentium inter exceſſum paruum & magnum.*

25 *Opinio Andreæ Gaill, putantis ſolùm exceſſum vitiari, quæ verior.*

26 *Quandò in contractibus vtile propter invtile non vitietur?*

27 *Pactum, contra ſubſtantiam contractus appoſitum, contractum non vitiat, ſed vitiatur.*

28 *Soluitur argumentum Guidonis Papæ.*

29 *Quandò contractus contra legem celebratus, ſit ipſo iure nullus, quandó non? Breuiter & remiſſiuè.*

30 *Contractus emptionis cenſus, in quo ſupra legitimas penſiones aliquid datur, non eſt vſurarius.*

31 *Non omnis iniquitas eſt vſura.*

32 *Vtrùm Conſtitutiones Imperii, de annui reditus redimibilis precio latæ, extendantur etiam ad contractus antè celebratos.*

33 *Opinio Caroli Molinæi adfirmans.*

34 *Conſtitutio reprobans ea, quæ cùm iure naturali, & diuino pugnant, extenditur etiam ad caſus præteritos.*

35 *Opinio Andreæ Gaill negans, quæ verior.*

36 In-

Digitized by Google

36 Iuſtitia, vel iniuſtitia contractus iudicatur ex æſtimatione rerum, quæ eſt tempore contractus.

37 Leges futuris non præteritis dant formam negotiis.

38 In dubio non præſumitur, quòd imperatores ſuis conſtitutionibus alicui ius quæſitum auferre velint.

39 Reſpondetur argumentis Caroli Molinæi.

40 Aliud eſt, eſſe, aliud haberi, & verbum haberi, non rarò imo proprietatem denotat.

41 Malorum quædam ſunt prohibita, quia mala, quædam verò mala, quia prohibita.

42 Vtrùm Conſtitutiones Imperii de certo annuorum redituum precio latæ, contraria conſuetudine tolli poſſint? & num. 44. 49.

43 Conſuetudo nutriens peccatum non valet.

45 Tria dicta Gregorii de Valentia, quorum duo prima reprobantur: tertium admittitur.

46 Legem promulgatam, & receptam eſſe in facto conſiſtit.

47 In dubio leges præſumuntur receptæ.

48 Doctori de conſuetudine atteſtanti, quandò credatur?

50 Leges ciuiles contraria conſuetudine tolli poſſunt.

51 Probatio conſuetudinis eſt difficilis.

52 Intellectus, & conciliatio l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, cum l. de quibus, in fine ff. de LL. & num 54. & 57.

53 Reiicitur intellectus Conani & Cuiacii ad d. l. 2.

55 Aliud eſt vincere, aliud abrogare legem, & conſuetudo legem abrogare, ſed vincere non poteſt.

56 Lex in theſi conſiderata, ſemper vincit conſuetudinem ſimiliter conſideratam, ſecus ſi vtraq; in hypotheſi conſideretur.

58 Lex fundata ſuper præſumptione, non obligat in conſcientia, & contra huiuſmodi legem conſuetudo introduci poteſt.

59 Vtrùm mutato valore monetæ, tempus contractus, an ſolutionis in annua penſione, aut relutione ſit inſpiciendum? & n. 61.

50 Malè à Doctoribus eadem quæſtio his verbis: Vtrum mutatio monetæ proſit, obſitq; creditori, vel debitori? proponi ſolet.

62 Synonima quædã formularum loquendi in propoſita quæſtione.

63 Obligatio in emptione cenſus concipi poteſt, vel in certa ſpecie monetæ, vel in genere.

64 Bonitas monetæ alia extrinſeca, alia intrinſeca.

65 Si inter contrahentes conuentum ſit ſimpliciter, intelligitur de moneta frequentata in loco contractus, ſecundùm valorem, qui eſt tempore contractus.

66 Quodnam tempus inſpiciatur, ſi certa ſpecies numorum in obligationem deducta ſit, & antequàm dies ſolutionis veniat, monetæ valor mutetur? & num 72 & 115.

67 In emptione venditione precium debet eſſe certum.

68 Eſſentia monetæ in eius valore conſiſtit.

68 Quem commoda, eundem & incommoda ſequuntur.

70 Opinio Bartoli, & Doctorum communiter, quòd mutato valore monetæ antè moram debitoris, inſpici debeat tempus ſolutionis, & non contractus.

71 Refutatur opinio Bartoli, & Doctorum communiter, atq; à vino ad pecuniam malè ducitur argumentum. & cur?

73 Non placet opinio Fachinei, & aliorum, diſtingentium inter debitorem moroſum, & non moroſum.

74 Inſpicitur tempus contractus, ſiuè certus, ſiuè incertus numorum numerus, ſub certa tamen monetæ ſpecie in obligationem ſit deductus.

75 Si tempore contractus periculum fuit crebræ mutationis monetæ, ea poſtmodum mutata, ſolutionis, non contractus tempus inſpicitur.

79 Pactum, ſub qua æſtimatione monetæ ſolutio fieri debeat, inter contrahentes ab initio initum, eſt ſeruandum.

77 An creditori ſolutionem in alio valore, quàm fuerit tempore contractus, longiſſimo tempore recipienti, exceptio præſcriptionis obiici poſſit?

78 An, & quatenus in annuis præſtationibus præſcriptio currat? explicatio § in his etiam l. cum notiſſimi C. de præſcriptione 30. vel 40 annorum.

79 Opinio prima, quæ habet, quòd pro ſingulis annuis præſtationibus requirantur ſingulæ triginta annorum præſcriptiones.

80 Ra-

80 *Reprobatur hæc opinio.*

81 *Ius decimarum præſcriptione tringinta annorum in totum amittitur, tàm quò ad futuras, quàm præteritas præſtationes.*

82 *Seruitutibus tàm diſcontinuis, quàm continuis longo tempore præſcribitur.*

83 *Opinio ſecunda diſtinguens inter annuas præſtationes ex contractu, vel vltima voluntate debitas.*

84 *Refutatur hæc diſtinctio.*

85 *Non placet interpretatio Accurſii hanc diſtinctionem defendere volentis.*

89 *Stipulatio annua, bima, trima die aliquid ſolui quid? & an ſit vna, vel multiplex? vt num. 90. 91. & 92.*

87 *Iureconſultorum reſponſa in Pandectas relata, ſunt ſibi quandoq; contraria, & cur?*

88 *Explicatur principium l eos. C. de vſuris.*

89 *Sublata actione principali, tollitur & acceſſoria.*

90 *Quomodo intelligendum, quod dicitur à Iureconſultis, ſtipulationem annuæ præſtationis eſſe vnam, legatum verò annuum eſſe multiplex? & num. ſeq.*

92 *Stipulatio annuæ penſionis eſt pura, & ſimpliciter ad hæredes tranſitoria, annuum autem legatum non item.*

93 *Noua, ſed clara & elegans §. in his etiam, l. cum notiſſimi, C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, per aliquot caſus explicatio.*

94 *Si debitor ad inſtantiam creditoris annuam penſionem ſoluere recuſet, locus eſt præſcriptioni 30. annorum, tàm quoad futuras, quàm præteritas penſiones, tàm ex contractu, quàm vltima voluntate debitas, & num. 98.*

95 *Omni actioni præſcribitur 30. vel 40 annis.*

96 *Reiicitur reſponſio Fachinæi.*

97 *Aduerſus recipientem cenſum in moneta viliori, currit præſcriptio longiſſimi temporis.*

99 *Præſcriptione non poteſt plus acquiri, quàm fuerit poſſeſſum.*

100 *Cenſum ſoluere recuſans dicitur ſpoliare.*
101 *Quo caſu in annuis præſtationibus tot ſint præſcriptiones, quot anni?*
102 *Emphyteuta, qui ſe tales profitentur, directo dominio, ne quidem longiſsimo tempore præſcribunt, etſi canonem eo tempore non ſoluant.*
103 *Præſcriptio actionum perſonalium vim à negligentia domini capit.*
104 *Cenſitus, in dubio, cùm ſcilicet non conſtat, an interpellatus ſit, nec ne, præſcriptione triginta annorum tutus eſt, tàm quoad futuras, quàm præteritas penſiones.*
105 *Delicta non præſumuntur.*
106 *Spacio triginta annorum purgatur mala fidei ſuſpicio.*
107 *An debitor certæ quantitatis, ſi partem debiti tantùm, annuò per longiſsimum tempus ſoluat, parti non ſolutæ præſcribat? & num. 108. 109. contra Bart.*
109 *Contra ignorantem currit præſcriptio.*
110 *Debitor partem, vt partem ſoluens, præſcribit ſolis penſionibus, quarum dies antè triginta annos ceſsit, & venit, non item aliis.*
111 *Debitor obligatus ſoluere annuam penſionem in moneta, ſeu re precioſiore, ſi longiſsimo tempore ſoluat in re viliori, tutus eſt præſcriptione.*
112 *Soluitur quædam obiectio, contra numerum præcedentem.*
113 *Occurritur alii obiectioni contra prædicta.*
114 *Quandò in negante annuum cenſum præſumatur bona fides? remiſſiuè.*
115 *Non habetur ratio valoris monetæ, qui fuit tempore contractus, ſi penſio longiſsimo tempore ſoluatur ſecundùm eum valorem, qui eſt tempore ſolutionis.*
116 *Obligatus ſub certa ſpecie monetæ, non poteſt creditori inuito aliam obtrudere ſpeciem, præſertim alterius materiæ.*

Fallit,

Fallit, vt num. 119. & quatuor ſeq.

117 *Creditor inuitus, aliud pro alio accipere cogi non poteſt.*

118 *Reprehenditur Fachinaus.*

121 *Obligatus ſub certa moneta ſpecie, ſoluere poteſt in alia, ſi probet creditoris nihil intereſſe, hac, vel illa ſpecie ſolutio fiat.*

123 *Conſuetudine introduci poteſt, vt vna monetæ ſpecies, pro alia ſoluatur, etiam creditore inuito.*

124 *An debitor longiſſimo tempore aliam monetæ ſpeciem pro alia ſoluens, compelli poſſit, inpoſterum monetæ ſpeciem, primitus debitam, perſoluere?*

125 *Si moneta mutetur quoad bonitatem intrinſecam, ſolutio facienda eſt ſecundùm æſtimationem, qua fuit tempore contractus, contra Molinæum, Menochium, & alios.*

126 *Aduerbiorum, Tàm, Quàm, valor, & ſignificatio.*

126 *Reprobatur expoſitio Molinei, ad capit. cum Canonicis, de cenſi-bus.*

128 *In moneta non tantùm character, & ſignum, ſed bonitas materiæ attenditur.*

129 *Bonitas intrinſeca, ſiuè valor monetæ, eſt de eius ſubſtantia, & eſſentia.*

130 *Impugnatur ſententia noſtra ſupra num. 125. poſita, & ſex num. ſeqq.*

132 *Vtrùm in moneta habeatur tantùm ratio valoris impoſititii, an etiam ſimul materiæ? & numero 134. 138. & 141.*

133 *Numi aliquandò ex viliſſima materia, vt corio, plumbo, laminis ferreis excuſi.*

135 *Pecunia recipit identicam functionem in genere ſuo & n. 142.*

136 *Legato auro, & argento an veniant numi aurei, & argentei? vt num. 144.*

137 *Solutio argumentorum, quibus ſententia noſtra num. 225. ſupra poſita fuit impugnata.*

139 *In nummiſmatis, potiſſimum veteribus, vſusfructus conſtitui poteſt.*

140 *Quæ tempore neceſſitatis* ἀνωμάλως *fiunt, non ſunt trahenda in conſequentiam.*

141 *Functionem recipere quid; & quæ res recipiant functionem?*

145 *Princeps non poteſt, ſine iuſta cauſa monetæ valorem mutare.*

146 *Numus ſuum valorem non habet à natura: Et vndè dictus.*

147 *Subditi, qui primi monetam maiori precio, quàm quò publicè æſtimata eſt, exponunt, grauiter peccant contra iuſtitiam.*

148 *Ex conſuetudine, vel patientia principis poteſt monetæ valor à ſubditis augeri.*

149 *Ratione Cambii poteſt pecunia maiori precio exponi, quàm quo eſt æſtimata.*

150 *Quodnam ſit iuſtum precium annui cenſus temporis definiti.*

151 *Opinio prima, cenſum debere æquare ipſas penſiones, & præſtationes.*

152 *Reprobatur hæc opinio.*

153 *Opinio ſecunda, diſtingens inter cenſum perſonalem, & realem.*

154 *Opinio noſtra.*

155 *Cur creditor inuitus non teneatur recipere particularem ſolutionem?*

156 *Cur debitum pecuniarium in tempus futurum particulatim ſoluendum, iuſtè ematur minori precio, quàm ſit ipſum debitum?*

257 *Emens cenſum temporalem ad certum, & definitum tempus, etiam minori precio, quàm ſit ſumma omnium penſionum, tempore elapſo, ipſum capitale repetere nequit.*

158 *Quodnam ſit iuſtum precium cenſus temporalis incerti temporis ſeu victalitii?*

159 *Spes,*

159 *Spes, & alea rectè emuntur.*

160 *Precium victalitii non poteſt conſtitui ex longiſſimo vitæ humanæ termino.*

161 *Probabile eſt, non autem præſumptibile, hominem viuere centum annos.*

162 *Cur homines olim diutius vixerint, quàm hodiè?*

163 *Precium victalitii arbitrio boni viri, pro ementis qualitate, & temporum caritate eſt definiendum, & determinandum.*

VNVM, idemque † omnium ſpecierum 1
annui cenſus iuſtum precium conſtitui non poteſt: *Aliud* enim eſt precium iuſtum in cenſu perpetuo: *Aliud* in cenſu temporali. Rurſum *aliud* in cenſu perpetuo, qui ex pacto redimi poteſt, *aliud* in cenſu irredimibili. Sic aliud eſt in cenſu temporali incerto: aliud ad certos annos conſtituto. Igitur *Primum* quodnam cenſus perpetui irredimibilis, *Deinde* redimibilis, *Deniq;* temporalis cenſus iuſtum ſit precium oſtendam.

Primum admodum eſt controuerſum: nam † 2
Benedictus Bonius *tract. de cenſibus, lib. 1. art. 8.* Antonius Theſaurus *deciſ. Pedemontan. 154. & nonnulli alii,* relati à Tyraquel. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 6. num.* 17. cenſent iuſtum eſſe pretium in cenſibus perpetuis irredimibilibus, cùm centena in ſingula dena dantur: Probantque ſuam opinem. Primo *ex noſtris extrauagantibus.* Secundò *ex quadam extrauagante Nicolai Quinti ad Alphonſum Regem Arragoniæ, & Siciliæ* directa, in quam commentaria ſcripſit *Petrus Follerius.*
Quam ſententiam reprobat *Andreas Fachinæus cont.* 3
iuris, lib. 2. cap. 42. Primum, quòd Martini Calixti

dictam iniquam, & iniuſtam non eſſe, ideoque prætextu læſionis ſupra dimidium iuſti precii contractum reſcindi non poſſe. Nam † ad agnoſcendam precii
113. modicitatem, & læſionem in contractu, reſpiciendum eſt non ad tempus præſens, præſentemque rei venditæ valorem, & æſtimationem; ſed ad id tempus, quo contractus eſt celebratus, & iuxta illius temporis valorem res vendita æſtimanda eſt. *l ſi voluntate. in fi. C. de reſcind vendit. l. non intelligere. §. diui fratres. ff. de iure fiſci. gl c. ad aures. verb niſi fortè tunc. extra de reb. eccl. alien. vel non. c. cùm dilectis. extra de empt. & vend.* Aymon Grauetta *conſ* 151. *& conſ.* 188. *n.* 4. Bart. *l* 2. *n* 16. *C. de reſcind vend.* vbi Arius Pinel. 1 *part nu.* 2. Petrus Binsfeld *c. in ciuitate quæſt.* 15. *concl.* 2. *de vſur.* Couarr. *lib* 3 *reſol. c.* 10. *n* 5. *verſ. Quartò.* vbi in terminis propoſitæ quæſtionis aſſerit, ad modicitatem cognoſcendam attendendum eſſe tempus conſtitutionis cenſus, id ni fiat, plures emptiones cenſus ante centum, ducentos, & eo amplius annos, factos, ac celebratos, iniquos, atque iniuſtos dicere oportet, atque reſcindere: Quis enim neſcit ante centum, ducentos, & trecentos annos prædia, fundos, agros, domus, frumentum, vinum, &c. viliſſimo precio, ſed pro tempore iuſto comparatum, iam duplo maiori precio æſtimari, ac diuendi.

CA-

CAPVT QVINTVM, DE IVSTO ANNVI REDITVS PRECIO.

SVMMARIA.

1 *Non eſt idem omnium ſpecierum annui reditus precium.*
2. *Quodnam ſit iuſtum precium cenſus perpetui irredimibilis?* & *num ſeqq.*
3 *Reprobatur ſolutio quædam Fachinæi.*
4 *Interpretatio §. item ſi Reipublicæ. l. 3. ff. ad l. Falcid.* & *Calendarium vndè dictum? vt num. 6.*
5 *Vſuræ centeſimæ, ſemiſſes, trientes, quid?*
7 *Refellitur Lupi, Menochii, Fachinæi de iuſto annui cenſus irredimibilis precio, ſententia.*
8 *Super prædio precioſo poteſt modicus conſtitui cenſus.*
9 *Couarruuiæ opinio de iuſto precio annui reditus perpetui.*
10 *Non poteſt omnibus prouinciis vnum idemq; annuorum redituum, ſiuè irredimibilium, ſiue redimibilium conſtitui precium,* & *cur non?*
11 *Cenſus perpetuus irredimibilis pluris æſtimatur, quàm redimibilis.*
12 *Res nullo onere grauata maioris eſt precii, quàm quæ ſub onere diſtrahitur.*
13 *Pactum in fauorem venditoris appoſitum pars precii cenſetur,*
14 *Qua proportione precium cenſus irredimibilis ſuperare debeat cenſus redimibilis.*

15 *Precium cenſus irredimibilis non eſt definitum conſtitutionibus Romani Imperii.*

16 *Contractus regulantur ſecundùm loci conſuetudinem.*

17 *Hodiè in Germania per rarò conſtituuntur cenſus irredimibiles, & quo precio olim fuerint empti?*

18 *Conſtitutionibus Imperii non ſunt prohibiti cenſus irredimibiles, contra Binsfeldium.*

19 *Hodiè in Germania certum eſt annui reditus redimibilis precium olim fuit varium, & cur? vt num. 20.*

21 *Vbi frequentiores negotiationes, ibi maius pecuniæ lucrum, & minus annui reditus precium.*

22 *Vtrùm, ſi cenſus contra legis, vel conſuetudinis definitum precium comparetur, totus contractus, an verò ſolùm exceſſus vitietur?*

23 *Opinio Guidonis Papæ, cenſentis totum contractum vitiari.*

24 *Opinio Tyraquelli, & Molinæi diſtinguentium inter exceſſum paruum & magnum.*

25 *Opinio Andreæ Gaill, putantis ſolùm exceſſum vitiari, quæ verior.*

26 *Quandò in contractibus vtile propter invtile non vitietur?*

27 *Pactum, contra ſubſtantiam contractus appoſitum, contractum non vitiat, ſed vitiatur.*

28 *Soluitur argumentum Guidonis Papæ.*

29 *Quandò contractus contra legem celebratus, ſit ipſo iure nullus, quandò non? Breuiter & remiſſiuè.*

30 *Contractus emptionis cenſus, in quo ſupra legitimas penſiones aliquid datur, non eſt vſurarius.*

31 *Non omnis iniquitas eſt vſura.*

32 *Vtrùm Conſtitutiones Imperii, de annui reditus redimibilis precio latæ, extendantur etiam ad contractus antè celebratos.*

33 *Opinio Caroli Molinæi adfirmans.*

34 *Conſtitutio reprobans ea, quæ cùm iure naturali, & diuino pugnant, extenditur etiam ad caſus præteritos.*

35 *Opinio Andreæ Gaill negans, quæ verior.*

36 In-

Digitized by Google

36 Iuſtitia, vel iniuſtitia contractus iudicatur ex æſtimatione rerum, quæ eſt tempore contractus.
37 Leges futuris non præteritis dant formam negotiis.
38 In dubio non præſumitur, quòd imperatores ſuis conſtitutionibus alicui ius quæſitum auferre velint.
39 Reſpondetur argumentis Caroli Molinæi.
40 Aliud eſt, eſſe, aliud haberi, & verbum haberi, non rarò imo proprietatem denotat.
41 Malorum quædam ſunt prohibita, quia mala, quædam verò mala, quia prohibita.
42 Vtrùm Conſtitutiones Imperii de certo annuorum redituum precio latæ, contraria conſuetudine tolli poſſint? & num. 44.49.
43 Conſuetudo nutriens peccatum non valet.
45 Tria dicta Gregorii de Valentia, quorum duo prima reprobantur tertium admittitur.
46 Legem promulgatam, & receptam eſſe in facto conſiſtit.
47 In dubio leges præſumuntur receptæ.
48 Doctori de conſuetudine atteſtanti, quandò credatur?
50 Leges ciuiles contraria conſuetudine tolli poſſunt.
51 Probatio conſuetudinis eſt difficilis.
52 Intellectus, & conciliatio l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, cum l de quibus, in fine. ff. de LL. & num 54. & 57.
53 Reiicitur intellectus Conani & Cuiacii ad d. l. 2.
55 Aliud eſt vincere, aliud abrogare legem, & conſuetudo legem abrogare, ſed vincere non poteſt.
56 Lex in theſi conſiderata, ſemper vincit conſuetudinem ſimiliter conſideratam, ſecus ſi vtraq; in hypotheſi conſideretur.
58 Lex fundata ſuper præſumptione, non obligat in conſcientia, & contra huiuſmodi legem conſuetudo introduci poteſt.
59 Vtrùm mutato valore monetæ, tempus contractus, an ſolutionis in annua penſione, aut reluitione ſit inſpiciendum? & n. 61.
60 Malè à Doctoribus eadem quæſtio his verbis: Vtrum mutatio monetæ proſit, obſitq; creditori, vel debitori? proponi ſolet.
62 Synonima quædã formularum loquendi in propoſita quæſtione.

63 *Obligatio in emptione cenſus concipi poteſt, vel in certa ſpecie monetæ, vel in genere.*

64 *Bonitas monetæ alia extrinſeca, alia intrinſeca.*

65 *Si inter contrahentes conuentum ſit ſimpliciter, intelligitur de moneta frequentata in loco contractus, ſecundùm valorem, qui eſt tempore contractus.*

66 *Quodnam tempus inſpiciatur, ſi certa ſpecies numorum in obligationem deducta ſit, & antequàm dies ſolutionis veniat, monetæ valor mutetur? & num 72 & 115.*

67 *In emptione venditione precium debet eſſe certum.*

68 *Eſſentia monetæ in eius valore conſiſtit.*

68 *Quem commoda, eundem & incommoda ſequuntur.*

70 *Opinio Bartoli, & Doctorum communiter, quòd mutato valore monetæ antè moram debitoris, inſpici debeat tempus ſolutionis, & non contractus.*

71 *Refutatur opinio Bartoli, & Doctorum communiter, atq; à vino ad pecuniam malè ducitur argumentum, & cur?*

73 *Non placet opinio Fachinæi, & aliorum, diſtingentium inter debitorem moroſum, & non moroſum.*

74 *Inſpicitur tempus contractus, ſiuè certus, ſiuè incertus numorum numerus, ſub certa tamen monetæ ſpecie in obligationem ſit deductus.*

75 *Si tempore contractus periculum fuit crebræ mutationis monetæ, ea poſtmodum mutata, ſolutionis, non contractus tempus inſpicitur.*

79 *Pactum, ſub qua æſtimatione monetæ ſolutio fieri debeat, inter contrahentes ab initio initum, eſt ſeruandum.*

77 *An creditori ſolutionem in alio valore, quàm fuerit tempore contractus, longiſſimo tempore recipienti, exceptio præſcriptionis obijci poſſit?*

78 *An, & quatenus in annuis præſtationibus præſcriptio currat? explicatio § in his etiam l. cum notiſſimi C. de præſcriptione 30. vel 40 annorum.*

79 *Opinio prima, quæ habet, quòd pro ſingulis annuis præſtationibus requirantur ſingulæ triginta annorum præſcriptiones.*

80 Ra-

80 *Reprobatur hac opinio.*

81 *Ius decimarum præſcriptione tringinta annorum in totum amittitur, tàm quò ad futuras, quàm præteritas præſtationes.*

82 *Seruitutibus tàm diſcontinuis, quàm continuis longo tempore præſcribitur.*

83 *Opinio ſecunda diſtinguens inter annuas præſtationes ex contractu, vel vltima voluntate debitas.*

84 *Refutatur hac diſtinctio.*

85 *Non placet interpretatio Accurſii hanc diſtinctionem d.fendere volentis.*

89 *Stipulatio annua, bima, trima die aliquid ſolui quid? & an ſit vna, vel multiplex? vt num.90.91.& 92.*

87 *Iureconſultorum reſponſa in Pandectas relata, ſunt ſibi quandoq; contraria, & cur?*

88 *Explicatur principium l eos. C.de vſuris.*

89 *Sublata actione principali, tollitur & acceſſoria.*

90 *Quomodo intelligendum, quod dicitur à Iureconſultis, ſtipulationem annuæ præſtationis eſſe vnam, legatum verò annuum eſſe multiplex? & num.ſeq.*

92 *Stipulatio annuæ penſionis eſt pura, & ſimpliciter ad heredes tranſitoria, annuum autem legatum non item.*

93 *Noua, ſed clara & elegans §. in his etiam, l.cum notiſſimi, C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, per aliquot caſus explicatio.*

94 *Si debitor ad inſtantiam creditoris annuam penſionem ſoluere recuſet, locus eſt præſcriptioni 30. annorum, tàm quoad futuras, quàm præteritas penſiones, tàm ex contractu, quàm vltima voluntate debitas, & num. 98.*

95 *Omni actioni præſcribitur 30.vel 40 annis.*

96 *Reiicitur reſponſio Fachinæi.*

97 *Aduerſus recipientem cenſum in moneta viliori, currit præſcriptio longiſſimi temporis.*

99 *Præſcriptione non poteſt plus acquiri, quàm fuerit poſſeſſum.*

Digitized by Google

100 *Cenſum ſoluere recuſans dicitur ſpoliare.*
101 *Quo caſu in annuis præſtationibus tot ſint præſcriptiones, quot anni?*
102 *Emphyteutæ, qui ſe tales profitentur, directo dominio, ne quidem longiſſimo tempore præſcribunt, etſi canonem eo tempore non ſoluant.*
103 *Præſcriptio actionum perſonalium vim à negligentia domini capit.*
104 *Cenſitus, in dubio, cùm ſcilicet non conſtat, an interpellatus ſit, nec ne, præſcriptione triginta annorum tutus eſt, tàm quoad futuras, quàm præteritas penſiones.*
105 *Delicta non præſumuntur.*
106 *Spacio triginta annorum purgatur mala fidei ſuſpicio.*
107 *An debitor certæ quantitatis, ſi partem debiti tantùm, annuò per longiſſimum tempus ſoluat, parti non ſolutæ præſcribat? & num.* 108. 109. *contra Bart.*
109 *Contra ignorantem currit præſcriptio.*
110 *Debitor partem, vt partem ſoluens, præſcribit ſolis penſionibus, quarum dies antè triginta annos ceſſit, & venit, non item aliis.*
111 *Debitor obligatus ſoluere annuam penſionem in moneta, ſeu re precioſiore, ſi longiſſimo tempore ſoluat in re viliori, tutus eſt præſcriptione.*
112 *Soluitur quædam obiectio, contra numerum præcedentem.*
113 *Occurritur alii obiectioni contra prædicta.*
114 *Quandò in negante annuum cenſum præſumatur bona fides? remiſſiuè.*
115 *Non habetur ratio valoris monetæ, qui fuit tempore contractus, ſi penſio longiſſimo tempore ſoluatur ſecundùm eum valorem, qui eſt tempore ſolutionis.*
116 *Obligatus ſub certa ſpecie monetæ, non poteſt creditori inuito aliam obtrudere ſpeciem, præſertim alterius materiæ.*

Fallit,

Fallit, vt num. 119. & quatuor ſeq.

117 *Creditor inuitus, aliud pro alio accipere cogi non poteſt.*

118 *Reprehenditur Fachinaus.*

121 *Obligatus ſub certa moneta ſpecie, ſoluere poteſt in alia, ſi probet creditoris nihil intereſſe, hac, vel illa ſpecie ſolutio fiat.*

123 *Conſuetudine introduci poteſt, vt vna moneta ſpecies, pro alia ſoluatur, etiam creditore inuito.*

124 *An debitor longiſſimo tempore aliam moneta ſpeciem pro alia ſoluens, compelli poßit, inpoſterum moneta ſpeciem, primitus debitam, perſoluere?*

125 *Si moneta mutetur quoad bonitatem intrinſecam, ſolutio facienda eſt ſecundùm aſtimationem, qua fuit tempore contractus, contra Molinæum, Menochium, & alios.*

126 *Aduerbiorum, Tàm, Quàm, valor, & ſignificatio.*

126 *Reprobatur expoſitio Molinai, ad capit. cum Canonicis, de cenſi-bus.*

128 *In moneta non tantùm character, & ſignum, ſed bonitas materiæ attenditur.*

129 *Bonitas intrinſeca, ſiuè valor moneta, eſt de eius ſubſtantia, & eſſentia.*

130 *Impugnatur ſententia noſtra ſupra num. 125. poſita, & ſex num. ſeqq.*

132 *Vtrùm in moneta habeatur tantùm ratio valoris impoſititii, an etiam ſimul materiæ? & numero 134. 138. & 141.*

133 *Numi aliquandò ex viliſſima materia, vt corio, plumbo, laminis ferreis excuſi.*

135 *Pecunia recipit identicam functionem in genere ſuo & n. 142.*

136 *Legato auro, & argento an veniant numi aurei, & argentei? vt num. 144.*

137 *Solutio argumentorum, quibus ſententia noſtra num. 225 ſupra poſita fuit impugnata.*

159 *Spes, & alea rectè emuntur.*
160 *Precium victalitii non poteſt conſtitui ex longiſſimo vitæ humanæ termino.*
161 *Probabile eſt, non autem præſumptibile, hominem viuere centum annos.*
162 *Cur homines olim diutius vixerint, quàm hodiè?*
163 *Precium victalitii arbitrio boni viri, pro ementis qualitate, & temporum caritate eſt definiendum, & determinandum.*

VNVM, idemque † omnium ſpecierum 1
annui cenſus iuſtum precium conſtitui
non poteſt: *Aliud* enim eſt precium iuſtum
in cenſu perpetuo: *Aliud* in cenſu temporali. Rurſum *aliud* in cenſu perpetuo, qui ex pacto redimi poteſt, *aliud* in cenſu irredimibili. Sic aliud eſt in cenſu temporali incerto: aliud ad certos annos conſtituto. Igitur *Primum* quodnam cenſus perpetui irredimibilis, *Deinde* redimibilis, *Deniq.* temporalis cenſus iuſtum ſit precium oſtendam.

Primum admodum eſt controuerſum: nam † 2
Benedictus Bonius *tract. de cenſibus, lib.1.art.8.* Antonius Theſaurus *deciſ. Pedemontan.154. & nonnulli alii,* relati à Tyraquel. *de retract. conſanguin. §.1.gloſſ.6.num.17.* cenſent iuſtum eſſe pretium in cenſibus perpetuis irredimibilibus, cùm centena in ſingula dena dantur: Probantque ſuam opinem. Primo *ex noſtris extrauagantibus.* Secundò *ex quadam extrauagante Nicolai Quinti ad Alphonſum Regem Arragoniæ, & Siciliæ* directa, in quam commentaria ſcripſit *Petrus Follerius.*
Quam ſententiam reprobat *Andreas Fachinaus cont.* 3
iuris, lib.2.cap.42. Primum, quòd Martini Calixti

Tertia opinio eſt *Laurentii de Rodolphis, in comment. de vſuris, 2. parte, quæſt. 12.* opinantis centum pro ſex iuſtum conſtituere precium. *Hanc* opinionem nullo niti fundamento dicit Fachinæus *allegato loco.* Couarruuias *ſæpedicto loco, num. 6.* eam ſibi non placere ait, cauſam diſplicentiæ adfert nullam.

Quarta opinio eſt, quòd centum pro quatuor iuſtum conſtituant precium. *per l. tertiam. §. item ſi Reipublicæ. ff. ad l. Falcidiam.* vbi inter reliqua legata, cùm Reipublicæ annuum legatum eſſet relictum, atque hæres de legatis Falcidiam detrahere vellet, quæſitum fuit, quanti æſtimandum ſit legatum, ad effectum vt ſciatur, quantùm Falcidiæ nomine de eo detrahi debeat? reſpondet *ex Marcello Paulus*, tantùm videri legatum, quantum ſufficiat ſorti ad vſuras trientes eius ſummæ, quæ legata eſt, colligendas, hoc eſt, centena in ſingula quaterna.

Pro cuius §. intelligentia ſciendum † fœneratores olim vſuras quolibet menſe in ipſis Calendis accipere conſueuiſſe, vndè *Calendarium* appellabant librum, in quo calculus, & ratio vſurarum ſcribebatur. *l. Publia. §. Lucius. ff. depoſiti. l. lecta. ff. ſi cert. petatur. l. qui filium. l. nomen. ff. de legat. 3.* Vndè vſura centeſima eſt, † quæ centum menſibus ſortem æquat, & ſingulis menſibus de centum vnum parit, ſicque duodecim in anno de centum dantur. *Semiſſes* vſuræ dicuntur, cum media pars centeſimæ, hoc eſt, ſex in anno de centum præſtantur. *Triens* vſura eſt, cùm tertia pars centeſimæ in anno ſoluitur, vt quandò de centum in anno quatuor numerantur. Budæus *libr. 1. de aſſe.* Alciatus *lib. 3. diſpunct. capit. 1.*

(4 and 5 are margin numbers:)

Tyraquel. *de vtroq; retractu; lib.* 1. §. 1 *verbo, rentes.* glo. 6. *num.* 18. Carol Molin. *de commerc. & vſur. à num* 36. *vſq; ad* 50. Couarruu. *lib.* 3. *reſolut. cap.* 9. *num.* 6. Petrus Binsfeld *c. quia in omnibus, quaſt* 4. *concluſ.* 3 vbi Accurſium *in l. eos. C. de vſuris. & d. l.* 3. §. *item ſi reipublica, ff ad l. Falcidiam.* in horum vocabulorum interpretatione
6 aberraſse oſtendit. Iam vt *ad dicti* §. *item ſi reipublicæ* † interpretationem reuertamur, ſi fingamus in caſu illius §. reipublicæ duodecim annua eſſe legata, æſtimabuntur iſta duodecim annua pro trecentis florenis: nam huic ſorti illa duodecim in ſingulos annos tanquàm vſuræ trientes reſpondent, detraheturque Falcidia de annuo legato, habita ratione ad ſortem, hoc eſt, trecentos florenos.

Quinta opinio eſt *gloſſæ in auth perpetua, verbo, iuſta. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & aliorum relatorum à Cou. & Fach. *dictis locis.* cenſentium, centum pro quinq; eſſe iuſtum annui perpetui reditus preciū. Innititur hæc ſententia *textui in* §. *ſi verò alicuius. in auth. de non alien. reb. Eccleſ.* vbi vult *Iuſtinianus*, vt res Eccleſiæ dentur in emphyteuſin pro ea penſione, quæ in viginti annis æſtimationem prædii emphyteutici faciat, quaſi iuſtum reditus precium ex prædii æſtimatione ſit metiendum. Hanc rationem nihil ad rem facere aſſerunt Couarruu. & Fachin. *dicto loco*, quòd *citatus* §. *loquatur* de emphyteuſi rei Eccleſiaſticæ ad certum tempus, precioſæ quidem, ſed modici reditus: habeatque ſibi repugnantem textum *in* §. *ſanctiſſimas, in auth. de alienat. & emphyt.* Etſi autem hanc opinionem d. §. ſi verò alicuius, minimè probari cenſeat *Couarruuias*: nihilominus tamen hanc quintam opinionem communem, omninoque refellandam non putat, quòd ea hominum

num æſtimatione ſit probata. *Sexta ſententia* eſt Iohannis Lupi *ad l.2. C.de pact. inter emptor. & venditor. comment* 2 §.2.*num*.79. Iacob. Menoch.*conſil*.445.*nu*. 12.*lib*.5.quem ſequitur Fachinęus *allegato loco*, arbitrantium, iuſtum precium annui cenſus irredimibilis eſſe illud, quod æſtimationi rei, ſuper qua conſtituitur, & fructibus, qui ex re percipiuntur, reſpondet, & conforme eſt. Hæc opinio non ſolùm iuris fundamentis caret, ſed & firmis rationibus expugnari † poteſt. Primò quia in emptione prædium neque æſtimatur, neq; venditur, vti ſupra contra Duarenum eſt probatum. Secundò, quia ſuper prædio, quod mille florenis valet, cenſus viginti florenorum emi poteſt. Tertiò, quia annui cenſus irredimibilis æſtimatio non eſt per omnia ſimilis prædiorum æſtimationi: nam commune precium fundi à cladibus liberi eſt ad rationem triginta pro vno, vt docet *Carol. Molinæus. tract. de commerc. quæſt*.5. *num*.123. Prædiorum verò aliorum, periculo hoſtium, alluuionis, &c. expoſitorum certum non eſt, ſed varium pro periculi præſentia. *l*.3. §. *diui fratres.ff. de iure fiſci*. Quartò æſtimatio prædii, & fructuum ſibi inuicem non ſemper reſpondent: nam prædium etiam admodùm fructiferum ex cauſa uili præcio æſtimatur, fructus quoque prædii regulariter vberiores ſunt, quàm cenſus annuus. Quintò, quòd aſſerunt fructuum æſtimationi precium reſpondere debere: aut eum habet ſenſum, quòd omnes fructus prædii æſtimationi & prædii, & precii reſpondere debeant, & id falſum eſt: nam ex prædio † quod valet mille florenos ferrque fructus copioſiſſimos centum florenorum, cenſus quinque florenis emi poteſt: aut eum habet ſenſum, quod fructus non quidem omnes, ſed qui penſionis

(margin: 7 beside "Primò"; 8 beside "ex prædio")

ſionis loco ſoluuntur, precio conformes eſſe debeant, & hoc eſt petere principium, & rem dubiam non extricare ſed inuoluere, nam adhuc remanet quæſtio, quanti debeant eſſe fructus, quantumuè precium.

9 *Septima ſententia* † *eſt Couarruuiæ dicto lib. 3. reſolut. cap. 9. num. 6. verſic. ex quibus colligitur*, arbitrantis obſeruandam eſſe hac in re ſingularum prouinciarum conſuetudinem, communemq; hominum æſtimationem, ſecundùm quam rerum precia ſolent definiri. *l. precia rerum. ff. ad l. Aquil.* In eadē ſententia eſt Carol. Molin. *de commerc. quaſt. 5.*

Hanc ſententiam ego veriorem iudico, vt videlicet ſingularum prouinciarum conſuetudo attendatur, ſi ſpeciali lege precium annuorum redituum definitum non ſit: nam ſi lege precium ſit taxatum, de iuſto precio diſputare ſuperfluum eſt.

10 *Sit itaq; prima* † *concluſio:* Vnum idemque precium annuorum redituum ſiuè redimibilium, ſiue irredimibilium in omnibus prouinciis nec eſt conſtitutum, nec conſtitui poteſt. Probatur concluſio, *Primò*, ex pluralitate opinionum ſupra relatarum: *Secundò* diuerſitate legum, precia diuerſa conſtituentium: *Tertiò* ex praxi, & obſeruantia, aliud enim eſt iuſtum prebium in *Germania*, aliud in *Gallia*, aliud in *Hiſpania*, aliud in *Italia*: *Quartò* ratione, quia precium omnium mercium diuerſum eſt in diuerſis regnis, & prouinciis, pro varietate gentis, pro diſtinctione commerciorum, pro copia vel inopia mercium, emptorum, &c

11 *Secunda concluſio*: cenſus † perpetuus irredimibilis pluris æſtimatur, emiturque quàm redimibilis. Probatur concluſio: *Primò ex Leuitic. capit. 25.* vbi pro anni Iubilæi vicinitate, & remotione, agri, prædia,

dia, domus, &c. carius, viliusque emuntur. *Secundò*, quia res nullo onere grauata maioris eſt precii, quàm 12
ea quæ ſub onere diſtrahitur: atqui cenſus redimibilis habet onus redemptionis, quia redimi poteſt: igitur minoris emitur. *cap. cum donationes, de fide inſtrumen* vbi Panormitanus, idem *in cap. cùm in aliquibus, num. 2. de decimis*. Couarruuias *lib. 3. reſolut. cap.* 10. *num.* 1. *Tertiò*, quia pactum † in fauorem vendito- 13
ris appoſitum, pars precii cenſetur. *l. fundi partem. ff. de contrahend. empti*. Summerhardt *de contract. quaſt.* 84. *concl.* 1. Binsfeld. *dicto cap. in ciuitate, quaſtion.* 14. *concl.* 7. Quanta † autem proportione precium cen- 14
ſus irredimibilis, precium cenſus redimibilis ſuperare debeat, id conſuetudini, & communi vſui, ſeu iudicio prudentum relinquendum eſt: Cou. *cit. c.* 10. *nu.* 1 *&* 2. Molin. *de contr. diſp.* 385 *propè fin. in ſolutione ſecundi.*

Tertia concluſio, precium † cenſus irredimibilis 15
conſtitutionibus Romani Imperii definitum non eſt, ideoque in eo definiendo obſeruanda eſt religionis conſuetudo, & receptum bonorum hominum iudicium. *Prior* concluſionis pars probatur, quia Imperii ordinationes de cenſu redimibili loquuntur: *Poſterior* pars probatur auctoritate Couarruuiæ *alleg. cap.* 9. *num.* 6. *verſicul. Ex quibus colligitur*, Binsfeldii, *dicta quaſtion.* 14. *concluſ.* 8. Ratio eſt, quia † con- 16
tractus ſecundum loci conſuetudinem regulantur. *l. ſi fundum, ff. de euictionibus. l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iuris*, Menochius *de praſumpt. lib.* 3 *præſumption.* 38 *nu.* 9. *In Germania* † hoc tempore pauci 17
cenſus irredimibiles conſtituuntur, qui autem ſunt conſtituti, communiter empti ſunt ad rationem viginti quinq; pro vno, *iuxta l.* 3. §. *item ſi reipubl. ff. ad l. Falcid.*

 Porrò

Porrò quòd cenſet † Binsfeld. *dicta concluſion.* 8. Caroli Quinti conſtitutionibus cenſus irredimibiles eſſe excluſos, & prohibitos, id nulla ratione defendi poteſt: non enim prohibet cenſus irredimibiles, ſed redimibilium cenſuum precium determinat, & conſtituit Imperator.

19 *Quarta concluſio*, etſi in *Germania* precium cenſus redimibilis pro temporũ diuerſitate in diuerſis locis fuit varium: attamen hodiè precium eſt certum, definitumque, atque ex imperii conſtitutionibus centum quinq; iuſtè emuntur. *Prior* concluſionis pars probatur partim *ex noſtris extrauagantibus*, partim *ex iis, quæ tradit Summerhardt quaſt.* 83. *concl.* 2. partim ex his quæ tradit Binsfeld. *ſæpedict. quaſt.* 14. *concluſ.* 2. quibus in locis refertur non idem, ſed varium annuorum redituum redimibilium precium in *Germania* olim fuiſſe, atque iam decem, iam vndecim, iam duodecim, iam quatuordecim, iam quindecim, iam viginti florenis, ſeu marchis vnam fuiſſe emptam. *Poſterior* concluſionis pars probatur, *ex conſtitutione Maximiliani Primi anno* 1495. *VVormaciæ edita.* quæ inſcribitur, Von gemeinen Pfennigen/ *&c. rubrica* Wie fünff vnnd zwantzig / *&c.* cuius mentionem facit Carolus Molinæus *de commerc. quaſt.* 5. *num.* 137. Couarruuias *dicto cap.* 10 *num.* 2. Idem patet *ex Caroli Quinti conſtitutione, anno* 1548. *in Comitiis Auguſtanis publicata, & Rodolphi Secundi ordinatione, anno* 1577. *Francofurti edita, tit.* 19. quibus in locis ſtatuitur precium cenſus redimibilis ad rationem quinq; pro centum.

Cur autem † precium annuorum redituum, tàm redimibiliũ, quàm irredimibilium olim fuerit tàm variũ, ratio dari poteſt multiplex. *Prima*, quia res, ſuper qua cē

ſus

ſus fuit emptus, aliquandò periculis fuit ſubiecta, aliquandò non. Couarr. *cit. cap. 9. num. 6. verſic. Ex his colligitur.* *Secunda*, quia aliquandò plures conditiones & pacta aliquandò pauca fuêre contractui appoſita: itaque ratione onerum, & conditionum precium fuit vel maius, vel minus. *Binsfeld. ſæpecit. c. in ciuitate. quæſt.* 14 *concl.* 5. *dubio* 1. *Tertia*, quia in quibuſdam prouinciis commercia ſunt aſſidua, & frequentia, in quibuſdam exigua & rara, quò fit, vt in † locis, vbi ne- 21
gotiationes ſunt frequentiores, maior ſit vſus pecuniæ, maiusque lucrum, vbi verò commercia ſunt rariora, minus valet numus, minoremque præbet vſum. Carol. Molinæus *de commerc. quæſt.* 5. *num.* 127. Binsfeld. *d. c. in ciuitate. quæſt.* 14. *concl.* 5. *dubio* 1.

Ex his quæ de iuſto annui reditus precio hactenus dicta ſunt, *aliquot* oriuntur quæſtiones.

Prima eſt: *Si † contra Imperii conſtitutiones, aut prouinciæ conſuetudinem cenſus ſit comparatus, exempli gratia, ſi centum, ſex, ſeptem, vel octo ſint empti, vtrùm totus contractus vitietur, ac iudicetur vſurarius, vel ſolus exceſſus reiiciatur, fiatq; reductio ad legitimas penſiones?* Qua in quæſtione tres exiſtunt Doctorum ſententiæ. 22

Vna *Guidonis* † *Papæ*, qui *conſil.* 180. concludit, 33
totum contractum cenſeri vſurarium, & per conſe-

accidit:nam *Imperatoriæ conſtitutiones* exceſſum ſolùm caſſant, & pro non adiecto habent, contractum verò principalem non annullant.

Porrò notanter dictum eſt ab Imperatoribus in citatis conſtitutionibus, quòd id, quod ſupra legitimas
30 penſiones datur, accipitur, vel promittitur, pro vſurario ſit cenſendum. Nam vſurarius † propriè non eſt contractus emptionis cenſus, in quo ſupra legitimas penſiones aliquid datur, accipitur, promittitur, licet iniquus, & iniuſtus rectè dici queat: vſura enim propriè cadit in mutuum, iniquitas autem, & iniuſtitia in
31 emptione interuenire poteſt, differuntque † inter ſe iniquitas ſeu iniuſtitia, & vſura, tanquàm genus & ſpecies: nam omnis vſura eſt iniquitas, non autem reciprocè omnis iniquitas, ſeu iniuſtitia eſt vſura. *Couarr. lib. 3. reſolut. cap. 9. num. 6. verſic. Ex quibus colligitur.* Quamobrem cautè admodùm in ſuis conſtitutionibus aſſerunt Imperatores huiuſmodi contractus pro vſurariis habendos, & cenſendos, quæ verba improprietatem denotant, per principium *inſtit. de iure nat. gent. & ciuili, vbi gl. verbo, cenſeri.*

32 Secunda quæſtio eſt: *Vtrùm† Imperatoriæ conſtitutiones ad caſus & contractus ſolùm futuros, hoc eſt, poſt conſtitutiones celebratos referendæ ſint: an verò ad præteritos contractus extendi debeant? verbi gratia: Emit quis antè ducentos annos,*

annos, & ſic antè Imperatorias conſtitutiones latas, centum florenis ſex, ſeptem, octo florenos annuæ præſtationis: quæritur, ſi illi contractus ad rationem quinq; pro centum reduci debeant?

In qua quæſtione *aientem partem* defendit Caro-
lus † Molinæus *de contractibus, quæſt.* 10. *num.* 142. ad- 33
ſerens leges precium annuorum redituum definientes
ad præteritas emptiones celebratas antè leges editas
extendendas eſſe. Mouetur is *l. penult. C. de vſuris,*
qui l. eos. proximè præcedentem tàm ad præteritas vſu-
rarum ſtipulationes, quàm futuras referendam decla-
rat, dictamque *l. eos.* vſuram moderantem ad immo-
deratas vſuras præterito tempore in ſtipulationem de-
ductas extendit, annulans exceſſum, immoderataſque
vſuras ad moderatas reducens.

Pro qua opinione facit ſecundò, quòd conſtitu-
tio † reprobans ea, quæ cum iure diuino, & naturali 34
pugnant, ad caſus & negotia præterita extendatur.
c. cùm tu, vbi Doctores de vſuris. atqui emptio cenſus
facta contra formam, & precium in conſtitutionibus
definitum dicitur vſuraria, cumque vſura tàm de iure
diuino, quàm naturali ſit prohibita: conficitur quòd
ad præteritas emptiones cenſus conſtitutiones Impe-
ratoriæ porrigi debeant.

Verùm † his & ſimilibus nihil morantibus, contra-
rium deciditur, atque ad quæſtionem reſpondetur, 35
Imperii conſtitutiones, quæ cenſuum emptiones ad
rationem vnius pro viginti conſtitui volunt, eas verò,

quæ ad rationem vnius pro decem, vndecim, duodecim &c. fiunt, damnant, reprobantque, ad præteritas emptiones, quibus in ſingula centena ſex, ſeptem vel octo ſunt empta, referri & extendi non debere: ita Gaill *lib. 2. obſeruat. 9.*

36 *Ratio* concluſionis *Prima* eſt, quia † æqualitas precii, & iuſtitia vniuſcuiuſque contractus, attenditur, & iudicatur penes æſtimationem rerum, quæ eſt tempore contractus. *l. ſi voluntate. C. de reſcind. vendit.* atqui ante ducentos, verbi gratia, annos communi hominum æſtimatione ab omnibus reputata fuit emptio cenſus, ſi ad rationem vnius pro duodecim, quatuordecim, quindecim &c, cenſus conſtitueretur, vt conſtat *ex noſtris extrauag.* ergò &c. *Secunda* conclu-
37 ſionis ratio eſt, quia † leges & conſtitutiones futuris, non præteritis negotiis formam dant. *l. leges & conſtitutiones. C. de legibus. c. cognoſcentes, & c. fin. de conſtit.*
38 *Tertia* concluſionis ratio eſt, quia † in dubio non præſumitur, quòd Imperatores ſuis conſtitutionibus ius alteri quæſitum auferre voluerint. *l. 2. §. merito. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publ. c. ex tuarum. de authorit. & vſu pallii c. cauſam. de reſcriptis.* fusè Menoch. *de præſumpt. lib. 2 præſ. 9* Baldus *d. l. leges & conſtitutiones.* Atqui contrahentibus ex contractu celebrato tempore præterito ius eſt quæſitum: ergò hoc ius per nouam & poſteriorem conſtitutionem in dubio ablatum non præſumitur. Deniq; quòd Imperatoriæ conſtitutiones ad caſus futuros non præteritos referri debeant, colligitur manifeſtè ex *Caroli Quinti conſtitutione in Auguſtanis Comitiis Anno* 1530. *edita*: Ita enim ſonant verba: So ſoll hinfürder von hundert nicht mehr dann fünff ꝛc. Dictio, hinfürdern, hoc eſt, impoſterum

rum clariſſimè arguit, futuris tantùm, non præteritis cenſuum emptionibus formam, & modum poni.

Ad *Molinæi* † argumenta facilis eſt reſponſio: Et quidem ad *l. penult. C. de vſuris.* quod attinet, loquitur ea de vſuris propriè ſic dictis, quæ cùm iure diuino, & naturali ſint vetitæ, non mirum ſi conſtitutio *l. eos. C. eod. tit.* ad præteritas vſurarum immoderatarum ſtipulationes extendatur. 39

Ad ſecundum reſpondetur per inficiationem aſſumptionis: falſum enim eſt, cenſuum emptiones antè *Caroli Quinti conſtitutiones* aliter, quàm ipſæ conſtitutiones ſanciant, eſſe, aut fuiſſe vſurarias: nam inſpecto eo tempore, quo contractus ſunt celebrati, precium, verbi gratia, centum florenorum pro ſeptem aureorum obuenientium ex communi hominum iudicio, & æſtimatione precium fuit iuſtum. Deindè Imperatores non aſſerunt emptiones cenſuum, quibus ſex aut ſeptem in ſingula centena emuntur, eſſe vſurarias, ſed pro vſurariis habendas: aliud † autem eſt, eſſe, aliud haberi, nam verbum 40 haberi non rarò proprietatem denotat, Couarruuias *libr. 3. reſolutionum. capite 9. numer. ſexto, verſiculo ex quibus colligitur.* vbi aſſerit, ex maiori, vel minori precio, quàm par & æquum ſit, emptiones redituum non ſtatim iudicandas vſurarias, iniquitas quidem, & iniuſtitia intercedere poteſt, ea tamen abſque vſura conſiſtere valet: nam cenſuum emptiones factæ contra imperii conſtitutiones, ſunt illicitæ & iniquæ, quia prohibitæ, non autem prohibitæ, quia natura ſuæ iniuſtæ. Sunt enim † ea 41 quæ prohibentur in duplici genere: Quædam

prohibita, quia illicita, cuiuſmodi ſunt, quæ iure diuino, & naturali ſunt turpia, vt furtum, rapina, adulterium, homicidium &c: *Quædam* verò illicita non natura ſua, ſed quia prohibita, quæ ceſſante prohibitione licita eſſe poſſunt, cuiuſmodi ſunt, quæ iure poſitiuo, & humano ex cauſa ſunt interdicta, puta, ne quis arma noctu gerat, ne poſt horam nonam in plateis oberret, ne ſex, vel ſeptem quis in ſingula centena emat: hæc enim & ſimilia, non natura ſunt illicita, ſed quia prohibita. *l. probrum & opprobrium. ff. de verb. ſig.* Ariſtot. 5. *eth. cap.* 7.

42 Tertia quæſtio eſt: *Vtrùm † Imperii conſtitutiones preciũ annuorum redituum definientes, contraria conſuetudine tolli, introduciq́; poſſit, vt de centum plus quàm quinq́;, puta ſex accipiantur?*

Ad quam *negatiuè* reſpondendum videtur *per l. 2. C. quæ ſit longa conſuet.* vbi *Conſtantinus* aſſerit, conſuetudinis tantam authoritatem non eſſe, vt aut rationem, aut legem vincat: ex quo intelligitur, quòd legem conſuetudo tollere non poſſit. Cui accedit
43 ſecundò, quòd conſuetudo † nutriens peccatum ſit irrationalis, adeoque non valeat. *cap. fin. de conſuetud.* atqui conſuetudo, quæ de centum ſex vel ſeptem accipi permittit, fouet peccatum vſuræ: nam Imperatores quidquid vltra quinque pro centum accipitur, vſurarium decernunt; vt patet ex *Caroli Quinti* & *Rodolphi Secundi conſtitutionibus*, Ergò &c.

Contrarium, quòd videlicet † conſuetudine Imperii conſtitutiònes tolli poſſint, probatur: Qùia antè Imperii conſtitutiones in multis Germaniæ locis, ſex, ſeptem, vel octo de centum licitè fuêre accepta, vt patet ex noſtris extrauagantibus: Igitur conſuetudine introduci poteſt, vt denuò totidem accipiantur. Quid dicendum?

Gregorius de † *Valentia comment. Theol. tomò 3. diſp. 5. q. 25. puncto* 2. hac de re agens *tria* confidenter affirmat. *Primum* eſt, quòd *Imperii conſtitutiones* de precio annuorum redituum latæ, in omnibus Imperii prouinciis ſatis promulgatæ non ſint. *Secundum* eſt, quòd in omnibus locis, quibus promulgatæ ſuêre, receptæ non ſint. *Tertium* eſt, quòd contraria conſuetudine tolli, abrogarique queant in locis, quibus ſunt receptæ. 45

Duo priora nimis audacter aſſeruntur: nam vtrùm † ſufficienter ſint promulgatæ, & in omnibus locis receptæ, vel non in facto conſiſtit, quod eum probabiliter latet: ideoque eius aſſertio nullam habet fidem: *Tùm*, quia eo tempore, quo prior *Caroli Quinti conſtitutio Anno* 1530. fuit lata, is nondum fuit in viuis: *Tùm* quia Hiſpanus de promulgationē & receptione legum in Germania nihil ſcire potuit: *Tùm*, quia religioſus eſt, rerumque quæ in Imperio aguntur probabiliter ignarus: *Tùm*, quia *Maximilianus Primus conſtitutione Anno* 1500. *Auguſtæ edita*, *rub.* **Von wucherlichen Contracten** / mandat omnibus Imperii ſtatibus, vt leges de cenſuum precio latas, in omnibus prouinciis publicari curent. *Tùm*, quia *Carolus Quintus*, & *Rodolphus Secundus* conſtitutiones ſuas, de precio annui reditus latas, in omnibus Imperii prouinciis publicari, & ſeruari ſanciuerunt, vt videre eſt, ſub finem dictarum Imperii 46

conſtitutionum: *Tùm*, quia Imperatores in ſuis conſtitutionibus apertè teſtificantur, quòd ex totius Germaniæ conſuetudine de centum quinq; accipiantur: vndè colligitur, quòd Imperii leges conſuetudini generali conſentaneæ, in tota Germania ſint receptæ: *Tùm*, quia antè Imperii conſtitutiones latas iure communi iuſtum redituum precium ſemper eſt habitum, quandò penſio viginti annis ſortem æquabat, hoc eſt, de viginti vnus accipiebatur, vt ex Couar. *lib.3. reſolut. cap.9. num.5.* Andreæ Gaill *lib. 2. obſeruat. 5. num.* 11. Binsfeldio *dicto capit. in ciuitate. quæſtione 14. concluſion* 5. ſupra eſt probatum. *Tùm*, quia ſæpedictæ conſtitutiones cum omnium totius Imperii Romani ordinum & ſtatuum ſententia, conſenſu conſilio, & auxilio ſunt ſancitæ: vndè admodum eſt veriſimile, quòd in omnibus Imperii prouinciis ſufficienter ſint promulgatæ, & receptæ: *Tùm*, quia nulla prouincia nominari poteſt, in qua aut publicatæ, aut receptæ non ſint, aut contraria conſuetudine abrogatæ: *Tùm*, quia qui vult antecedens, hoc eſt, legislationem, etiam intendit conſequens, hoc eſt, legis
47 promulgationem: *Tùm*, quia ſecundùm † multorum opinionem in dubio leges præſumuntur receptæ: Ioſephus Maſchard. *de probat. volum.3. concluſione* 1268.
48 *num.9.* *Tùm* deniq; ue, quia † Doctori de conſuetudine atteſtanti non creditur, niſi ſit practicus, in foro, & loco, in quo conſuetudo vigere dicitur, verſatus. Menoch. *de arb iud. lib.2. cent.4. caſu* 360. *n.93. & ſeq.*

In tertio membro aſſentior Doctoris Gregorii de
49 Valentia ſententiæ, † *concludoq;*, quòd Imperii leges, de annui reditus precio latæ conſuetudine abrogari, introducique poſſit, vt de centum plus, hoc eſt, ſex, ſeptem-

ptemq; emantur. Probatur concluſio, *Primò*, quia † 50 leges ciuiles & humanæ, contraria conſuetudine tolli poſſunt. *l. de quibus, in fine ff. de legibus. c. fin. extra de conſuetud.* *Secundò*, quia antè Imperii leges ex quarundam Germaniæ prouinciarum conſuetudine in centena ſingula ſex, vel ſeptem iuſtè fuêre empta, vt conſtat ex noſtris extrauagantibus: igitur illa conſuetudo reuocari poteſt. *Tertiò*, quia in prouinciis Imperatori non ſubiectis, puta, Hiſpania, inferiori Germania, quæ Regi Hiſpaniæ paret: item in Italia & Gallia in ſingula centena ſex vel ſeptem, & octo licitè emuntur: ergò, vt in prouinciis Imperatori ſubiectis, eodem precio, eadem annua penſio ematur, conſuetudine introduci poteſt.

Cæterùm auari, & vſurarii ſatis non faciunt, ſi dicant, lex Imperii in hac prouincia non eſt recepta, aut conſuetudine abrogata: ſed neceſſe eſt, vt probent conſuetudinem, cuius† probatio admodum eſt difficilis teſte Menochio. *de præſumption. lib. 2. præſumpt.* 8. 51 *n.* 8. *& conſil.* 8. *lib.* 1. nam conſuetudinis multa ſunt requiſita, quæ commemorant Doctores, præſertim Rochus de Curte *c. fin. de conſuet.* Andreas Gaill. *lib.* 2. *obſeruat.* 31.

Ad primum argumentum deſumptum ex † *l.* 2. 52 *C. quæ ſit longa conſuetudo.* reſponſio facilis non eſt, habet enim ea lex ſibi è diametro repugnantem. *l. de quibus, circa finem. ff. de LL.* Gloſſa *in dicta l.* 2. ſeptem adfert interpretationes, quibus prædictas duas leges ad concordiam reducera conatur, quarum tamen nulla mihi ſatisfacit. Octauam expoſitionem addunt † Franciſcus Connanus *lib.* 1. *comment. iuris.* 53 *cap.* 10 *propè finem.* Cuiacius *ad lib.* 2. *de feudis.* circa principium, dicentes, *l. ſecundam, exaudtendam eſſe de conſuetudine,*

tudine, verùm *l. de quibus.* de deſuetudine. Quæ reconciliatio rei difficultatem non tollit. nam deſuetudo eſt, non ſolùm morem ſuum intermittere, aut legem abrogare, viq́ue ſua priuàre, ſed nonnunquàm legi contrariam conſuetudinem introducere, adeoq́ue legem tollere, & poſitiuè contrarium inducere. Ridiculum eſt, & abſurdum, quod contendit Connanus, legem non contraria conſuetudine, ſed vel ſua ipſius, vel legislatoris ignauia, & negligentia antiquari, & obſoleſcere, quòd ad eius obſeruantiam ſubditos non cogat: Non enim à ſola legis, aut legislatoris negligentia, aut patientia, ſed ab actibus legi contrariis legis antiquatio, & abrogatio proficiſcitur: etenim ſi actus contra legem facti eſſent nulli, lex vigorem retineret: Facta ergò legem tollunt, & per conſequens conſuetudo: *Spigel. in lexico, verbo, Deſuetudo.*

54 Ego † prædictam *l. 2. ex c. final. de conſuetud.* interpretor, vt procedat, niſi conſuetudo ſit rationabilis, & præſcripta, vt ſit ſenſus, *dicta l. 2.* quòd tantæ auctoritatis conſuetudo non ſit, vt legem vincat, niſi fuerit rationabilis, & præſcripta, ſicuti citatam *l. 2.* exponit *Pontifex allegato c. fin. de conſuet.* Et hoc voluit forſitan *gl. d. l. 2. in quinta expoſitione.* dum dixit, *l. de quibus,* in bona, *l. 2.* in mala conſuetud, procedere. Idem tradit *D. Thomas. 1 2. quæſt. 97. art. 3. ad ſecundam.*

Aliam expoſitionem adfert *Contius in annotatione ad ſæpedictam l. 2.* dicens, aliud † eſſe vincere, aliud
55 abrogare legem: conſuetudo vincere legem nequit, verùm abrogare poteſt. Quam expoſitionem approbo, atq́ue pro eius intelligentia prænoto, in caſu *dicta l. 2.* dubitatum fuiſſe: An maior ſit vis, potentia, & au-

& auctoritas legis, an verò conſuetudinis, hoc eſt, num lex conſuetudine, an verò conſuetudo lege ſit fortior? Finge enim, quòd legiſlator ſuam legem omninò obſeruari velit, non obſtante conſuetudine, quam ſua lege tollit: populus verò conſuetudinem à ſe introductam præualere debere contendat, vincetnè hoc caſu conſuetudinem lex, an verò legem conſuetudo? Et conſtituit Imperator Conſtantinus, quòd legem conſuetudo non vincat; & rectè: nam maior eſt poteſtas legis, quàm conſuetudinis, cùm lex conſuetudinem omnem, non autem conſuetudo omnem legem tollere poſſit.

Quod ſi † obiicias, nonnè & legem aliquandò vincit, tollitque conſuetudo: ergò vnum altero fortius non eſt; ſed par vtriusque poteſtas. Reſpondeo, *aut* 56
fit comparatio legis, & conſuetudinis in theſi, hoc eſt, in genere: *aut* hypotheſi, ſeu indiuiduo. *Priori* caſu conſuetudinem lex ſemper vincit: nam omnem conſuetudinem lex ſemper vincit; at non omnem legem conſuetudo abrogare valet: itaque hoc ſenſu lex eſt conſuetudine potentior. *Poſteriori* caſu fieri poteſt, vt hanc legem in ſpecie, ſeu indiuiduo conſuetudo hæc indiuidua tollat: Quemadmodùm enim, ſi homo, & leo in ſpecie, ſeu vt cum ICto loquamur, in genere comparetur, ſemper verum eſt, quòd homine leo ſit fortior: at in indiuiduo, ſeu vt noſtri loquuntur, in ſpecie fieri poteſt, quòd leonem ſenem, languidum, imbecillem, aut pullum vincat homo: Ita conſuetudinem in genere vincit lex at in indiuiduo euenire poteſt, vt legem vincat conſuetudo. Itaque † *l.2.* intelligenda eſt, cùm 57
lex & conſuetudo in genere comparantur, *& præallegata l. de quibus*, cum prædicta duo in hypotheſi, vel in-

diui-

diuiduo inter ſe conferuntur, quo caſu legem abrogari, non vinci *Contius cenſuit.*

In ſecundo argumento negatur minor, videlicet, quòd peccatum vſuræ foueat conſuetudo permittens de centum ſex, vel ſeptem. Ad probationem reſpondetur *Primò*, Imperatores non aſſerere, id quòd ſupra quinque de centum ſumitur eſſe vſuram, ſed pro vſurario cenſendum, id eſt, præſumendum: Vndè colligitur, quòd Imperatoriæ conſtitutiones præſumptioni vſuræ innitantur, præſumantque eum, qui de centum plus, quàm quinque accipit,
58 vſurariam habere intentionem: atqui lex † fundata ſuper præſumptione vſuræ, in conſcientia non obligat: ſi animus vſurarius deſit, Abbas & Doctores communiter. *in capit. quæ in Eccleſiarum. de conſtitutionibus,* Couarruuias *capit. cùm eſſes numer. quinto. de teſtamentis.* quò fit, quòd contra huiuſmodi legem in præſumptione vſuræ fundatam, conſuetudo introduci queat: Ita Gregorius de Valentia *dicto tomo 3 diſputation. quæſtion. 25. puncto 2. verſicul. Dixi autem ſaltem. Secundò* reſpondetur, verbum, *cenſendum*, in Imperatoriis conſtitutionibus poſitum improprietatem denotare.

Quarta quæſtio: *Si † moneta fuerit mutata, cuiusnam temporis valor in penſione annua, aut precio reluitionis, ſeu reemptionis ſoluendo ſit ſpectandus: Vtrùm iuxta æſtimationem quam moneta*

Digitized by Google

neta habet tempore contractus: an verò tempore ſolutionis, & reluitionis, penſio, & ſolutio ſit facienda?

Quæſtio hæc à noſtris Doctoribus obſcurius ſequenti modo proponitur: *Vtrùm mutatio monetæ hoc eſt, auctio, & diminutio proſit, & obſit debitori, vel creditori?* verb: gratia emiſti mille florenis cenſum 50. florenorum mutata eſt æſtimatio florenorũ: quæritur, an ea debitoris, vel creditoris commodo, vel incommodo cedat? Quæ quæſtio ſenſu cum priori concordat: Nam ſi ſecundùm, valorem quem tempore contractus moneta habuit, ſolutio eſt facienda mutatio obeſt & prodeſt debitori, quod ſi diminutus ſit valor monetæ, id quod eius æſtimationi, quæ ſuit tempore contractus, deeſt, addere debet. Sin verò auctus ſit valor, id in quo moneta eſt aucta, lucro capit. Sin autem valor, quem tempore ſolutionis, & reemptionis habet moneta ſit attendendus, monetæ mutatio obeſt, & prodeſt creditor, cui, ſi ſit diminutus valor, ſupplendum eſt à debitore, id, quod deeſt valori, quem tempore contractus habuit: Si verò auctus ſit monetę valor, tantò pauciores ſpecies, ſeu ſortes accipit creditor. Ex quo confici volunt Doctores, idem eſſe, *inſpicere* tempus contractus, ac *obeſſe, prodeſſeq́;* debitori: Et rurſus idem eſſe *inſpicere* tempus ſolutionis, quod *obeſſe & prodeſſe* creditori.

Verùm † ſi quis rem altius expendat, intelliget 60
quæſtionem à Doctoribus ineptè proponi ſequentibus verbis: *Vtrùm mutatio monetæ proſit, obſitq; creditori,*

vel debitori? Nam in genere loquendo, monetæ variatio vtrique pariter & obeſt, & prodeſt: malè igitur quæritur debitori potius, quàm creditori ea ſit commodo vel incōmodo, cùm diuerſo reſpectu in vtriuſq; tàm commodum, quàm incommodum cedat. Etenim caſu quo mutatio obeſt debitori, eodem prodeſt creditori, & caſu quo prodeſt debitori, eodem obeſt creditori. Vndè in theſi, & in genere ineptè quæritur, vaninè pòtius, quàm alteri monetæ variatio noceat, vel proſit cùm diuerſo reſpectu, vtrique & obſit & proſit. Falſæ quoque, & perplexæ ſunt concluſiones quas iuxta formatam quæſtionem DD. conſtituunt, potiſſimum ea, qua traditur, accretionem & diminutionem monetæ nocere & prodeſſe creditori, & non debitori: Sicut & econtra falſa eſt contraria concluſio, quæ habet quòd monetæ alteratio proſit & obſit debitori, & non creditori, cùm diuerſo reſpectu vtrique illius mutatio, & obſit, & proſit, vt paulò poſt oſtendetur.

61 Rectius igitur iis, quibus diximus, verbis formatur, & proponitur quæſtio, videlicet.

Vtrùm monetâ mutatâ, ſolutio penſionis, & precii facienda ſit iuxta valorem, quem tempore contractus, an quem tempore ſolutionis moneta habet?

Cuius *reſolutio* vt ſit planior, *præmittendum pri-*
62 *mò*, idem † eſſe inſpicere valorem temporis ſolutionis: item tot numo, reſtituere, aut ſoluere, quot ſunt dati, aut in conuentionem deducti, deniquè monetæ dimi-

nutio-

nutionem creditori obeſſe, eiusque augmentum eidem prodeſſe: vndè ſi, verbi gratia, mille aureis floreris in auro, emptus ſit cenſus quinquaginta aureorũ in auro, Iuxta hanc expoſitionem ſingulis annis quinquaginta aurei in auro pro pẽſione ſunt ſoluendi, ſiuè tẽpore ſolutionis valor aurei in auro ſit maior, ſiuè minor quàm fuerit tempore contractus: nihilominus n. tot, quot in conuentionem ſunt deducti, hoc eſt, 50. aurei in auro neceſſariò ſunt præſtandi: Nam inſpicere valorem temporis ſolutionis, nihil aliud eſt, quàm tot, quot ſunt dati, aut in obligationem deducti numero ſeu ſpecie, aureos in auro præſtare aut reddere: vndè ſi tempore contractus aureus in auro valuit 15. 16. aut 18. bacios, & tres cruciferos; (ſicuti olim valuiſſe *ex Imperii conſtitutionibus* patet) tempore verò ſolutionis valeat 23. bacios: (vti in his regionibus hodiè tantùm valet) nihilominus 50. aurei in auro ſunt præſtandi. Sic qui cenſum mille aureis in auro ex pacto redimere cupit, mille aureos in auro reſtituere obligatur.

Ex quo manifeſtum euadit, quòd hæc tria, inſpicere monetæ valorem, quem habet tempore ſolutionis; item tot numero ſoluere, vel reſtituere, quot in indiuiduo ſunt dati, ſeu in conuentionem deducti: deniq; monetæ diminutionem creditori obeſſe, eiusq; auctionem eidem prodeſſe, in idem recidant. Sic vice verſa idem denotat, inſpicere valorem, quem habet moneta tempore contractus, item non ſoluere tot numero ſeu ſpecie, quot in indiuiduo ſunt dati, ſeu in conuentionem deducti, ſed vel pauciores, vel plures, pauciores ſi monetæ valor creuerit; plures ſi decreuerit; deniq; monetæ decretionem debitori obeſſe, eiusque adcre-

tionem eidem prodeſſe. Hinc qui mille aureis florenis in auro, cenſum quinquaginta aureorum in auro cum pacto retrouendendi comparauit, is, ſi monetæ valor ſit mutatus, tempore retractus non tot, quot in ſpecie, ſeu indiuiduo accepit, ſed vel pauciores, vel plures reddere tenetur: plures ſi valor ſit diminutus, pauciores ſi valor creuerit.

63 *Secundò præmittendum* † duobus modis concipi poſſe obligationem in emptione cenſus, & aliorum contractuum. *Primò*, vt in certa monetæ ſpecie cenſus præſtetur, aut reemptio fiat, puta, in aureis Rhenenſibus, ponderoſis, probis, An Schrot vnnd Korn. *Secundò* in genere, puta, vt in florenis, aut proba moneta cenſus ſoluatur, fiatque reemptio ſeu reluitio.

64 *Tertiò prænoſcendum*, duplicem † eſſe monetæ bonitatem, vnam intrinſecam, quæ conſiſtit in materia, pondere, & menſura, aliam extrinſecam, quæ conſiſtit in æſtimatione & valore.

Quartò ſciendum, pecuniam variis ex titulis in debitum venire poſſe, puta, ex mutuo, venditione, legato, donatione, dote &c.

65 *His ita promiſſis, ſit prima concluſio*: Si † de precio inter contrahentes conuentum ſit ſimpliciter, & in genere, nec expreſſa aliqua ſpecies, aut quantitas monetæ, tùm precium conſtitutum intelligitur in moneta vſuali, & frequentata in loco contractus. *l. ſi ſeruus plurium. § fi. ff. de legatis. 1. l. ſemper in ſtipulationibus*, vbi Decius *num.* 8. Cagnolus *num decimoquinto. ff. de regulis iuris*, clementina *ſi beneficiorum. de decimis.* Schneideuinius *in §. bonæ fidei. inſtitut. de actionibus.*

nibus. numer. 23. Mynſingerus *centur.* 4. *obſertat.* 15 vbi plures allegat.

Ex hac concluſione infertur, quòd obligatus ſoluere decem marchas, aut aſſes, aut libras, aut ſolidos in nummis aureis, vel argenteis, ſatisfaciat, obligationi, ſi quantitatem promiſſam ſoluat in aureis, vel argenteis nummis, iuxta valorem, acæſtimationem, quæ viget tempore ſolutionis: Bartolus *l. Paulus. circa finem, ff. de ſolution.* cuius opinionem communem aſſerit Couarruuias *commentar. de collat. veter. numiſmat. capite* 7. §. *vnico. verſicul. Octaua concluſio.* Ratio illationis eſt, quia obligatio ſoluendi in nummis aureis, vel argenteis, eſt generalis, indefinita & incerta, dantur enim varii nummi, aurei & argentei, maiorès & minores.

Sic obligatus ſingulis annis ſoluere decem florenos, aſſes, libras, &c. in proba moneta in quacunq; ſorte ſoluat, iuxta æſtimationem, quam habet moneta tempore ſolutionis, ſatisfacit obligationi: Ratio eſt, quia moneta proba eſt varia, eiusque promiſsio generalis.

Secunda concluſio: Quoties † certa numorum ſpecies in obligationem deducitur, eodemq; pondere, & menſura manentibus valor iſtius ſpeciei extrinſecus creſcit, vel decreſcit, tunc ſolutio eſt facienda ſecundum valorem, quem habuit moneta tempore contractus, & ſic monetæ mutatio nocet, & prodeſt debitori. Probatur concluſio *primò* authoritate: nam eam defendunt Anton. de Butrio, *c. quanto. de iureiurand.* Curtius Senior *l. cum quid. colu.* 3. & Socin Iunior *num.* 23. Decius *num.* 56. *ff. ſi cert. petat.* Carolus Molinæus *de commerc. quæſt.* 92. Mynſing. *centur.* 4. *obſeruation.* 1. 66

vbi pro ea in Camera iudicatum aſſerit: in eam quoq; inclinare videtur Couarruuias *dicto cap.*8 §.*vnico.in fi. num.*3. *& concluſ.* 4. Ludouic. Molin. *de contract. tract.* 2.*diſput.*312.

67 *Secundò* probatur ea ratione. In † venditione, & aliis contractibus, qui pecunia celebrantur, precium debet eſſe certum. §.*precium.inſtit.de empt.& vendit,* Bart. *in l.admouendi ff.de iureiur.* Andr. Gaill. *lib.*2 *obſ.* 13.*num.*6. Atqui futurus valor eſt incertus, præſens certus: igitur de præſenti valore, qui certus eſt, & non de futuro, qui incertus eſt, contrahentes ſenſiſſe cenſentur.

78 *Tertiò*, ſubſtantia † & eſſentia monetæ in æſtimatione, & valore conſiſtit. *l* 1.*ff. de contrh. empt.* vbi Paulus reſpondit, numum non tàm ex ſubſtantia, quàm ex quantitate vſum præbere, hoc eſt, in numis non materialis conſideratur ſubſtantia, ſed quantitas, id eſt, valor impoſititius, vt exponit Couar. *citato cap.*7.*num.*2. Ari.Pinel 3.*p.rub.de reſc.vend.c.*3.*n.*2.*& ſeq.* Igitur iuxta eius valorem, tanquàm ſubſtantiam: quam habuit tempore contractus, contraxiſſe partes præſumuntur.

Quartò, contrahentes de futura mutatione monetæ nihil cogitauerunt, nec cogitare debuerunt, aut potuerunt, cùm ſit caſus quaſi fortuitus: Igitur iuxta valorem, quem habet moneta tempore ſolutionis, contractus non eſt celebratus: probatur antecedens, quia numorum æſtimatio ſemper eſt certa. *l numis ff. de in litem iurando.*

Quintò probatur ex *Ferdinandi Imperatoris conſtitutione, & ordinatione monetæ, edita Auguſtæ Anno* 1559. Etenim ante dictam conſtitutionem aureus Rhenenſis octodecim bacios valuit, *vt conſtat ex receſſu comi-*

Comitiorum Auguſtæ Anno 1551. *habitorum* § Nemblich als ſich d ſchero ꝛc. Verùm Imperator Ferdinandus in ordinatione monetali *facta Anno* 1559. *rub* Vnnd ſeind d̃ ſ die frembde Si berne ꝛc. §. Hierauff ſo ordnen / aurei Rhenenſis valorem auxit ad octodecim bacios, & tres cruciferos, liberumque debitoribus permiſit, vt in eo valore aucto aureum exponant, debitaq; ſoluant: Vidè manifeſtè colligitur argmentum valoris prodeſſe debitori: Si augmentum ei prodeſt: igitur & decrementum eidem nocet; nam ſecundùm naturam eſt, vt eum ſequantur incommoda, quem ſequuntur commoda, *c. qui ſentit. de reg. iur. in* 6. 69

Sextò probatur *ex reformatione Friderici Tertii Imperatoris, facta Francofurti Anno* 1442. *tit.* Von der gülden Müntz wegen. vbi aureo Rhenenſi certum pondus, & materia aſſignatur, vt in eo pondere, & menſura pro communi viuali, & currente valóre exponatur.

Deniqùe probatur ex praxi, & obſeruantia, conſuetudineque: videmus enim ſi monetæ valor creuit, quòd debitores deducant valorem, & incrementum, quod veteri æſtimationi acceſſit: Sin verò decreuit, ſupplent quod veteri æſtimationi deeſt, vt teſtatur Mynſing *praalleg. centur.* 4. *obſeruat.* 1.

Quod ſi obiicias, moneta æſtimatur iuxta valorem, quem tempore ſolutionis habet: ergò ſolutio eſt facienda ſecùndùm valorem, quem eo tempore habet. Negatur conſequentia: nam etſi moneta æſtimetur iuxta valorem, quem habet tempore ſolutionis, non tamen fit ſolutio iuxta eum valorem, ſed ſi valor ſit diminutus, quod valori temporis contractus deeſt,

addit, ſi auctus, auctionem deducit debitor, Mynſing. *citata centur. 4. obſeruat. 1.*

Ex quo infertur *primò*, quòd diminutio monetæ debitori noceat, accrementum eidem proſit.

Secundò infertur, quòd mutato valore monetæ, tot ſpecie, & numero numos debitor non reddat, quot accepit, aut tempore contractus in obligationem ſunt deducti, ſed vel plures, vel pauciores numero, plures ſi valor ſit diminutus, pauciores verò ſi valor ſit auctus.

70 *Aduerſantur* † noſtræ concluſioni Bartolus *l. Paulus. ff. de ſolutionibus.* & Doctores communiter citati ab Andrea Tyraquello *libr. 1. de retractu*, §. 2. *gloſſa* 18. *num.* 17. Couarruuia *dicto §. vnico. numer.* 3. Alberto Bruno *tractat. de augmento & diminut. concluſ. 1. limitat.* 1. Andrea Gaill *lib. 2 obſeruat.* 73. *num.* 9. Andrea Fachineo *controuerſ. iuris. lib. 2. c.* 9 cenſentes. mutationem pecuniæ quo ad bonitatem extrinſecam, hoc eſt, valorem, ante moram creditori nocere, & prodeſſe, hoc eſt, ſolutionem eſſe faciendam iuxta æſtimationem, quam tempore ſolutionis habet moneta. Moti reſponſo Iureconſulti *in l. vinum. ff. ſi cert. petatur.* vbi Iulianus reſpondet debitorem vini mutuo accepti obligatum non eſſe ad reſtituendum vinum eiuſdem æſtimationis, quæ tempore contractus erat, niſi fuerit in mora: igitur idem de moneta eſt
71 ſtatuendum. Verùm † *ex dicta l. vinum.* à vino ad pecuniam malè ducitur argumentum: nam vini precium eſt incertum, pecuniæ æſtimatio ſemper eſt certa. *l. numis. ff. de in litem iurando.* Deindè vini æſtimatio non eſt de ſubſtantia vini: at pecuniæ valor eſt de ſubſtantia, & eſſentia pecuniæ. Deniquè vini valor

valor facilè mutatur, non ſic pecuniæ, Carol. Molin. *de contract. quæſt. 92. num* 711.

Extenditur concluſio *Primò*, quòd damnum † ex diminutione valoris monetæ proueniens, ad debitorem pertineat, non ſolùm ſi is fuerit in mora, ſed etiam ſi in mora ſoluendi non fuerit. Pro interpretationis intellectu ſciendum, ex † Doctoribus nonnullos in noſtra quæſtione diſtinguere inter debitorem moroſum, & non moroſum, diceréque, caſu quo debitor fuerit in mora, quòd damnum ex diminutione accidens ad eum ſpectet: Sin verò in mora non extiterit, quòd incommodum ex monetæ decretione proueniens, ad creditorem pertineat. Bart. *d. l. Paulus, num.* 8. *& in l. cum quid. num.* 17. *ff. ſi cert. petat.* vbi Caſtrenſis *num.* 6. Socinus *num.* 42. Alciat. *num.* 68. Alexander 16. Albertus Brunus *tractat. de augmento & diminut. concluſion. vltima. limitation.* 1. Andreas Fachineus *controuerſ iuris. lib.* 2 *cap.* 9. Verùm contrarium, adeóque noſtra extenſio eſt verior, & quidem, quòd diminutio poſt debitoris moram contingens debitori noceat, extra controuerſiam eſt, cùm omnis mora moroſo noceat, *l.* 3. *ff. de condict. triticiaria. l.* 3. *§. fin. ff. de actio. empti.* Couarruuias *de collat. veter. numiſm. cap.* 7. *§ vnico, num* 4. *verſicul. Quinta concluſio.* Quòd autem diminutio monetæ ante moram præueniens debitori damnoſa ſit, in concluſionis noſtræ probatione, abundè eſt deductum.

Ampliatur ſecundò, vt † procedat, non ſolùm ſi certæ monetæ ſpecies, eiuſque certus numerus in obligationem ſit deductus, ſed etiam, & multò magis, ſi certa numorum ſpecies in numero incerto ſit promiſſa: verbi gratia, ſi conueutum ſit, vt ſin-

72 73 74

gulis annis decem marchæ, aut libræ, aut aſſes in aureis Rhenenſibus ſoluantur: Quo caſu certa quidem ſpecies eſt expreſſa, ſcilicet aureus Rhenenſis, ſed numerus incertus.

Hæc interpretatio eſt contra Bart. *dicta l. Paulus. in fin. ff. de ſolut.* Couar. *dicto cap. 7. §. vnico. num. 5. verſ. Octaua concluſio.* Ita ampliat Carolus Molinæus *de de commerc. quæſt 92. num. 694.* vbi noſtram concluſionem, noſtramq; ampliationem vndecim fortiſſimis argumentis confirmat.

75 *Limitatur* concluſio *Primò,* † vt procedat, ſi tempore contractus nullum crebræ mutationis monetæ, valoriſq; eius fuit periculum, ſecus ſi fuit timor: nam hoc caſu ſolutio eſt facienda iuxta valorem, quem tempore ſolutionis moneta habet, Carolus Molinæus *cit. quæſt. 92. num* 710. Anton. de Butrio, & Abbas *c. quanto. colu. penult. de iureiur.* Couarruu. *dicto §. vnico num. 3. verſic. Quarta concluſio.*

76 *Limitatur ſecundò,* † vt non procedat, quoties ab initio in contractu emptionis cenſus, ob metum forſitan mutationis monetarum inter contrahentes ſit conuentum, vt in certa ſpecie, & numero, ſub certa æſtimatione monetæ, ſolutio fiat: nam ea pactio eſt ſeruanda, nec tunc habetur ratio mutationis numiſmatis, Bart. *ſæpe d. l. Paulus. in fi. ff. de ſolut.* Carol. Mol. *de commerc. quæſt 97. n. 735.* Alb. Brun. *tract. de augment. & diminut. concluſ. vlt. verſ. Octauo fallit.* Imo à *l. pen. § ſi mancipia per illum textum. ff. ſolut. matrim.* Couarr. *ſæpe alleg. ca. 7. §. vnico. n. 5.* Exemplum conſtitui poteſt tale: Promitto ſingulis annis ſoluere centum aureos Rhenenſes ad æſtimationem 72. cruciferorum pro quolibet aureo Rhenenſi, vel promitto ſoluere centum

tum florenos Imperiales, aſtimato vno floreno ad 60. cruciferos: aut promitto reſtituere tot, quod ſunt accepti, ſub eadem æſtimatione: nam hiſce & ſimilibus caſibus non habetur ratio mutationis numorum, ſed tot numero, & ſpecie ſunt reſtituendi, quot dati, aut in obligationem deducti. Et id vsque adeò verum eſſe quibusdam videtur, quod creditori † ſolutionem reci- 77
pienti in alio valore, quàm fuerit tempore contractus, exceptio præſcriptionis longiſsimi temporis non poſſit obiici, quòd videlicet, à triginta: & eo amplius annis in tali valore ſolutio creditori ſit facta. ſed debitor exceptione præſcriptionis non obſtante, impoſterum ad eum valorem, de quo tempore contractus eſt conuentum, annuam præſtationem ſoluere cogatur. Ratio eorum eſt, quia in annuis præſtationibus præſcriptio ad futuras præſtationes non extenditur, *l. cùm notiſsimi. § i. l. iis etiam. C. de præſcript.* 30: *vel* 40 *annor*. Andreas Gailli *libr.* 2. *obſeruation.* 73. Mynſingerus *centuria* 3. *obſeruat.* 13.

Verum, vt *dictus* §. *in his etiam*, adeoque id, quod de *præſcriptione annuæ præſtationis* dictum eſt, clarius percipiatur, placet rem altius repetere atque quærere: *Vtrùm*, † *& quatenus in annuis præſtationibus præſcri-* 78
ptio currat? In hac quæſtionis reſolutione Doctores concordes non ſunt, ſed varii, & contrarii. Contrarietati occaſionem præbuit. *l. cum notiſsimi*, § *in his etiam. C. de præſcript.* 30 *vel.* 40. *annorum.* In cuius interpretatione Doctores mirè variant, & ſe torquent.

Quorundam opinio eſt, quòd currat in annuis præ- 79
ſtationibus præſcriptio 30. annorum quo ad illam ſolùm penſionem, quæ ante triginta annos debita fuit, & non præſtita, non autem quo ad alias annuas præ-
 ſtatio-

ſtationes,penſionesuè, quæ breuiori tempore,puta 29. 28. 27. &c. annis debentur: vndè aſſerunt, in futuris, penſionibus præſcriptionem non currere, hoc eſt, in iis, quæ citra triginta annos debentur ſed pro ſingulis præſtationibus ſingulas requiri triginta annorum præſcriptiones.

80 Hæc opinio ſolida non † eſt ſed imperfecta, & quatenus omnibus penſionibus tàm futuris, quàm
81 præteritis præſcribi poſſe negat, falſa: *Primò*, quia † ius decimarum 40. annorum præſcriptione in totum amittitur, ita quidem, ſi Epiſcopus, cui competit ius quartæ decimarum, 40. annis decimas non percipiat, quòd amittat decimas non ſolùm præteritas, ſed etiam futuras, adeoque vniuerſas. *ca. de quarta, extra de præſcriptionibus.* Euenire ergò pòteſt, quòd annuas penſiones triginta annis non percipiens vniuerſum ius annuæ præſtationis amittat. *Secundò, per cap. ad aures. cap. auditis, extra de præſcription.* quibus probatur, quòd habens ius decimarum, 40. annorum ſpacio id amittat, ſi tanto tempore decimas non percipiat: Igitur & aliarum annuarum penſionum ius triginta annorum ſpacio iure Ciuili perdit: nam decimæ non ſingulis diebus, aut menſibus, ſed annis percipiuntur, adeoque cum reliquis præſtationibus in eo conueniunt, quòd iura ſint diſcontinuam cauſam habentia.
82 *Tertiò*, † ſeruitutes vniuerſæ, etiam diſcontinuam cauſam habentes, non vſu viginti annorum præſcriptione amittuntur. *l. final. Codic. de ſeruitut. & aqua.* Igitur & ius annuæ penſionis 30. annorum ſpacio extinguitur: Conſequentia probatur; nam ius annui reditus eſt quædam quaſi ſeruitutis ſpecies. Deniquè quo modo, quauè ratione vnumquodq; naſcitur, & ori-

oritur, iiſdem & extinguitur, euaneſcit que. *l. nihil tàm naturale. ff. de reg. iur. cap. 1. extra eod. §. fin. Inſtit. quib. modis tollit. Obligatio.* atqui ius annuæ præſtationis adquiritur, ſi triginta annis annuus reditus fuerit perceptus, vt ex Couarr. *capit. poſſeſſor. 2. parte, §. 4. de reg. iuris. in 6.* ſupra eſt probatum: igitur idem ius perditur, ſi triginta annorum ſpacio penſiones annuæ non percipiantur.

Alia opinio † eſt *gloſſæ dict. l. cum notiſſimi. §. in his etiam. Cod. de præſcription. 30. vel 40. annorum.* 85 *Bartoli, Baldi, & Angeli* ibidem, *Panormitani c. auditis, num. 26. de præſcript. Iohann. Franciſci, Balbi de præſcriptionibus. 4 parte. 4. partis princip. quæſtion. 4.* qui inter præſtationem annuam *ex contractu*, puta, ſtipulatione, donatione, venditione &c. & *ex vltima voluntate*, puta, legato vel fideicommiſſo debitam diſtinguunt. Ac priori caſu talem concluſionem conſtituunt: Ius annuæ præſtationis ex ſtipulatione, aut alio contractu comparatum præſcriptione triginta annorum amittitur, non ſolùm quo ad præteritas, ſed etiam futuras penſiones, ita quidem, ſi triginta annis penſio nulla fuerit percepta, totum & omne ius annui reditus prorſus, & ſimpliciter quo ad omnes penſiones extingui. Probant ii hanc concluſionem quatuor iis argumentis, quibus prior opinio fuit oppugnata, & expugnata.

Poſteriori caſu contrariam ſtatuunt concluſionem aſſerentes, quòd in annuis præſtationibus, quæ titulo legati aut fideicommiſſi debentur, triginta annis non totii iuri pro omnibus penſionibus, tàm futuris, quàm pręteritis, ſed quo ad pręteritas tantúm pręſtationes pręſcribatur, adeoq; tot ſint pręſcriptiones, quot

 ſint

ſint anni, hoc eſt, ſingulis triginta annis ſingulis penſionibus præſcribatur. Probant hanc concluſionem primò per *dictum* §. *in his etiam*. ſecundò *per l. ſi vſusfructus alternis annis. ff. quemadmod vſusfruct.* tertiò ea ratione, quòd legatum annuum non ſit vnum, ſed plura. *l. ſenatus. § fin. ff. de mort. cauſ. donat. l. ſi in ſingulos. l. cum in annos ff. de annuis legatis*, quò fit, quòd pluribus præſcriptionibus ſit opus.

84 Verùm † huic diſtinctioni obſtant plura. *Primùm citatus §. in his etiam*, vbi annua præſtatio ex ſtipulatione & legato debita æquiparantur, & quoad præſcriptionem eodem iure cenſentur.

85 Nec valet † interpretatio Accurſii *allegato §. in his etiam*, aſſerentis, prædicta duo in eo æquiparari, quòd in vtroque præſcriptio incipiat à tempore, à quo ceſſatum eſt ab annuæ præſtationis ſolutione, verùm in eo differre, quòd in annua præſtatione ex ſtipulatione, vel alio contractu debita, currat præſcriptio contra ius vniuerſum, hoc eſt, non tantùm præteritas, ſed etiam futuras præſtationes: in legato autem annuo contra præteritas tantùm præſtationes, hoc eſt, eas, ad quas ante triginta annos actio eſt nata, præſcriptio locum habeat: Non valet, inquam, hæc laborioſiſsimi, & de iure optimè meriti Accurſii interpretatio, vtpote, quæ textum corrumpat, eique vim inferat, Nam Imperatoris verba hæc ſunt: In his etiam promiſſionibus, legatis, vel aliis obligationibus, quæ dationem per ſingulos annos, vel menſes, vel aliud ſingulare tempus continent, tempora memoratarum præſcriptionum, non ab exordio totius obligationis, ſed ab initio totius anni, vel menſis etiam computari manifeſtum eſt: Quibus verbis apertiſsimè indicat Iuſtinianus, quòd contra

contra vniuerſum ius, obligationemque præſcriptio non currat, ſed aduerſus eam tantùm præſtationem, cuius dies antè 30. annos ceſſit, venitq́;, adeoque quo ad ſingulas tantùm præſtationes præſcriptioni ſit locus, ſiuè ex ſtipulatu, vel alio contractu, ſiuè ex legato annua penſio debeatur.

Secundò confunditur diſtinctio *per l. pluribus. ff. de verb. obligat.* vbi Paulus, de hac: inquit, ſtipulatione, † annua, bima, trima die (hoc eſt, tribus annis expoſi- 86
tore. Couarr. *lib* 2. *reſolut. c.* 11. *num.* 5. *verſic. Supereſt modo.*) id argentum dari? ſubaudi, ſpondes? Apud veteres varium fuit: Paulus; ſed verius, & hic tres eſſe trium ſummarum ſtipulationes.

Nec obſtat interpretatio, quam adfert Azo *in ſumma ſua. C. de præſcript.* 30. *vel.* 40. *annor. nu.* 6. quem ſequitur Bart. *dicta l. pluribus.* dicentes, citatam *l. pluribus*, nominatim & diſtinctim exprimi, nuncuparique certos annos, puta, annua, bima, trima die &c. Cur enim potius plures, quàm certi anni exprimuntur, ſi in ſingulos annos ſtipulatio concipiatur? Dicendum itaque, vti Azo *dicto loco notauit*, inter Iureconſultos fuiſſe controuerſum, vtrùm ſtipulatio annua ſit vna, vel multiplex, alios aientem, alios negantem defendiſſe partem. nam † ICtos ſibi inuicem repugnaſſe, Iuliano 87
Paulum, & Vlpianum aduerſatum fuiſſe, eorumque contraria reſponſa in pandectis extare clarum eſt. Nec mirum eſt eos, qui Iuſtiniani Imperio tot Iureconſultorum reſponſa ex tot libris in epitomen, hoc eſt, quinquaginta libros Digeſtorum redegerunt, contraxeruntque memoriæ lapſu, (homines enim erant) non aduertiſſe repugnantia inuicem reſponſa ſeipſos pandectarum libris inſerere, vt obſeruauit, notauitque

in ſingulos.& l.cum in annos.ff.de annuis legat. Idem aſſe-rit Vlpianus *in l. cum in annos ſingulos.ff. quandò dies legati cedat.* Verùm ſi allegatorum reſponſorum intelligentia excutiatur, adductam differentiam ad rem nihil facere deprehendetur.

Videamus ergò † quo ſenſu à Iureconſultis reſponſum ſit, quòd *annua ſtipulatio ſit vna, legatum annuum plura.* Anne ratione conceptionis verborum? Minimè: nam ſicut in ſtipulatione eſt vnica conceptio, ſeu periodus, puta, ſpondeo ſingulis annis decem; ita & in legato, puta, lego ſingulis annis decem; Ita hanc rationem confutat gl. *dicta l. ſi Stichum. §.ſtipulatio, ff. de verborum obligat. & in dicta l. ſenatus. §.fin.ff. de mort. cuſ. donat.* 91

Anne ſecundò ideò ſtipulatio annua dicitur vna, quòd ad omnes præſtationes nòn ſolùm præteritas, ſed etiam futuras vna competat actio? Verùm nec hæc ratio eſt ſolida: nam ſicuti ad annuas præſtationes ex ſtipulatione natas vna competit actio, ita & ad eas, quæ ex legato debentur: nam vtroq; caſu tàm ad præteritas, quàm futuras penſiones ſuo tempore ſoluendas agi poteſt. *l.1.C.de fideicommiſ. gl. l. non quemadmodum ff.de iudic.* Bartol. *l. vbi autem. §. qui ſortem ſtipulatur .ff. de verb.oblig.* gl. & Faber. *§ præiudiciales.inſtit. de act.* Gaill *lib.2,obſ* 74. Igitur præſcriptio in vno, vt in alio currit: Nam ſi in annuo legato contra futuras præſtationes præſcriptio non curreret, ratio eſſet, quia actio ad eas nondum eſſet nata, ideoque non valenti agere non currit præſcriptio, iuxta *l.1. C. de annali except.* Verùm hæc ratio præſcriptionem non impedit, cum ad futures præſtationes actio ſit nata, Ergò &c.

Annè tertiò ſtipulatio † annuæ penſionis dicitur 92

ad futura annua legata manet ſaluum: ita & in ſtipulatione annua, ſi quid ex ſtipulatione annua debetur, à debitore non negetur, ſed inopia allegetur, adeoque ad triginta annos taceat creditor, præſcriptum eſt non toti iuri, adeoque futuris præſtationibus, ſed ei præſtationi tantùm, cuius dies antè triginta annos ceſſit, venitq; ,vt paulò poſt probabimus.

Itaquè pro † intelligentia dicti § *in his etiam*, *quinque caſus* ſunt diſcernendi. 93

Primus eſt, cum annua præſtatio à creditore petita eſt, ſed à debitore negata ſimpliciter, reſponſumq; creditori ſe nihil debere.

Secundus eſt, cùm debitor ius annuæ penſionis non negat, verùm ob inopiam ſe eam præſtare non poſſe allegat.

Tertius eſt: cùm verſamur in dubio, hoc eſt, cùm dubitatur, num debitor triginta annis ſit interpellatus, nec nè.

Quartus eſt, cùm ſingulis annis non totus annuus reditus, ſed pars eius eſt ſoluta, puta, cùm decem deberentur, quinq; ſingulis annis fuêre præſtita.

Quintus, & vltimus eſt, cùm reditus ſingulis annis eſt ſolutus, verùm in alia moneta, quàm de qua conuenit.

Primo caſu concluſio eſt, ſi, † cùm petita eſt, negata fuit annua penſio & præſtatio, atque creditor triginta annos, quibus debitorem non interpellauit, effluere paſſus eſt, vniuerſum ius annuæ præſtationis, præſcriptione eſt extinctum. Defendunt hanc concluſionem antiquiſſimi iuris gloſſatores, *VVernerus*, quem *gloſſa Irneriū* appellat, qui Germanus fuit, reſtituitque ius ciuile in Italia ſub Lothario Imperatore, teſte *Va-* 94

perduntur, præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum amittuntur. *l. ſicut. l. omnes. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* ergò &c.

Nec valet reſponſio Fachinei *lib.* 8. *controuerſ. iur. cap.* 99. præſcribi quidem triginta annis actioni, verùm pro præteritis penſionibus tantùm: nam cùm actio aduerſus omnes, etiam futuras penſiones ſit nata, profectò aduerſus omnes præſcriptio curret. 96

Denique probatur *per c. olim cauſam, de cenſibus*, vbi definitur, ſi † cenſus in certa moneta ponderoſa debeatur, isq; in alia moneta viliori, & minus ponderoſa ſoluatur, quòd cenſum recipiens ſibi præiudicet, adeoque ius ad ponderoſiorem materiam quadraginta annorum præſcriptione amittat, cogaturque in moneta minoris valoris recipere: Ex qua deciſione manifeſtè colligitur, in annuis reditibus præſcriptionem currere, non tantùm quoad præteritas, ſed etiam futuras præſtationes, per quem textum de iure interrogatus ſuper caſu notabili de iure reſpondit *Hierony. Schurpff. cent.* 1. *conſil.* 10. 97

Ampliatur concluſio, vt † procedat ſiuè annua penſio debeatur ex contractu, ſiuè ex legato. Hæc interpretatio eſt contra Bart. & gl. *loc. ſup. alleg.* & Guid. Pap. *q.* 406. qui inter prędicta duo differentiam conſtituunt. Probatur primò extenſio, quia inter commemorata duo nulla concludens differentiæ ratio reddi poteſt: Nam quòd dicitur, ſtipulationem eſſe vnam, legatum multiplex, id ad rem nihil prorſus confert: etenim ſi annuũ debitũ abſolutè negetur, ſiuè ex ſtipulatione, alionè cõtractu, ſiuè ex legato petatur, per recuſationẽ & negationẽ ſimplicẽ, debitor in quaſi poſſeſſione libertatis cõſtituitur, adeoq; elapſis 30. an. ius annui redit' ſi quod 98

fuit, præſcriptione eſt amiſſum: Quemadmodùm enim prætendens ius ſeruitutis in alterius prædio, aut ius accedendi alienos furnos, vel molendina, ſi à domino prohibitus prohibitioni acquieſcat, eo ipſo dominus prohibens in quaſi poſſeſſione iuris conſtituitur, & ſi ruſticus prohibitus ad triginta annos ad domini furnum vel molendinū accedat, ius accedendi ad domini furnum, vel molendinum ipſi domino præſcriptione eſt quæſitum, quæ à die prohibitionis, & ſubſecutæ obtemperantiæ incipit. *l. hac autem. ff de ſeruitut. vrbanor. præd. gl. l. qui luminibus. ff. eod.* Abb *c. ſignificata, de appell.* Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. glo.* 1. §. 4. *num.* 11. Grauetta *conſ.* 111. *num.* 22. Couarr. *c. poſſeſſor.* 2. *parte*, §. 4. *num.* 11. *verſic. Huic ſane obiectioni*, Ioſeph. Maſchard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1193. *& ſeq.* Ita quoque, ſi annuam, præſtationem creditor exigat, eam autem debitor omninò neget, per huiuſmodi negationem in quaſi poſſeſſione libertatis conſtituitur debitor, adeoque curſu temporis libertatem præſcriptione acquirit. *Se-*
99 *cundò* probatur ampliatio, quia quantum † poſſeſſum vel quaſi, tantùm præſcriptum. *c.* 2 *vbi Doctores, de capellis monachor.* Abb. *ca. olim, num.* 6 *de præſcript.* Bart. *l.* 1. §. *ſi quis ff. de itinere, actuné priuato*: atqui in caſu conclusionis debitor totum debitum negat, adeoque eſt in poſſeſſione vel quaſi libertatis: igitur omnimodam præſcriptione acquirit. *Tertiò*, interuerſa poſſeſſione currit præſcriptio in annuis reditibus ex legato, vel alio modo debitis, etiam quoad futuras præſtationes, glo. *in ſaped.* §. *in his etiam, prope finem, per l. fin. C. de fundis reipriuat. lib.* 11. atqui debitor negando debitum ex legato natum, interuertit poſſeſſionem, vel quaſi: igitur ab eo tempore præſcribere incipit. Deniqùe quòd

cenſum

cenſum annuum denegans, vel recuſans eo ipſo, quod negat, recuſatque quaſi poſſeſsionem libertatis, & immunitatis cenſus acquirat adeoque triginta annorum præſcriptione iure ciuili liber fiat, probatur: quia † cenſum ſoluere recuſans dicitur ſpoliare, hoc eſt, cenſitorem quaſi poſſeſsione cenſus mouere. Iacob. Menoch. *tract. recuper. poſſeſſ. remed.* 1 *quæſt* 8. *num.* 81. *& ſeq. vſq. ad* 89. And. Gaill *lib.* 2. *obſ.* 75. Itaque cenſitor ſi poſtquàm cenſitus ius cenſus negauit, triginta annos taceat, præſcriptione ius cenſus amittit, cenſitusque libertatem adipiſcitur. 100

Secundo caſu concluſio eſt, ſi † debitor ius annuæ præſtationis non neget, ſed debitorem confiteatur, & triginta annis nullam penſionem præſtet, vnica tantùm præſtatio, ea nimirum, quæ ante triginta annos cœpit deberi, præſcriptione triginta annorum eſt ſublata, remanente iure exigendi eas annuas penſiones, quæ à 29.28.27.26.&c. & paucioribus annis cœperunt deberi. Probatur concluſio primò per ſæpè citatum §. *in his etiam.* qui iuxta hanc ſecundam concluſionem eſt exaudiendus. Nam actio perſonalis omnis, quæ decem, vel viginti annis non expirat, triginta annis extinguitur, *l ſicut. l. omnes. C. de præſcript.* 30 *vel* 40. *annor. l.* 1. §. *adhæc. C. de anali except.* atqui ad annuam præſtationem, cuius dies ceſsit, venitque, hoc eſt, pro præteritis actio perſonalis competit, quæ triginta annis elapſis euaneſcit, remanente actione ſalua ad reliquas præſtationes, quæ à 29.28. & paucioribus annis debentur. Et hoc voluit Imperator, dum aſſerit *in dicto* §. *in his etiam.* in annuis præſtationibus non ab exordio totius obligationis, ſed ab initio cuiuscunque anni præſcriptionem temporis computari: quaſi dicat Iuſtinianus, quòd 101

caſu, quo debitor annuam penſionem non negat, ſed confitetur, currat præſcriptio triginta annorum non aduerſus vniuerſum ius, adeoque futuras penſiones, ſed eas tantùm, quæ ante triginta annos deberi cœperunt. Probatur noſtra expoſitio ad prædictum §. *in his etiam data*, ex ſequentibus *in eodem* §. *poſitis verbis*, quibus Imperator emphyteutas, & alios colonos, à triginta annis canonem, vel annuam penſionem non ſoluentes dominium aduerſus dominos præſcribere, ſi ſe emphyteutas, & colonos, ſeu conductores confiteantur, licet aduerſus annuas penſiones à triginta annis debitas currat præſcriptio, Secundò probatur *per gl. in l. malè agitur*, vbi idem notat Bart. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *an-
102 nor. verb poſſidentibus*, quæ tradit, quòd licet † emphyteutæ, & coloni, qui ſe tales profitentur, aduerſus dominos præſcriptionem triginta annorum opponere nequeant: attamen aduerſus penſiones, quarum dies ceſſit, venitq; ante triginta annos, adeoq; aduerſus perſonales actiones præſcriptionem triginta annorum obiicere poſſint: Itaq; ſi dominus eſt in poſſeſſione dominii directi, hoc eſt, emphyteuta, & colonus ſe tales confitentur aduerſus dominium directum, ne quidem centum annorum præſcriptio locum habet, deficiente poſſeſſione, tanquàm requiſito ſubſtantiali: Verùm quo ad annuas præſtationes præteritas præſcriptio procedit, ita quidem, quòd actio perſonalis, quæ pro annua penſione præterita competit, triginta annis expirat. Ratio
103 eſt: quia † præſcriptio actionum perſonalium, non à poſſeſſione, vel quaſi, ſed à negligentia creditoris vim capit. Panorm. *c. fin. num.* 13. *&* 21. *de præſcript.* Idem *ca. Eccleſia S. Mariæ, num.* 26. *de conſtitut.* Bartolus *l. ſequitur.* §. *ſi viam. ff. de vſucap.* Idem Bart. *l. iubemus, & l. ius emphy-*

*emphyteutici.C.de fundis patrimon.lib.*11. Franciſc. Balb. *de præſc.* 4 *parte*, 4 *partis principalis.quæſt.*8.

Tertio caſu, hoc eſt, cùm † non conſtat, an à triginta annis penſio annua ſit exacta, nec ne, idem quod in primo caſu concludendum eſt, videlicet, quòd in dubio, cum non liquet debitorem annui cenſus eſſe interpellatum, quòd cenſitus negans cenſum, ab vniuerſo iure cenſus, etiam quo ad futuras præſtationes præſcriptione 39. annorum fit liber, & immunis. Probatur concluſio iiſdem argumentis, quibus prima eſt confirmata: quibus additur ſequens ratio, quòd in dubio negans cẽſus bona fide negare, ideoq; quaſi poſſeſſor libertatis bonæ fidei præſumatur, niſi mala fides probetur: tùm quia † delictum non præſumitur, tùm quia dubia in meliorem partem ſunt interpretanda, tum quia † ſpacio 30. annorum ſuſpicio malæ fidei purgatur, Couar. *c. poſſeſſor, 2. part.* §. 8. *n.* 3. *&* §. 11 *n.* 4. *verſ. Tertiò infertur.* 104 105 106

Quarto caſu concluſio eſt: cùm † certa quantitas annuò debetur, eiuſque pars ſingulis annis eſt ſoluta, quo ad non ſolutas præſcriptio non currit, *ita gl. ſæpe allegat. l. cum notiſſimi*, § *in his etiam, verbo. per ſingulos annos.* Cui accedit Bart. *in l. ſi prius. num. 2. ff. de aqua pluuia arcenda.* Franc. Balb. *de præſc.* 4. *parte.* 4. *partis principalis, quæſtion.* 5. Et probatur per *l. cùm fidem cautionis. C. de non numer. pecunia.* vbi agnoſcens cautionem, vel inſtrumentum, in quo debitum centum florenorum continetur, atq; partem debiti ſoluens, de reſiduo exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere nequit. Ratio concluſionis eſt, quia ſoluendo partem, totum agnoſcit, ideoq; ceſſante quaſi poſſeſſione, & obſtante mala fide præſcriptioni locus non eſt. 107

Limitatur concluſio primò, vt procedat, ſi † totum 108

 debitum

debitum agnoſcens, partem vt partem ſoluat. Salycet. *dicto §. in his etiam, per l. vna eſt via. ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* Secus ſi partem non vt partem, ſed vt totum ſoluat, hoc eſt, putet ſe plus non debere: nam tunc partem non vt partem ſed vt totum ſoluens reſiduo præſcribit. *gloſ. in c. olim cauſam, verbo, trigeſimo ſexto, de cenſibus. per l. ſi communem.* § 1. *& l. ſi quis alia. ff. quemad. ſeruitus amitt.* Nec refert, ſciuerit creditor ſibi plus deberi, vel
109 ignorauerit, etenim & † contra ignorantem currit præſcriptio, contra Bart, *citata l. ſi. prius ff. de aqua pluuia arcend,* diſtinguentem inter creditorem ſcienter partem recipientem, & plus ſibi deberi ſcientem, & inter ignoranter recipientem, qui plus ſibi deberi non putat. Noſtram interpretationem defendit Salycet. *d. l. cum notiſſimi, §. in his etiam. C de præſcript* 30. *vel.* 40. *annor.* Iohan. de Imola *dicta l. ſi prius.* Balbus *dicta* 4. *parte,* 4. *partis principalis, quæſt.* 5. Hieronym. Sahurpff. *cent.* 1. *conſil.* 10. Ratio eſt, quia, vt diximus, præſcriptio etiam aduerſus ignorantem currit. Nec iuuat Bartoli opinionem *l. is qui vſumfructum, ff. quib. mod. vſusfruct. amittit.* nam verba legis altius extendens, cognoſcet eam legem pro noſtra facere ſententia: Sicut enim is, qui vſumfructum habens, re vtitur tantùm, cùm ſciat ſe habere vſumfructum, vſuifructui non præiudicat: Ita & ſoluens partem, cùm ſciat ſe totum debere, toti non præiudicat: & ſic vtens ſeruitute, & dans penſionem comparandi ſunt, non vtens ſeruitute, & recipiens penſionem annuam, quòd Bartolns fecit, & malè.

110 Declaratur ſecundò concluſio, quòd licet † ſolutione partis iuri alterius partis non ſolutæ, adeoque iuri totius non præſcribatur: attamen perſonali actioni competenti ad partem, quæ ante triginta annos de-

beri

beri cœpit, præſcribitur, ratio eſt, quia actiones perſonales omnes triginta annorum præſcriptiones amittuntur. *l. ſicut. l. omnes. C. de præſcriptionib. 30. vel 40. annor.* gl. & Bart. *in l. malè agitur. C. eod.*

Vltimo caſu eſt concluſio, quòd † debitor obligatus ſoluere annuum reditum in moneta maioris valoris, vel in vino Alſatico, ſi cenſum in moneta minoris valoris, vel in vino Briſgoico per triginta annos præſtet, ius amplius non ſoluendi in moneta maiori, aut vino nobiliori præſcripſit, ideoque creditori exigenti cenſum in moneta maioris valoris, aut vino nobiliori, & generoſiore, exceptio præſcriptionis obiici poteſt. Probatur concluſio primò per text. apertiſsimum *in c. olim cauſam. in fine, de cenſib.* vbi id notat gl. *per l. ſi communem. §. 1. & l. ſi quis ita. ff. quemad. ſeruit. amitt.* Eandem probat Hoſtienſis *in ſumma de cenſibus, verſic. ex quibus cauſis, num. 8. & Hieronym. Schurpff.* qui adductus auctoritete allegati *ca. olim cauſam*, iuxta noſtram concluſionem ſuper eleganti caſu de iure reſpondit *centur. 1. conſil. 10.* vt vehementer mirer candidiſsimum, & doctiſsimum Gaill *dictum cap. olim cauſam, atq; Hieronym. Schurpff.* pro contraria, quam ipſe ſine iure defendit, ſententia allegare *lib. 2. obſ. 73.* Deniq; probatur concluſio, quia vniuerſum ius cenſus amittitur, ſi triginta annis penſio non præſtetur, vt ſupra in prima concluſione eſt oſtenſum: igitur & ius ſoluendi in moneta maiori valoris præſcriptione perdi poteſt: nam quod iuris eſt totius, quo ad totum, idem partis quo ad partem. *l. qua de tota. ff. de petitione hæred.* 111

Nec obſtat, † *l. is qui vſumfructum. ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. & l. vna eſt via. ff. de ſeruit. ruſt. præd.* Quia in caſibus dictarum legum, is cui ſeruitus debeba- 112

tur, parte vt parte eſt vſus, ius totius ſibi ſaluum, & integrum retinens, at in caſu concluſionis noſtræ ſoluitur vilior moneta non vt pars, ſed vt totum, ita reſpondet Schurpff *dicto conſ.10. centur.1.n.9.& 10 per l.ſi commu-nem.§.1.& l.is qui alia.ff quemad.ſeruit.amit.*

223 Quòd ſi contra prædictas concluſiones obiicias,† ac dicas, contingere poſſe, quòd in caſibus conſtitutionum poſitarum cenſitus ſciat ſe cenſus debitorem, adeoq; obſtante mala fide libertatem cenſus preſcriptione adquirere non poſſe. Reſpondeo primò noſtras concluſiones exaudiendas eſſe iuxta caſum §. *in his etiam.d.l.cùm notiſsimi*, adeòq; iuxta ius ciuile, quo inſpecto præſcriptio triginta annorum cum mala fide procedit. Secundò reſpondeo & contrarium euenire poſſe, videlicet, quòd cenſitus in caſibus concluſionum bonam habeat fidem, adeoq; ſecundùm ius Canonicum præſcribere poſsit: Itaq; ſi malam fidem habeat iure Ciuili tantùm, ſin bonam, & iure Canonico triginta annis tàm iuri cenſus vniuerſo, quàm ſingulis præſtationibus præſcribit.

224 Quandò autem,† & quibus caſibus in negante cenſum, vel quouis alio poſſeſſore, ſine titulo, bona fides præſumatur, ſex exemplis declarat Couarr. *c.poſſeſſor.2.part.*§.8. Hæc pro interpretatione *d. §.in his etiam*, adferre volui, quæ vt *noua*, ita, ni fallor, *ſolida*, vobis commendo.

Iam vt ad ſecundam principalem concluſionem ſupra poſitam reuertar: Limitatur ea tertiò, vt non procedat ſi † cenſitus cenſum iuxta valorem, quem moneta habuit tempore ſolutionis, ad triginta annos præſtet: tunc enim iure præſcriptionis in valore, quem tempore ſolutionis habet, non autem tempore contractus ſoluere tenetur. Sequitur hæc limitatio, probaturq;

225

ex iis, quæ circa primam, tertiam & quintam incidentes quæſtiones dicta ſunt.

Tertia principalis concluſio: Quoties † obligatio 116
concepta eſt ſub certa monetæ ſpecie, creditor non tenetur accipere quamlibet aliam monetam, etiam probam, ad monetæ promiſſæ æſtimationem, potiſsimùm ſi ſit alterius materiæ, puta, ſi in obligationem deducti ſunt aurei Rhenenſes, , non tenetur accipere creditor thaleros, florenos, bacios, ſemibacios aut aliam argenteam monetam *l. debitorem.* aliâs *Paulus.* vbi Bart. *nu.*3. *ff de ſolutionib.* & Imola *ibidem.* idem Bart. *l.*1. §. *fin. ff. de auro & argento legato* Alexand. Aretin. & alii *l.*2. §.1 *ff. ſi cert. petat.* Ant & Abb. *c. quanto. de iureiur.* Cou. *de collat. vet. numiſm. c.*7. *n.*1. Ferdinandus Imperator *in ordinat. monetarum, facta Auguſtæ Anno* 1559. *in princ.* §. **Die ſetzo gemeldte gemeine/ꝛc.** Ratio concluſionis eſt, quia † cre- 117
ditor inuitus aliud pro alio accipere non tenetur. *l.*2. §. 1 *ff ſi cert. pet.* Videat igitur † *Fachineus*, quo iure con- 118
trarium afferat. *lib.*2. *controuerſ. iuris, cap.*49. nam quas adducit leges, non id, quod ipſe contendit, ſed quod concluſio noſtra habet, probant.

Limitatur † concluſio primò, ſi moneta, de qua 119
conuentum eſt, amplius non extet, aut ſit reprobata, aut difficulter poteſt haberi: nam hiſce caſibus in alia proba, vſuali & recepta moneta ſolutio fieri poteſt. Carol. Molin. *de commerc. quæſt.*91. *nu.*691. Gaill. *lib.*2. *obſ.*73. *num.*6. Mynſing. *cent.* 4. *obſ.* 1. Pro quo adduco text. *in cap. cum Canonicis. extra de cenſibus, l. ſi ſe.* §. *ait prætor. ff. de re iudic. & l. promiſſor*, §. *final. ff. de conſtit. pecunia.*

Secunda † exceptio eſt à regula, ſi debitor maiorem 120
debiti partem in ſpecie conuenta ſoluit, & deficiat

lentino Forſtero meo olim in Academia Ingolſtadiana condiſcipulo, *in hiſtoria iuris ciuilis lib.* 3. *in principio.* Et *Bulgarus*, quorum duorum opinionem refert gloſſa *in dicta l. cum notiſſimi.* §. *in his etiam. verbo, cuiusq. anni.* Et Guido Papæ *deciſione Grationo politan. quæſtione* 406.

Probatur concluſio, *Primò per cap. de quarta. de præſcriptionibus.* vbi ſancitur, quod ius quartæ decimarum, quæ Epiſcopo annuo debetur, quadraginta annis in totum amittatur.

Secundò, per *c. ad aures. eod. tit.* vbi definitur, ſi quadraginta annis decimæ non fuerint ſolutæ, quod ius decimarum vniuerſum perdatur.

Tertiò per *gl. in l. malè agitur, verbo, debeant, & gl. citata l. cùm notiſſimi*, §. *in his etiam. C. de præſcriptione* 30. *vel* 40. *annorum*, quæ tradunt, quòd coloni triginta annis annuam penſionem, vel canonem non ſoluentes, præſcriptione ſint tuti, per *l. plures. C. de fide inſtrum. & l. litibus. C. de agric. & cenſitis, lib.* 10.

Quartò adducitur *l. fin. C. de ſeruit. & aqua.* quæ probatur, quòd ſeruitutes diſcontinuæ non vſu duplicato tempore, hoc eſt, viginti annis perdantur: atqui ius annuæ præſtationis, eſt quædam ſeruitus diſcontinua: Igitur viginti vel triginta annis perditur.

Quintò probatur ratione, quibus modis vnumquodque adquiritur, iiſdem amittitur, *l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. c.* 1 *de reg. iur. in antiquis.* § *fi. inſtit. quib. modis tollitur obligat.* atqui ius annuæ præſtationis triginta annorum ſpacio adquiritur, vt ex Couarr. *c. poſſeſſor.* 2. *part.* §. 4. *de R. I. in* 6. ſupra eſt oſtenſum. ergò &c.

95 *Sextò* probatur, quia † omnes actiones, quæ decem inter præſentes, & viginti annis inter abſentes non perdun-

perduntur, præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum amittuntur. *l. ſicut. l. omnes. C. de praſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* ergò &c.

Nec valet reſponſio Fachinei *lib.* 8. *controuerſ. iur. cap.* 99. præſcribi quidem triginta annis actioni, verùm pro præteritis penſionibus tantùm: nam cùm actio aduerſus omnes, etiam futuras penſiones ſit nata, profectò aduerſus omnes præſcriptio curret. 96

Denique probatur *per c. olim cauſam, de cenſibus.* vbi definitur, ſi † cenſus in certa moneta ponderoſa debeatur, isq; in alia moneta viliori, & minus ponderoſa ſoluatur, quòd cenſum recipiens ſibi præiudicet, adeoque ius ad ponderoſiorem materiam quadraginta annorum præſcriptione amittat, cogaturque in moneta minoris valoris recipere: Ex qua deciſione manifeſtè colligitur, in annuis reditibus præſcriptionem currere, non tantùm quoad præteritas, ſed etiam futuras præſtationes, per quem textum de iure interrogatus ſuper caſu notabili de iure reſpondit *Hierony. Schurpff. cent.* 1. *conſil.* 10. 97

Ampliatur concluſio, vt † procedat ſiuè annua penſio debeatur ex contractu, ſiuè ex legato. Hæc interpretatio eſt contra Bart. & gl. *loc. ſup. alleg.* & Guid. Pap. *q.* 406. qui inter prędicta duo differentiam conſtituunt. Probatur primò extenſio, quia inter commemorata duo nulla concludens differentiæ ratio reddi poteſt: Nam quòd dicitur, ſtipulationem eſſe vnam, legatum multiplex, id ad rem nihil prorſus confert: etenim ſi annuũ debitũ abſolutè negetur, ſiuè ex ſtipulatione, alioue cõtractu, ſiuè ex legato petatur, per recuſationẽ & negationẽ ſimplicẽ, debitor in quaſi poſſeſſione libertatis cõſtituitur, adeoq; elapſis 30. an. ius annui redit' ſi quod 98

Digitized by Google

fuit, præſcriptione eſt amiſſum: Quemadmodùm enim prætendens ius ſeruitutis in alterius prædio, aut ius accedendi alienos furnos, vel molendina, ſi à domino prohibitus prohibitioni acquieſcat, eo ipſo dominus prohibens in quaſi poſſeſſione iuris conſtituitur, & ſi ruſticus prohibitus ad triginta annos ad domini furnum vel molendinũ accedat, ius accedendi ad domini furnum, vel molendinum ipſi domino præſcriptione eſt quæſitum, quæ à die prohibitionis, & ſubſecutæ obtemperantiæ incipit. *l. hac autem. ff. de ſeruitut. vrbanor. præd. gl. l. qui luminibus. ff. eod.* Abb *c. ſignificata, de appell.* Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. glo.* 1. §. 4. *num.* 11. Grauetta *conſ.* 111. *num.* 22. Couarr. *c. poſſeſſor.* 2. *parte*, §. 4. *num.* 11. *verſic. Huic ſane obiectioni*, Ioſeph. Maſchard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1193. *& ſeq.* Ita quoque, ſi annuam, præſtationem creditor exigat, eam autem debitor omninò neget, per huiuſmodi negationem in quaſi poſſeſſione libertatis conſtituitur debitor, adeoque curſu temporis libertatem præſcriptione acquirit. *Secundò* probatur ampliatio, quia quantum † poſſeſſum
99 vel quaſi, tantùm præſcriptum. *c.* 2 *vbi Doctores, de capellis monachor.* Abb. *ca. olim, num.* 6. *de præſcript.* Bart. *l.* 1. §. *ſi quis ff. de itinere, actuué priuato*: atqui in caſu concluſionis debitor totum debitum negat, adeoque eſt in poſſeſſione vel quaſi libertatis: igitur omnimodam præſcriptione acquirit. *Tertiò*, interuerſa poſſeſſione currit præſcriptio in annuis reditibus ex legato, vel alio modo debitis, etiam quoad futuras præſtationes, glo. *in ſaped.* §. *in his etiam, prope finem, per l. fin. C. de fundis rei priuat. lib.* 11. atqui debitor negando debitum ex legato natum, interuertit poſſeſſionem, vel quaſi: igitur ab eo tempore præſcribere incipit. Denique quòd

cenſum

cenſum annuum denegans, vel recuſans eo ipſo, quod negat, recuſatque quaſi poſſeſsionem libertatis, & immunitatis cenſus acquirat adeoque triginta annorum præſcriptione iure ciuili liber fiat, probatur: quia † cenſum ſoluere recuſans dicitur ſpoliare, hoc eſt, cenſitorem quaſi poſſeſsione cenſus mouere. Iacob. Menoch. *tract. recuper. poſſeſſ. remed.* 1 *quæſt* 8. *num.* 81. *& ſeq. vſq. ad* 89. And. Gaill *lib.* 2. *obſ.* 75. Itaque cenſitor ſi poſtquàm cenſitus ius cenſus negauit, triginta annos taceat, præſcriptione ius cenſus amittit, cenſitusque libertatem adipiſcitur. 100

Secundo caſu concluſio eſt, ſi † debitor ius annuæ præſtationis non neget, ſed debitorem confiteatur, & triginta annis nullam penſionem præſtet, vnica tantùm præſtatio, ea nimirum, quæ ante triginta annos cœpit deberi, præſcriptione triginta annorum eſt ſublata, remanente iure exigendi eas annuas penſiones, quæ à 29.28.27.26.&c. & paucioribus annis cœperunt deberi. Probatur concluſio primò per ſæpè citatum §. *in his etiam.* qui iuxta hanc ſecundam concluſionem eſt exaudiendus. Nam actio perſonalis omnis, quæ decem, vel viginti annis non expirat, triginta annis extinguitur, *l ſicut. l. omnes. C. de præſcript.* 30 *vel* 40. *annor. l.* 1. §. *ad hæc. C. de anali except.* atqui ad annuam præſtationem, cuius dies ceſsit, venitque, hoc eſt, pro præteritis actio perſonalis competit, quæ triginta annis elapſis euaneſcit, remanente actione ſalua ad reliquas præſtationes, quæ à 29. 28. & paucioribus annis debentur. Et hoc voluit Imperator, dum aſſerit *in dicto* §. *in his etiam.* in annuis præſtationibus non ab exordio totius obligationis, ſed ab initio cuiuscunque anni præſcriptionem temporis computari: quaſi dicat Iuſtinianus, quòd 101

*emphyteutici.C.de fundis patrimon.lib.*11. Franciſc. Balb. *de præſc.* 4 *parte*, 4 *partis principalis.quæſt.*8.

Tertio caſu, hoc eſt, cùm † non conſtat, an à triginta annis penſio annua ſit exacta, nec ne, idem quod in primo caſu concludendum eſt, videlicet, quòd in dubio, cum non liquet debitorem annui cenſus eſſe interpellatum, quòd cenſitus negans cenſum, ab vniuerſo iure cenſus, etiam quo ad futuras præſtationes pręſcriptione 39. annorum ſit liber, & immunis. Probatur concluſio iiſdem argumentis, quibus prima eſt confirmata: quibus additur ſequens ratio, quòd in dubio negans cēſus bona fide negare, ideoq; quaſi poſſeſſor libertatis bonæ fidei præſumatur, niſi mala fides probetur: tùm quia † delictum non pręſumitur, tùm quia dubia in meliorem partem ſunt interpretanda, tum quia † ſpacio 30. annorum ſuſpicio malæ fidei purgatur, Couar. *c. poſſeſſor, 2. part.* §. 8. *n.* 3. *&* §. 11 *n.* 4. *verſ. Tertiò infertur.* 104 105 106

Quarto caſu concluſio eſt: cùm † certa quantitas annuò debetur, eiuſque pars ſingulis annis eſt ſoluta, quo ad non ſolutas pvæſcriptio non currit, *ita gl. ſæpe allegat. l. cum notiſſimi*, §. *in his etiam, verbo per ſingulos annos.* Cui accedit Bart. *in l ſi prius num.* 2. *ff. de aqua pluuia arcenda.* Franc. Balb. *de præſc.* 4. *parte.* 4. *partis principalis, quæſtion.* 5. Et probatur per *l. cùm fidem cautionis. C. de non numer. pecunia.* vbi agnoſcens cautionem, vel inſtrumentum, in quo debitum centum florenorum continetur, atq; partem debiti ſoluens, de reſiduo exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere nequit. Ratio concluſionis eſt, quia ſoluendo partem, totum agnoſcit, ideoq; ceſſante quaſi poſſeſſione, & obſtante mala fide pręſcriptioni locus non eſt. 107

Limitatur concluſio primò, vt procedat, ſi † totum 108

debitum agnoſcens, partem vt partem ſoluat. Salycet. *dicto* §. *in his etiam, per l. vna eſt via. ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* Secus ſi partem non vt partem, ſed vt totum ſoluat, hoc eſt, putet ſe plus non debere: nam tunc partem non vt partem ſed vt totum ſoluens reſiduo præſcribit. *gloſ. in c. olim cauſam, verbo, trigeſimo ſexto, de cenſibus. per l. ſi communem.* § 1. *& l. ſi quis alia. ff. quemad. ſeruitus amitt.* Nec refert, ſciuerit creditor ſibi plus deberi, vel

109 ignorauerit, etenim & † contra ignorantem currit præſcriptio, contra Bart, *citata l. ſi prius ff. de aqua pluuia arcend,* diſtinguentem inter creditorem ſcienter partem recipientem, & plus ſibi deberi ſcientem, & inter ignoranter recipientem, qui plus ſibi deberi non putat. Noſtram interpretationem defendit Salycet. *d. l. cum notiſsimi,* §. *in his etiam. C de præſcript* 30. *vel.* 40. *annor.* Iohan. de Imola *dicta l. ſi prius.* Balbus *dicta* 4. *parte*, 4. *partis principalis, quaſt.* 5. Hieronym. Sahurpff. *cent.* 1. *conſil.* 10. Ratio eſt, quia, vt diximus, præſcriptio etiam aduerſus ignorantem currit. Nec iuuat Bartoli opinionem, *l. is qui vſumfructum, ff. quib. mod. vſusfruct. amittit.* nam verba legis altius extendens, cognoſcet eam legem pro noſtra facere ſententia: Sicut enim is, qui vſumfructum habens, re vtitur tantùm, cùm ſciat ſe habere vſumfructum, vſuifructui non præiudicat: Ita & ſoluens partem, cùm ſciat ſe totum debere, toti non præiudicat: & ſic vtens ſeruitute, & dans penſionem comparandi ſunt, non vtens ſeruitute, & recipiens penſionem annuam, quòd Bartolus fecit, & malè.

110 Declaratur ſecundò concluſio, quòd licet † ſolutione partis iuri alterius partis non ſolutæ, adeoque iuri totius non præſcribatur: attamen perſonali actioni competenti ad partem, quæ ante triginta annos deberi

beri cœpit, præſcribitur, ratio eſt, quia actiones perſonales omnes triginta annorum præſcriptiones amittuntur. *l. ſicut. l. omnes. C. de præſcriptionib. 30. vel 40. annor.* gl. & Bart. *in l. malè agitur. C. eod.*

Vltimo caſu eſt concluſio, quòd † debitor obligatus ſoluere annuum reditum in moneta maioris vaſoris, vel in vino Alſatico, ſi cenſum in moneta minoris valoris, vel in vino Briſgoico per triginta annos præſtet, ius amplius non ſoluendi in moneta maiori, aut vino nobiliori præſcripſit, ideoque creditori exigenti cenſum in moneta maioris valoris, aut vino nobiliori, & generoſiore, exceptio præſcriptionis obiici poteſt. Probatur concluſio primò per text. apertiſsimum *in c. olim cauſam. in fine, de cenſib.* vbi id notat gl. *per l. ſi communem. §. 1. & l. ſi quis ita. ff. quemad. ſeruit. amitt.* Eandem probat Hoſtienſis *in ſumma de cenſibus, verſic. ex quibus cauſis, num. 8. & Hieronym. Schurpff.* qui adductus auctoritete allegati *ca. olim cauſam*, iuxta noſtram concluſionem ſuper eleganti caſu de iure reſpondit *centur. 1. conſil. 10.* vt vehementer mirer candidiſsimum, & doctiſsimum Gaill *dictum cap. olim cauſam, atq; Hieronym. Schurpff.* pro contraria, quam ipſe ſine iure defendit, ſententia allegare *lib. 2. obſ. 73.* Deniq; probatur concluſio, quia vniuerſum ius cenſus amittitur, ſi triginta annis penſio non præſtetur, vt ſupra in prima concluſione eſt oſtenſum: igitur & ius ſoluendi in moneta maiori valoris præſcriptione perdi poteſt: nam quod iuris eſt totius, quo ad totum, idem partis quo ad partem. *l. quæ de tota. ff. de petitione hæred.* 111

Nec obſtat, † *l. is qui vſumfructum, ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. & l. vna eſt via. ff. de ſeruit. ruſt. præd.* Quia in caſibus dictarum legum, is cui ſeruitus debeba- 112

ex iis, quæ circa primam, tertiam & quintam incidentes quæſtiones dicta ſunt.

Tertia principalis concluſio: Quoties † obligatio concepta eſt ſub certa monetæ ſpecie, creditor non tenetur accipere quamlibet aliam monetam, etiam probam, ad monetæ promiſſæ æſtimationem, potiſsimùm ſi ſit alterius materiæ, puta, ſi in obligationem deducti ſunt aurei Rhenenſes, , non tenetur accipere creditor theleros, florenos, bacios, ſemibacios aut aliam argenteam monetam *l. debitorem.* aliâs *Paulus.* vbi Bart. *nu.* 3. *ff de ſolutionib.* & Imola *ibidem.* idem Bart. *l.* 1. §. *fin. ff. de auro & argento legato* Alexand. Aretin. & alii *l.* 2. §. 1 *ff. ſi cert. petat.* Ant & Abb *c. quanto. de iureiur.* Cou. *de collat. vet. numiſm. c.* 7. *n.* 1. Ferdinandus Imperator *in ordinat. monetarum, facta Auguſtæ Anno* 1559. *in princ.* §. **Die ſetzt gemeldte gemeine/ꝛc.** Ratio concluſionis eſt, quia † creditor inuitus aliud pro alio accipere non tenetur. *l.* 2. §. 1 *ff ſi cert. pet.* Videat igitur † *Fachineus*, quo iure contrarium afferat. *lib.* 2. *controuerſ. iuris, cap.* 49. nam quas adducit leges, non id, quod ipſe contendit, ſed quod concluſio noſtra habet. probant. 116 117 118

Limitatur † concluſio primò, ſi moneta, de qua conuentum eſt, amplius non extet, aut ſit reprobata, aut difficulter poteſt haberi: nam hiſce caſibus in alia proba, vſuali & recepta moneta ſolutio fieri poteſt. Carol. Molin. *de commerc. quaeſt.* 91. *nu.* 691. Gaill. *lib.* 2. *obſ.* 73. *num.* 6. Mynſing. *cent.* 4. *obſ.* 1. Pro quo adduco text. *in cap. cum Canonicis. extra de cenſibus*, *l. ſi ſe.* §. *ait prætor. ff. de re iudic. & l. promiſſor*, §. *final. ff. de conſtit. pecunia.* 119

Secunda † exceptio eſt à regula, ſi debitor maiorem debiti partem in ſpecie conuenta ſoluit, & deficiat 120

aureus, verbi gratia vnus, atque alter: nam eo caſu in alia argentea moneta ſolutionem accipere tenetur creditor. Carol. Mol *citato loco*. Vbi,

121 Tertiam † addit exceptionem, ſi probetur creditoris non intereſſe, in conuenta moneta, vel alia proba, & vſuali ei ſoluatur: nam & eo caſu in alia moneta ſolutio rectè fit: per *text. dicta l. Paulus*, aliâs *creditorem: ff. de ſolutionibus. l. quæ extrinſecus. ff. de verborum obligationibus.*

122 Quarta † interpretatio eſt, quòd obligatus ſoluere incerta moneta, in moneta alterius & materiæ, & formæ ſoluere nequeat: verùm ſi moneta ſit diuerſa ratione formæ, ſpeciei, & characteris tantùm, & materia ſit eadem, tunc in moneta eiuſdem materiæ, & diuerſæ formæ ad conuentæ ſpeciei æſtimationem ſolutio rectè fit. Hinc eſt, quod obligatus ad aureos Rhenenſes ſolutionem in argentea moneta facere nequeat: verùm obligatus ad thaleros, hoc eſt, Ioachimicæ vallis grandiorem monetam, Germanicè Jochimsthaler/ facere poteſt ſolutionem in florenis Imperialibus, ſemifflorenis, quarta parte floreni, aut thaleri, item in baciis, ſemibaciis: &c. dummodò ad æſtimimationem debiti ſolutio fiat.

123 Vltimò † limitatur, ſi ſit in loco conſuetudo, qua obtentum ſit, vt aliud pro alio ſolui poſsit: nam tunc vi conſuetudinis pro auro argentum, pro maiori ſorte minorem accipere cogitur creditor. Eſſe autem huiuſmodi conſuetudinem ferè vbiq; teſtatur *gl. in l. ſi quis argentum, C. de donat. & in l. libera. C. de ſentent. & interlocut. omnium iudic.* Bart. *d. l. Paulus. colum.* 1 *ff. de ſolut.* Boerius *deciſ.* 327. *colum.* 3.

Verùm Carolus † Molinæus *tractat. de commerc. quæſt.*

quæſtion. 92 num. 708. & ſeq. friuolum eſſe contendit, quod de conſuetudine Dd. comminiſcuntur, quòd acceptio in alia ſpecie monetæ ex ciuilitate & beneuolentia proceſſerit, ſicque actus fuerit familiaritatis, ex quo præſcriptio, aut conſuetudo induci non poſſit. Refert vtramque opinionem Couarr. *de collat. veter. numiſm. cap 7. num. 1.* Ego diſtinctionis fœdere vtramque concordari poſſe cenſeo. Aut enim iure ſuo, hoc eſt, quia putauit ſe ius ſoluendi in alia moneta habere, ſoluit debitor, & ex neceſſitate accepit creditor, vtputa, quòd debitor in conuenta moneta ſoluere recuſauit: Et tunc præſcriptio, conſuetudoq; introducitur, atque ex huiuſmodi receptionibus probatur: Aut verò creditores accipiunt ſolutionem in alia moneta ex mera ciuilitate, & in gratiam debitoris: Et tunc nulla inducitur conſuetudo, vel præſcriptio, habetque locum *Caroli Molinæi opinio*, per ea quæ tradit Rochus de Curte, *c. fin. de conſuetud. ſect.* 8 *num.* 10. Menoch. *de arbit. iudic. lib. 2. centur.* 1 *caſu.* 160.

Quarta & vltima principalis concluſio: Si † mutetur pecunia in bonitate intrinſeca, hoc eſt, in materia pondere, qualitate & quantitate, ſolutio eſt facienda iuxta eam bonitatem, quam habuit tempore contractus, non autem ſecundùm eam, quam habet tempore ſolutionis: Bart: & alii *dicta l Paulus. ff. de ſolutionib.* Panormitan. *c. quanto de iureiur.* Couar. *de collat. veter. numiſmat cap. 7 §. vnico, nu. 7.* Andr. Fachinæus *controu. iuris. lib. 2. cap. 10. 2 part.* 125

Probatur concluſio *Primò per l. 1. ff de contr. empt.* vbi Paulus, materiam monetæ electam ait: Si electa, ergò conſideratur in æſtimatione: deindè ſubiungit, numum auctoritate publica conſtare, non tàm ex ſub-

pondusque attenditur. Hinc eſt, quòd creditor aureos etiam Imperatoris figura ſignatos, niſi fuerint iuſtæ quantitatis, & qualitatis, hoc eſt, ponderis, & bonitatis intrinſecæ, accipere non teneatur. *l. 1. C. de veter. numiſmat. poteſtat. l. 1. & l. 2. C. de ponderatoribus. l. creditor, ff. de ſolutionibus.* vbi debitor efferens creditori ærosam pecuniam, hoc eſt, quæ plurimum æris adiunctum habet, non liberatur, ſi pecunia ceu falſa, & adulterina confiſcetur, quia falſam monetam offerens, non ſoluit, nec creditorem recipere recuſantem in mora conſtituit: Ex quo colligitur, quòd in numis ſoluendis materiæ quoque ratio habeatur. Sextò ſi ſolutio fiat, ſecundùm eam bonitatem intrinſecam, quam tempore contractus habuit moneta, nec debitori, nec creditori damnum infertur: nam & ſoluit debitor, & accipit creditor id, quod cùm præſtaretur conuentum fuit. Denique bonitas † intrinſeca, hoc eſt, materia eſt de eſſentia monetæ, 129 eſtque monetæ pars materialis, quæ alteram rei partem eſſentialem conſtituit. Conſtat autem cùm contractus tacitè, vel expreſsè materiam reſpicit, quòd neceſſariò requirat eam, quæ erat tempore contractus. *l. cùm quid. ff. ſi certum petat l. Ratilia, vbi ſummarium ff. de contrah. empt.*

Aduerſantur † huic communi concluſioni Carolus Molinæus *ſæpedicto tractatu de commer. quæſtion.* 130 100. Franciſcus Hottomannus *illuſtrium quæſtionum lib. 3. quæſt. 15* Iacobus Menochius *conſil. 49. num. 38.* Secuti Iohannem Fabri *in auth. hoc niſi. C. de ſolutionib.* arbitrantes, ſi publica auctoritate diminuta foret moneta intrinſecè tantùm, hoc eſt, in materiæ pondere & qualitate & bonitate, ac eadem publica autoritate noua

 per-

percuſſa eiuſdem bonitatis extrinſecæ, hoc eſt, valoris, quod in moneta diminuta intrinſecè tantùm, rectè fiat ſolutio, ſicque cenſent, pecunia mutata intrinſecè tantùm, ſolutionem faciendam ſecundùm eam bonitatem intrinſecam, quam habet tempore ſolutionis,
131 non contractus: Mouentur ſequentibus † argumentis:

132 Primò, in numo † ſeu pecunia, quatenus talis, non ſpectatur materia & forma phyſica, ſeu naturalis, ſed artificialis, hoc eſt, impoſititius valor. Nam moneta deducitur in contractum non ratione materiæ naturalis, ſed ſub ratione valoris impoſititii: itaque vbi idem eſt valor, eandem cenſent eſſe pecuniam: quare ſi fiat ſolutio in pecunia, cuius hodiè idem ſit valor, qui olim fuit, in eadem moneta dicitur fieri ſolutio. Antecedens
133 probant ex hiſtoriis: nam memoriæ † proditum eſt, numos aliquandò excuſos fuiſſe ex viliſſima materia, puta ex corio, plumbo, laminis ferreis, referente Iulio Cæſare *lib.5. de bello Gallico*, Seneca *lib.5. de benefic. cap.*14. Nauclero *generatio*.24. quò fit, quòd materiæ ratio habenda non ſit.

135 Quòd ſecundò confirmatur: Quia † pecunia non inducitur in obligationem vt corpus Phyſicum, aut vt maſſa, aut vt *tale* metallum, ſed tanquàm numus, hoc eſt, ratione valoris impoſititii: vndè ſi ſit idem valor, eadem erit moneta.

Tertio, quia pecuniæ obligatio ſemper eſt certa, eiuſdem valoris, præſtationis, & æquipollentiæ cum alia moneta. *l. ideò. ff. de eo quod certo loco, l. numis. ff. de in litem iurand. l.1. ff. de condict. triticiaria.* quæ ſtare non poſſe putant, ſi dato eodem valore exigeretur etiam bonitas materiæ, qualis fuit tempore ſolutionis.

136 Quartò, pecunia † recipit functionem in genere ſuo

ſuo identicam cum alia moneta, hoc eſt, promiſſio in auro ſolui poteſt in argento. *l. qua extrinſecus ff. de verborum obligat.* id autem fit ea ratione, quia in moneta non materia, ſed valor ſpectatur.

Denique legato † auro & argento non veniunt numi aurei, & argentei. *l. cum aurum. l. Quintus* 2. §. 1 *ff. de auro & argento leg.* quod non alia ratione fieri cenſent, quàm quòd in moneta, vt tali, materia non attendatur. 136

Sunt quidem hæc argumenta † ingenioſa, verùm non æquè ponderoſa, vt puta, quæ facili negotio dilui queant. 137

In primò argumento negatur propoſitio, ſeu antecedens: nam † in qualibet re, ſiuè naturali, ſiuè artificiali, non ſolius formæ, ſed etiam materiæ ratio habetur: neque enim ſola forma, ſed ipſa cum materia coniuncta rem conſtituit, id quod ipſe quoque Molinæus *in fine, num.* 755. concedit: Itaque contrahentes non ſolùm ad formam, hoc eſt, valorem impoſititium eundem, ſed etiam eandem materiam reſpexiſſe, & voluiſſe videntur, vt ſolutio fiat in eadem moneta ſimpliciter, hoc eſt, tàm quo ad materiam, quàm quo ad formam, potiſſimùm cùm aureæ & argenteæ monetæ vſus ſolus non ſit, vt expendatur, ſed vt permutetur, vt in quibuſdam morbis medicinam præſtet, vt ex iis Scyphus, torques, vaſa pro cultu diuino conficiantur, campanæ fundantur. Hinc eſt, quòd † in numiſmatis, potiſſimùm veteribus, vſusfructus conſtitui poſſit, *l. numiſmatum. ff. de vſufructu.* Couarr. *de collat. veter. numiſmat cap.* 7. *num.* 3. 138 139

Ad probationem dicitur non eſſe curandum, nec etiam producendum ad conſequentiam, † quòd 140

 ali-

aliquandò ſumma vrgente neceſſitate, quæ legibus ſoluta eſt, Reipublicæ ſit factum, ſed quid ſecundùm iuſtitiæ normam fieri debeat. *l. quod verò, cum duabus ſeqq. ff. de LL.*

141 Ad ſecundum reſpondetur argùmentum, deduci † quidem in obligationem pecuniam ratione valoris impoſititii: verùm non tantùm ratione valoris, ſed quoq; ratione materiæ, & bonitatis intrinſecæ.

Tertium argumentum nullius prorſus eſt roboris: nam vt forma, hoc eſt, valor, ita materia, hoc eſt, quantitas & qualitas monetæ ſemper eſt, & eſſe debet certa, auctoritate publica, ſiuè legis, ſiuè principis: itaq; ex vnius, vel vtriuſque certitudine pro *Molinæo* contra nos nihil concluditur.

142 In quarto argumento conceditur, † pecuniam admittere functionem in genere ſuo, hoc eſt, vnam
143 pro alia ſolui poſſe: nam † functionem recipere nihil aliud eſt, quàm vnam rem, vice & loco alterius, in eodē genere fungi, ita, vt præſtando rem eiuſdem generis, creditori ſatisfaciat, quam functionem recipiunt res, quibus in creditum itur, hoc eſt, quæ numero, pondere, & menſura conſtant: Vinum enim, verbi gratia, quod mutuanti redditur, licet numero diuerſum ſit ab eo, quod mutuo datum eſt, tamen huius loco fungitur, habetur, eundemq; creditori præſtat vſum. *l. 2. §. 1. ff. ſi cert. petat* And. Fachin. *lib. 2. cap. 48. in fine.* Verùm vt mutuanti creditori ſatisfiat, non ſufficit rem eiuſdem generis ſimpliciter reddi, ſed requiritur, vt eiuſdem bonitatis intrinſecæ reſtituatur: nam qui vinum, verbi gratia, Alſaticum vetus mutuo accepit, non liberatur, ſi Alſaticum nouum reddat, ſed neceſſe eſt, vt vetus in eadem bonitate det. *l. cum quid. ff. ſi certum petat.*

perat. Sic qui mutuo pecunias accepit, alias eiuſdem bonitatis non tantùm extrinſecæ, ſed etiam intrinſecæ reſtituere tenetur, atq; obligatur.

Ad vltimum argumentum reſponſio eſt, ſub† aurei & argentei legato, monetam auream & argenteam non contineri ex præſumpta mente teſtatoris, & communi vocum appellatione: nemo n. ſub nomine auri, vel argenti, aureos vel argenteos numos intelligit: Itaq; quòd ſub legato auri, & argenti non veniat pecunia, id non ideò accidit, quòd in pecunia non ſpectetur materia, ſed quia communis vocabulorum ſignificatio id non admittit: quia non facilè quiſquàm argenti numero numos computat, vt inquit *I.C. in l. Quintus.* §. 1 *ff. de auro & argento legato.* 144

Ex quibus ſatis defenſa eſt concluſio noſtra, quæ maximè locum habet, ſi inter partes ſit conuentum, vt pecuniæ ſolutio fiat, in eadem bonitate intrinſeca, hoc eſt, materiæ pondere, & qualitate **Gutt von gehalt/ vnnd Gewicht/ odern an Schrot vnd Korn**: quo caſu ſolutionem eſſe faciendam iuxta bonitatem intrinſecam, quam moneta habet tempore contractus, dubium eſt nullum.

Secundò indubitanter procedit concluſio noſtra, ſi veteres numi non tantùm in bonitate intrinſeca, hoc eſt, pondere, & qualitate, ſed ſimul in valore impoſititio eſſent mutati: nam eo caſu veteres, aut iis deficientibus eorum propriam, & veterem æſtimationem ſoluendam eſſe tradunt omnes, etiam Carolus Molinæus *dicto loco*: quia tunc non eadem, ſed diuerſa prorſus & diſtincta eſſet moneta, ideoque nouus pro veteribus, & ſic aliud pro alio, creditor inuitus accipere non obligaretur, per textum in *cap. cum*

canonicis, de cenſibus. Quem in hoc caſu intelligendum eſſe contra communem Doctorum expoſitionem contendit Carol. Molinæus *prꝗallegato loco*, cumque ſequitur Couarr. *cit c 7.§. vnico, n. 2. in fine*,

Ego *de Caroli Molinæi intellectu* dubito; quia eſſe potuit, quòd in caſu *ſæpedicti c. cùm Canonicis*, noua moneta melior ex cuſſa fuerit ſumptibus Principis, nullo aucto illius valore, per tradita Couarruuiæ *de collat. veter. numiſmat. cap. 7.* Andreæ Fachinei *lib. 2. cap. 9.*

145 Quæſtio quinta: Commodè hoc loco, quo de monetæ valore agitur, & illa quæſtio diſputatur: *Vtrùm † monetæ valor facilè, & pro libitu mutari poſſit?*

Quæ quæſtio in duo capita diſtinguenda eſt: aut enim quæſtio eſt de principe: aut de ſubditis. Priori caſu concluſio ſit: Princeps ad libitum & ſine legitima cauſa monetæ valorem mutare nec debet, nec poteſt: Hoſtienſis *in ſumma tit. de cenſib. verſ. Ex quibus, num.* 8. D. Thom. *tract. de regimine principis, lib. 2. cap.* 13. Carol. Molinæi *de contract. quæſt.* 92. & 93. Couar. *de collat. veter. numiſmat. cap 7. num.* 6. Ratio prior eſt, quia numi velor eſt, & eſſe debet ſemper certus, quæ certitudo non daretur, ſi pro placito mutari poſſet: Poſterior eſt, quia ea mutatio in ſubditorum graue damnum cedit, potiſſimùm, ſi valor monetæ diminueretur.

Limitatur concluſio primò, vt non procedat, ſi ſubditorum conſenſus accedat, nam tunc mutatio mo-

monetæ eſt licita: Innocent *c. quanto. de iureiur.* Albert. Brunus *tract. de augmento & diminut. concluſ. vlt. colum.* 2 Couar. *dicto loco.*

Limitatur ſecundò, ſi numi valoris mutatio fiat ex iuſta cauſa, quo caſu permiſſa eſt, Ariſtoteles *lib. 5. Eth. c. 5. & in politic. cap. 6.* Iohan. Fabri *in princip. inſtit. quib. modis tollit. obligatio.* Boerius *deciſ. 327.* qui, dùm dicunt principem monetæ valorem mutare poſſe, intelligendi ſunt hoc ſenſu, ſi iuſta accedat cauſa. Couar. *citato loc.* Ratio prior eſt, quia † numus ſuum valorem non habet à natura, ſed à Principe, & Republica. *l. 1 ff. de contrah. empt.* vndè numus dicitur, à Græco verbo *νόμω*, hoc eſt, à lege, quòd ab ipſa lege, & pacto valorem accipiat. Ariſtoteles *dictis locis*, refert Couarruu *allegato cap. 7. num. 1. verſic. Caeterùm contrarium.* Poſterior eſt, quia ſicuti leges ciuiles à principe mutari quidem poſſunt, verùm abſque iuſta & legitima cauſa mutari non debent, *l. in rebus. ff. de conſtitutionib. princip.* Couarruu. *c. alma mater, 2 partis initio, num. 3 propè finem. de ſentent. excommunicat.* ita & valor monetæ à principe mutari quidem poteſt, verùm ſinè iuſta cauſa mutandus non eſt. 146

Poſteriori caſu concluſio eſt, quòd † ſubditi monetæ valorem mutare nequeant, quodq; ii ſubditi qui maiore valore, quàm quo eſt æſtimata, pecuniam exponunt peccent grauiſsimè contra iuſtitiam, teneanturq; parti læſæ ad reſtitutionem: Hoſtienſ. *in ſumma de cenſibus. verſic. Ex quibus, num. 8.* & puniuntur confiſcatione pecuniæ, & aliis modis, vt conſtat *ex diui Ferdinandi monetarum ordinatione facta Auguſtæ, Anno* 1559. Ratio prior eſt, quia lex certum monetæ valorem conſtituens eſt iuſta: igitur in conſcientia, & ſub peccato ligat 147

omnes: Poſterior eſt, quia huiuſmodi mutatio eſt contra iuſtitiam, & coniuncta cum magno ſubditorum damno. Ergò, dices, in ſtatu damnationis ſunt omnes, qui monetas maiori precio, quàm quo æſtimatæ ſunt, exponunt? Reſpondeo, inter exponentes faciendam eſſe differentiam: nam qui primi precium augent, peccant, teneturque ad reſtitutionem; qui verò poſt, cum ex conſenſu populi, aut ex conſuetudine, auctus eſt valor, maiori precio expendunt, à peccato, & reſtitutione ſunt liberi, atque immunes.

148 Sit itaq; primæ concluſionis † limitatio, quod non procedat, ſi vel conſuetudine, vel populi conſenſu, & principis patientia monetæ valor ſit auctus. Couarru. *de collat. veter. numiſmat. ca. 7. num. 3.*

149 Secunda limitatio eſt, ſi † ratione cambii maiori precio pecunia exponatur: Iohann. à Medina *C. de reb. per vſur. adquiſ. quæſt. 6. 7. & 8.* Cou. *d. loco. n. 3. & 4.* Et hæc de iuſto precio annui cenſus perpetui.

Reliquum eſt, vt inquiratur: Quodnam ſit iuſtum precium annui cenſus tẽporalis?

Qua in diſquiſitione diſtinguendus eſt cenſus temporis certi, & definiti ab eo, qui ad tempus incertum,
150 puta, ad vitam alicuius eſt conſtitutus.

In † cenſu temporali definiti temporis, hoc eſt,
151 ad certos annos comparato, quantum debeat eſſe precium, inter Doctores non conuenit. Gabriel † Biehel 4. *ſententiarum, diſtinct. 15. quæſt. 12. concluſ. 3.* Iohann. à Medina *præcit. lo. quæſt. 13.* Dominic. de Soto *de iuſtit. & iure. lib. 6 quæſt. 5 artic. 2. in fine*, cenſent precium debere æquare ipſas penſiones, hoc eſt, tantùm eſſe debere, quanta eſt omnium penſionum ſumma, ita, quod precium minus omnibus penſionibus ſimul ſumptis

eſſe nequeat. Ea potiſsimum ratione adducti, quòd emptio cenſus temporis determinati, vel ſit mutuum, vel maximam cum eo affinitatem habeat, adeoq; ſi minori precio compararetur, quàm ſit ſumma omnium penſionum, feneſtræ ad vſuram exercendam vſurariis patefierent, qui ad euitandas pœnas contra vſurarios conſtitutas, ſub prætextu emptionis cenſus temporis certi, palliatam exercerent vſuram, ſuper capitale aliquid recipientes ex vero mutuo, & cenſus emptione ſimulata.

Huius † opinionis ratio vera non eſt: Falſum enim eſt, quòd emptio cenſus temporalis definiti temporis ſit mutuum: nam in ea emptione interuenit precium, & merx: Deindè penſiones accipiuntur, non tanquàm capitale, ſed tanquam res empta: vndè vera eſt emptio. Ad id quòd de occaſione exercendi vſuras eſt adductum, reſpondeo: *Primò* illam occaſionem eſſe remotam, & merè per accidens. *Deindè* etſi in huiuſmodi emptione cenſus precium poſsit eſſe minus penſionibus, quæ emuntur: attamen ſecundum arbitrium boni viri debet eſſe minus, vt tradit Cou. *lib* 3. *reſol. c* 7. *nu*. 4. *verſ. Sunt & alii*: Itaq; ſi limites moderaminis excedat, iudicabitur, & damnabitur contractus tanquàm vſurarius. 152

Secunda † opinio eſt Ludou. Molinæ *de contract. tract*. 2. *diſput*. 386. qui inter emptionem cenſus temporalis perſonalis, & realis diſtinguit, atque in illa precium penſionibus æquale eſſe debere, in hoc minus eſſe poſſe aſſerit: Verum nititur Molinæ opinio falſo fundamento: Cenſet etenim vir doctiſsimus emptionem cenſus perſonalis eſſe illicitam, cuius contrarium ſupra fusè probauimus. 153

Tertia † ſententia eſt Conradi Summerhardt *in opere de contractibus. quæſt*. 8. *concluſ*. 4. ~~Caroli Molinæi~~ 154

Tertiò in cenſu perpetuo penſiones curſu temporis precium excedunt. igitur quoque in cenſu temporali penſiones excedere poſſunt precium. *Quartò*, † quoad vſum & commoditatem, plus valent centum ducati in præſenti pecunia, quàm centum ducati in decennio ſoluendi particulatim. Hinc eſt, quòd particularem ſolutionem creditor accipere non teneatur. *l. offerri. ff. de act. empt. l. qui pignori ff de pignoribus l tutor. §. Lucius. ff. de vſuris.* Hinc † quoque eſt, quòd debitum pecuniarium in tempus futurum particulatim ſoluendum, iuſtè ematur minori precio, quàm ſit ipſa pecunia, quæ debetur. Nauarra. 2 *parte decreti, cap. 17. num* 231 quidquid dicat Molina *diſputatione* 361. Ob hæc argumenta aſſerit *Molina dicto loco*, quòd *Conradi* opinio de rigore ſcholaſtico poſſit defendi: verùm cum huiuſmodi emptio cenſus temporalis maximam cum mutuo habeat affinitatem, ab ea abſtinendum monet: Cui adſentior hoc addito, quòd emens cenſum temporalem ad certum tempus etiam minori precio, quàm ſit ſumma omnium penſionum tempore elapſo, ipſum capitale repetere nequeat: ratio eſt, quia emptor poſtquàm res vendita ſibi eſt tradita, precium repetere non poteſt. Errat itaque Carol Molinæus, *de contractibus, quæſtion.* 63 64 *& ſeq.* qui creditorem capitale repetere poſſe aſſerit: nam ſi elapſo tempore creditor ſupra penſionem capitale reciperet, non emptio, ſed mutuum ſub vſura eſſet.

155

156

157

Quæſtio vltima: *Quodnam † ſit iuſtum precium cenſus temporalis incerti temporis?* 158

obſeruat. 8. *num.* 2. *&* 3. Ludouic. Molina 2 *parte, de contractib. diſputation.* 388. Itaque etſi vita humana ſit incerta, nihilominus ad hominis vitam certo, eoque iuſto precio emi poteſt cenſus.

Quantum autem idipſum precium eſſe debeat inter Doctores non conuenit, alii pro vita vnius hominis ad rationem vnius floreni pro ſex exigunt: alii ad vitam duarum perſonarum ad rationem vnius pro nouem: alii vnius pro decem: alii pro vita mariti & vxoris ad rationem vnius pro decem: alii aliud definiunt precium, vti videre eſt apud Carolum Molinæum *de commerc. quæſtion.* 62. Couarruuias *lib.* 3. *reſolut. cap* 9. *num.* 7.

Videri cuipiam poſsit ex centum annorum tempore iuſtum annui reditus ad vitam conſtituti precium metiendum eſſe, quod ad centum vſq; annos homo viuere præſumatur. *l fin. in fine. C. de ſacroſ. eccl. l. an vſusfructus. ff. de vſufr.* Deindè quia in Geneſi 6. ſcriptum eſt, & erunt anni eius centum viginti. Denique, quia in veteri teſtamento ad 300 400. 500. 600. 700. & eo amplius annos homines vixiſſe conſtat, vt legitur Geneſ. 5. Sic Terentiam Ciceronis centum ſeptendecim annos vixiſſe refert Plinius *lib.* 7. *c.* 48. Zoſimum quoq; Abbatem centum & viginti annos compleuiſſe teſtatur Iuſtinianus *in auth. de monach. §. & dum triennio.*

Verùm † quòd ex longiſsimo uitæ humanæ termino hoc eſt, centum annorum iuſtum huius cenſus precium ſtatui non debea probatur: Quia † falſum eſt, quòd homo ad centum annos viuere præſumatur, pro ut eleganter tradit Iohan. Coraſ. *lib.* 5. *miſcellan. cap.* 18 Menoch. *de præſum. lib.* 6. *præſ.* 49. Canit enim Pſaltes *pſalmo* 89. erunt eorum anni quinquaginta, ſexaginta, 160 161

Digitized by Google

ſeptuaginta, in potentatibus, hoc eſt, iis, qui ſunt optimę conſtitutionis, octoginta, & ſi amplius, labor & dolor. Deindè experientia conſtat, quòd vix milleſimus, ac ne vix quidem ad centum perueniat annos,

Nec obſtat *l. final. in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſia. & l. an vſusfructus ff. de vſufruct.* nam in iis non dicitur, quòd vsque ad centum annos homo uiuere præſumatur, ſed quòd longiſsimus vitæ humanæ terminus ſit ſpacium centum annorum, hoc eſt, quòd poſsibile ſit, hominem centum annos viuere: verùm non ſequitur, poſsibile eſt hominem centum annos viuere, ergò veriſimile, probabile, & præſumptio eſt, quòd tamdiu viuat: nam multa ſunt poſsibilia, quæ credibilia, veriſimilia, & probabilia non ſunt: Coraſius & Menochius *dictis locis*.

162 Nec † obſtat, quod ex veteri teſtamento narratum eſt de iis, qui aliquot centenos annos vixerunt: nam quòd vita eorum fuit longior, multiplex eſt ratio: Prima, vt in tanta hominum paucitate genus humanum propageretur: Secunda, quòd inprimis in illis hominibus vires naturales, calor dico naturalis, humidumque radicale fuerit fortius, intentius, adeoq; homo vegetior, quæ vires paulatim labefactari, minui & deficere cœperunt: Deniquè quòd illi temperantiores & moderatiores, nos intemperantiores, & immoderatiores viuamus, adeoq; vires frangamus: hinc illud, plures crapula quàm gladio perire.

Quod deniquè ad exempla de *Terentia Ciceronis, Zoſimo & aliis allata*, attinet, id ad rem non confert: nam rara ſunt hæc exempla, ideoque ex illis regulare ali-

aliquid conſtitui non poteſt. *l. tertia, quarta, & quinta, ff de legibus.*

Concludimus † ergò arbitrio iudicis, & boni viri precium eſſe ſtatuendum, perpenſis ætate, valitudine ementis, alimentorum, & rei emptæ bonitate & dignitate. Couarruuias *lib.3. reſolutionum, capitulo nono, num.7.* 163

In Germania iuſta cenſetur emptio, ſi fiat ad rationem vnius pro decem, aut duodecim, ab vna perſona mediocris ætatis, puta, triginta annorum, vt tradit Andreas Gaill *libro ſecundo, obſeruatione* 8.

Digitized by Google

CAPVT SEXTVM, DE PACTIS, QVÆ EMPTIONIS CENSVS CONTRACTVI ADIICI SOLENT.

SVMMARIA.

1 *Emptioni cenſus varia apponi ſolent pacta.*
2 *In omni contractu tria requiruntur, quædam ſubſtantialia, quædam naturalia, quadam accidentalia.*
3 *Subſtantialia contractuum quæ?*
4 *Naturalia quæ? & quibus nominibus à Dialecticis appellentur?*
5 *Naturalia contractuum duplicia.*
6 *Accidentalia contractuum quæ?*
7 *Quænam ſint emptionis ſubſtantialia, naturalia, & accidentalia? vſq; ad num. 161.*
8 *Tria ſunt emptionis ſubſtantialia, merx, precium, conſenſus, & num. 9. 12. 14.*
10 *An fructus futuri emi poßint?*
11 *An alea emi poßit? & quid in ea veneat?*
13 *Precium in emptione variis modis certum eſſe poteſt.*
15 *Merx & precium ad materiam, partium conſenſus pertinet ad emptionis formam.*
16 *Plurima ſunt emptionis naturalia, vſq; ad num. 121.*
17 *Quodnam dicatur naturale emptionis?*
18 *Venditor tenetur de euictione, etiamſi de ea nihil ſit actum, & num. 20.*

19 Con-

19 *Conciliatio l. fin. ff. de condictione cauſa data &c. cum l. naturalis § 1. ff de præſcriptis verbis.*

21 *Venditione perfecta, emptor precium dare, venditor mercem tradere, non dare tenetur, & num. 23.*

22 *Quid differant, Dare, & Tradere?*

24 *Venditor quandò dominium, quandò tantùm vſucapiendi conditionem transferat in emptorem?*

25 *Res aliena vendi poteſt: cur?*

26 *Cur venditor tantùm ad traditionem, non etiam ad dationem rei venditæ obligetur? & num. ſeq.*

28 *An venditor facultatem tradendi habens ad traditionem præcisè obligetur, an verò liberetur præſtando intereſſe? & nu. 29 & 30.*

31 *Perfecta emptione pertinet periculum rei emptæ ad emptorem, etiam antè traditionem.*

32 *Venditor eſt debitor ſpeciei, ideoq́ liberatur rei interitu.*

33 *In venditione generis, ſitné periculum emptoris, an venditoris antè traditionem?*

34 *Genus perire nequit.*

35 *Indiuiduorum corruptio generis debitorem non liberat.*

36 *Multum refert, vtrùm ſpecies ad corpus, an verò ad menſuram, numerum, vel pondus ematur. & n. 37. 38 & 39.*

38 *Emptio ſpeciei ad menſuram, numerum, pondus eſt conditionalis.*

39 *Pendente conditione contractus non eſt perfectus.*

40 *Species numero, pondere, menſura conſtans, & deguſtari ſolita, antè deguſtationem perit venditori.*

41 *Quid ſit rem vendere ad corpus?*

42 *In venditione rei ad corpus, totum corpus venit, ſiuè minoris, ſiuè maioris ſit quantitatis, quam partes expreſſerint.*

43 *Quid ſit rem vendere ad numerum, menſuram, pondus?*

44 *In venditione rei ad numerum, menſuram, pondus, venit ſolùm quantitas à partibus expreſſa.*

45 *Si res antè traditionem pereat culpa venditoris, eius eſt periculum.*

46 *Error Cuiacii, & aliorum circa interpretationem l. lectos, cum duab. ſequentib. ff de peric. & commodo rei vend.*
47 *Vera explicatio dictæ l. lectos, cum duab. ſeqq.*
48 *AEdilis curam vrbis, & ædificiorum gerit.*
49 *Si venditor ſit in mora tradendi, res perit eius periculo.*
50 *Mora eſt moroſo nociua.*
51 *Vtrùm, ſi res eodem modo apud emptorem peritura fuiſſet, quo apud venditorem periit, emptoris, an venditoris ſit periculum? remiſſiuè.*
52 *Res delicto venditoris ante traditionem confiſcata, illi perit.*
53 *Venditor in ſe poteſt ſuſcipere periculum rei venditæ.*
54 *Periculum & commodum rei emptæ non eſt de accidentalibus emptionis contra Mozium, & nu. 56.*
55 *Quod emptionem regulariter ſequitur id eſt illi naturale.*
57 *Perfecta venditione omne commodum ad emptorem pertinet.*
58 *Quem incommoda, eundem & ſequuntur commoda.*
59 *Vtrùm incrementum alluuionis ad venditorem ex pacto reemptionis, an verò ad emptorem pertineat?*
60 *Per ſolam traditionem non transfertur rei venditæ dominium in emptorem, ſed requiritur inſuper, vt precium ſolutum, aut fides de precio habita.*
61 *Traditio rei ex alio, quàm emptionis titulo facta operatur translationem dominii.*
62 *Dominium rei emptæ manet irreuocabiliter apud emptorem, & num. 203.*
63 *In quo differat emptio à mutuo.*
64 *Vtrùm in emptione & venditione contrahentibus ſe inuicem decipere liceat?*
65 *Diſputatur de vero intellectu §. idem Pomponius. l. in cauſa 2. ff. de minoribus.*
66 *Dolus & fraus quo iure probibita.*
67 *Intellectus Molinæi, & Couarruuiæ circa prædictum §. idem Pomponius.*
68 *Contrahentes mutuo conſenſu modicam læſionem ſibi inuicem indulgent.*

69 Pre.

69 *Precia rerum non conſiſtunt in indiuiſibili.*
70 *Triplex rerum precium, Rigoroſum, Medium, & Infimum.*
71 *Reprehenditur Couarruuias à Ludouico Molina.*
72 *Intellectus Molinæ circa citatum §. idem Pomponius.*
73 *Noſtra opinio de §. idem Pomponius.*
74 *Dolus duplex: dolus ex propoſito, & dolus re ipſa.*
75 *Quid ſit dolus ex propoſito?*
76 *Dolus ex propoſito omni iure prohibetur.*
77 *Quid ſit dolus re ipſa?*
78 *Dolus re ipſa ſine peccato contingit, & toleratur.*
79 *Deceptio vltra dimidium iuſti precii, etſi non ex propoſito, ſed re ipſa tantùm contingat, facit vt contractus reſcindi poſſit.*
80 *Perfecta emptione fructus rei ad emptorem pertinent, etſi res ei nondum tradita, aut precium ſolutum ſit, & numer. 83. & 85.*
81 *Fructus pendentes ſunt ex hypotheſi pars integrans fundi.*
82 *Vendito fundo cenſentur & fructus venditi.*
84 *Emptio perficitur ſolo conſenſu.*
86 *Emptio, quo ad ius fructuum pendentium, eſt perfecta, etſi nec precium ſolutum, nec fides de eo habita ſit.*
87 *Vendita vinea, cenſentur & vuæ pendentes venditæ.*
88 *Vendita vacca venit & vitulus, quem mater adhuc lactat.*
89 *Vendito equo, venditum quoq; cenſetur ephippium, & frænum.*
90 *Vendito caſtro, venit & iuriſdictio caſtro adhærens.*
91 *Vendito prædio veniunt, & ſtramenta, atq; ſterquilinia agri ſtercorandi cauſa comparata.*
92 *Vendita domo, prædio, non veniunt ruta cæſa.*
93 *Fructus, qui tempore contractus nondum exiſtunt, non ſemper veniunt fundo vendito.*
94 *Duplex fructus, & quid fructus pendentes, quid non pendentes?*
95 *Si venditor ſit in mora tradendi, pertinent omnes fructus ad emptorem, etiam non percepti, qui tamen percipi potuerunt, & n. ſeq.*

 97 Ven:

97 *Venditor tenetur emptori ad omne intereſſe intrinſecum.*

98 *Venditor non tenetur emptori ad omne intereſſe extrinſecum.*

99 *Fructus, qui tempore contractus nondum extiterunt, non pertinent ad emptorem, quandò venditor non eſt in mora tradendi.*

100 *Venditor tenetur rei vendendæ vitia detegere.*

101 *Iuſtum precium conſtitui non poteſt, niſi ſciatur, quid, quale & quantum ſit, quod venit.*

102 *Non valet proteſtatio, quòd venditor nolit teneri de vitiis.*

103 *Aduerſus venditorem vitia celantem datur, vel Redhibitoria, vel Quanti minoris actio.*

104 *Quid interſit inter actionem Redhibitoriam, & Quanti minoris?*

105 *Venditor non tenetur oſtendere vitium propatulum.*

106 *Res vitioſa minoris eſt vendenda.*

107 *Vitia corporis detegere tenetur venditor, non animi, & num. 109.*

108 *Vitia quædam corporis, quædam animi.*

110 *Ob vitia animi non detecta, tenetur venditor quanti minoris.*

111 *Emptori vitium, etiam relatione tertii, ſcienti non tenetur detegere venditor.*

112 *Volenti non fit iniuria.*

113 *Ratio cur vitium detegendum ſit, eſt ne emptor decipiatur.*

114 *Vitium leue, quod rei vſum non omninò impedit, non eſt neceſſarium vt detegatur.*

115 *Vtrùm venditor teneatur emptores certiores reddere de mercibus eiuſmodi generis breui in copia aduenturis?*

116 *Dominium rei venditæ tranſit in eum, cui res primò traditur, etſi is poſterius emerit.*

117 *Per contractum venditionis ſolum, rei venditæ dominium non transfertur, ſed ſubſecutam traditionem.*

118 *Emptio & venditio contrario diſſenſu diſſoluitur, ſi res adhuc ſit integra, & num. ſeq.*

120 Ius

120 *Ius retractus in emptione ſola, & non in aliis contractibus locum habet.*

121 *Non eſt veditionis, ſed locationis naturale, quòd Colonus emptori, & vice verſa ſtare non teneatur, contra Mozium.*

122 *Multa ſunt emptionis accidentia, vſq; ad num 161.*

123 *Arrha datur in argumentum contractus celebrati, aut celebrandi.*

124 *Vtrum arrhâ datâ amiſſa, aut à venditore duplo reſtituta, à contractu diſcedi poſſit? remiſſiuè.*

125 *Cur arrha emptionis ſit accidens?*

126 *Scriptura quandò ſit accidens, quandò de ſubſtantia emptionis?*

127 *Fideiuſſionis datio eſt accidens emptionis.*

128 *Item pignoris conſtitutio, vt ſcilicet res empta ſit venditori oppignorata, donec ſoluatur precium.*

129 *Pactum addictionis in diem eſt accidens emptionis, & quid ſit?*

130 *Pactum l. commiſſoriæ eſt emptionis accidens, & quid ſit, vndè uè dicatur?*

131 *In quo conueniat, & differat, pactum addictionis in diem à pacto l. commiſſoriæ? vbi vtriuſq; natura breuiter explicatur, & octo num. ſeqq.*

137 *Reſciſſo contractu ex pacto perindè eſt, ac ſi contractus celebratus non eſſet.*

140 *Pactum l. commiſſoriæ in aliis contractibus ab emptione præſertim verò in mutuo ſub pignore locum non habet.*

141 *Pactum retrouendendi concernit fauorem venditoris.*

142 *Pactum retroemendi concernit fauorem emptoris.*

143 *Tàm reuendendi, quàm reemendi pactum eſt emptionis accidens.*

144 *Quomodò differat pactum addictionis in diem, & l. commiſſoriæ, à pacto de reuendendo, & reemendo?*

145 *Vtrùm pactum de retrouendendo rem, an tantùm perſonam afficiat? & num. ſeq.*

165 *Venditor cenſus poteſt emptorem obligare ad reuendendum.*
166 *Non eſt de ſubſtantia emptionis cenſus, vt ſors perpetuò alienetur.*
167 *Libera redimendi facultas non eſt de ſubſtantia emptionis cenſus.*
168 *Reſpondetur argumentis* Caroli Molinai.
169 *Noſtra de ſubſtantialibus, naturalibus & accidentalibus emptionis cenſus opinio.*
170 *Generalia emptionis cenſus ſubſtantialia ſunt, Merx, Precium, Conſenſus. & num 175.*
171 *Emptio eſt genus emptionis cenſus.*
172 *Eſſentialia generis, ſunt etiam eſſentialia ſpeciei.*
174 *Quæ ſint ſpecialia emptionis cenſus ſubſtantialia?*
175 *Quæ ſint naturalia & accidentalia emptionis cenſus?*
176 *Quòd ſors nunquàm repeti poſsit, non eſt de ſubſtantia, ſed eſt qualitas emptionis cenſus.*
177 *Pactum contra ſubſtantiam contractus appoſitum, contractum vitiat, & num.182.*
178 *Ad emptionem cenſus poteſt apponi pactum de retrouendendo.*
179 *Redemptio cenſus non eſt de emptionis cenſus ſubſtantia.*
180 *Quod cenſus ſit redimibilis, vel irredimibilis, eſt de qualitatibus, non de ſubſtantia emptionis cenſus, contra* Carolum Mol.n.
181 *Pacta contractibus appoſita contractuum aliquandò reddunt nullum, aliquandò reſcindunt, aliquandò faciunt tranſire in aliam ſpeciem contractus.*
183 *Defenditur* Bartolus, *& alii contra* Molinæum.
184 *Ex pacto legis* Commiſſoriæ, *& addictionis in diem directis verbis concepto, ſi res ſit inempta, fingitur contractus ab initio fuiſſe nullus.*
185 *Quomodò contractus ex pacto appoſito reſoluatur? & num. ſeq.*
187 *Quomodo pactum faciat contractum tranſire de ſpecie in ſpeciem, vbi aliquot eius rei exempla.*
188 *Pactum de non reuocando donationem cauſa mortis, facit illam tranſire in donationem inter viuos, & cur? vt n. ſeq.*

190 *Pactum, quod eſt contra ſubſtantiam contractus, vitiat contractum: quod verò eſt contra naturam, & qualitates illius, non vitiat ſed vitiatur, & quæ ſit differentiæ ratio? vt n. ſeq.*
192 *Pactum vſurarium non vitiat contractum, ſed vitiatur.*
193 *Si contractus propter pactum appoſitum ſit nullus, reuertitur dominium rei ad priorem dominum ſine noua traditione.*
194 *Quandò contractu ob pactum reſciſſo, fructus medio tempore percepti ad venditorem quandò ad emptorem pertineant?*
195 *Quandò contractu ob pactum reſoluto debeatur gabella, quandò non?*
196 *Pactum, quod concernit fauorem emptoris, eſt pars precii, quod verò fauorem emptoris, pars rei, ideoq; illud minuit, hoc auget precium, & num. 210.*
197 *Emptio cenſus irredimibilis eſt licita, dummodo intercedat iuſtum precium, vt num. 206.*
198 *Licita eſt prædiorum noſtrorum alienatio perpetua.*
100 *Quod iuris eſt de toto quoad totum, id quoq; iuris eſt de parte, quoad partem.*
200 *Emptio cenſus eſt emptio partis rei.*
201 *Iura ſunt virtuales, & poteſtatiuæ parte rei.*
202 *Ius fundi, emphyteuſeos, item ſeruitus poſſunt comparari irreuocabiliter.*
204 *Emptio cenſus redimibilis eſt licita.*
205 *Pactum de retrouendendo emptioni cenſus appoſitum, eam de vſura ſuſpectam reddit.*
207 *Quodnam ſit iuſtum cenſus irredimibilis precium.*
208 *Precium cenſus redimibilis eſt in Germania centum pro quinq;.*
209 *Cenſus irredimibilis pluris æſtimatur, quàm redimibilis, cur? & num. ſeq.*
211 *In Germania precium cenſus irredimibilis eſt centum pro quatuor, ex conſuetudine tamen, non Imperii conſtitutione.*
212 *Cenſus irredimibilis videtur tàm iure ciuili, quàm Canonico prohibitus.*
213 *Incluſio & permiſſio vnius, eſt excluſio & prohibitio alterius.*
214 *Summorum Pontificum, & Imperatorum conſtitutiones de emptione*

ptione cenſus lata, loquuntur tantùm de cenſu redimibili.
215 Emptio cenſus irredimibilis à tempore immemoriali in Romano Imperio celebrata eſt.
316 Emptio cenſus ex parte venditoris redimibilis eſt licita, dummodò remittatur aliquid de precio, vt n. 218.
217 Pactum redimendi, nec eſt contra ſubſtantialia, nec contra naturalia emptionis
219 Ex pacto de retrouendendo contractus non præſumitur vſurarius contra Bart & Bald.
220 Venditio cum pacto redimendi, & precii modicitate, etiam ea quæ læſionem contingit, contractum non reddit vſurarium, contra gloſſam, & alios vt num ſeq.
222 Ob læſionem in precio contingentem emptio iniuſta quidem redditur. ſed non vſuraria.
223 Aliud vſura, aliud iniuſtitia, & quomodò hæc duo inter ſe differant?
224 Vſura in ſolo mutuo, iniuſtitia in omni contractu ſynallagma continente verſatur.
225 Interpretatio c. ad noſtram. de empt. & vend.
226 Arbitrio iudicis relinquendum, quandò non interuenientibus requiſitis d. cap. ad noſtram, contractus cenſeatur vſurarius, quandò non.
227 Regula l in cauſæ. 2. § idem Pomponius. ff de minorib non habet locum in emptione cenſus redimibilis.
228 Vtrum emptioni cenſus apponi poſſit pactum, vt in reluitione primus venditor maius offerat precium?
229 Opinio prima negans.
230 Opinio ſecunda affirmans.
231 Opinio noſtra
232 Empto cenſu ſub pacto redimendi, vtrùm in dubio precium temporis contractus, an verò temporis redemptionis ſit reſtituendum?
233 Caſus Quæſtionis.
224 Opinio Petri Binsfeldii, cenſentis inſpiciendum eſſe precium temporis contractus celebrati.

235 *Quæ contractui natura inſunt, appoſita cenſentur.*

236 *Quæ conuentionibus ex conſuetudine ſolent adiici, pro adiectis, & expreſsis habentur.*

237 *Opinio noſtra.*

238 *Vtrùm pactum libertatem redimendi cenſus reſtringens, cum contractu principali ſtare poſsit?*

239 *An iuſtum ſit, & quomodo differat pactum, vt liceat venditori cenſus infra, non poſt: à pacto, vt non liceat infra, ſed tantùm poſt certum tempus reluere? vt num. ſeq.*

241 *Opinio Iohannis à Medina, & aliorum, arbitrantium pacta, libertatem redimendi cenſus reſtringentia, iure tantùm poſitiuo prohiberi.*

242 *Pacta redimendorum prædiorum ex certo tempore, & ad certum tempus ſunt licita.*

243 *Noſtra opinio de pactis libertatem redimendi cenſus reſtringentibus.*

244 *Vtrum valeat pactum, vt quandocunq; emptor voluerit, cenſum vendens, eum reemere cogatur?*

245 *Opinio prima negans.*

246 *An ſortem nunquam repeti poſſe, ſit de emptionis cenſus ſubſtantia? & num. 176 ſupra.*

246 *An ratione repetitionis ſortis inter mutuum, & emptionem cenſus aliquid interſit?*

248 *Opinio ſecunda negans.*

249 *Emptio cenſus, & aliarum rerum in ratione conueniunt.*

250 *Omnes res, tàm immobiles, quàm mobiles poſſunt emi cum pacto retroemendi in arbitrium emptoris collato.*

251 *Tacitæ obiectionis ſolutio: Et an pactum retroemendi in fauorem emptoris appoſitum, cum emptione cenſus ſtare poſſit?*

252 *Mutuatarius vi mutui, venditor verò cenſus ſub pacto retroemendi, ratione noui contractus ad ſortem, ſeu precium reddendum obligatur.*

253 *Mutuatarius obligatus remanet, etiamſi pignus pereat.*

254. Sub-

254 *Sublata re, ſuper qua cenſus eſt conſtitutus, non poteſt emptor agere ad præcium reddendum, & nouum emptionis contractum vi pacti celebrandum.*

255 *Non debet emptori prohiberi, quod venditori permittitur.*

256 *Iuſtitiæ commutatiuæ æqualitas in quo conſiſtat?*

257 *Nulla videtur eſſe ratio, cur pactum cum tertio factum non poſſit etiam cum cenſus venditore fieri.*

258 *Cenſus emptor poteſt cum aliquo tertio conuenire, vt ſi cenſum reuendere velit, is eum emere cogatur.*

259 *Pacta quæ à diuerſis perſonis licitè fiunt, etiam ab ipſiſmet contrahentibus rectè celebrantur.*

260 *Noſtra de hoc pacto retroemendi opinio.*

261 *Pactum retroemendi in emptoris fauorem adiectum iure naturæ, & gentium turpe non eſt, ſed cum emptione ſtare poteſt.*

262 *Hoc retroemendi pactum iure Canonico nouiſſimo rectè eſt prohibitum.*

263 *Arguitur erroris Couarruuias.*

264 *Emptio cenſus ob affinitatem, quam cum mutuo habet, eſt valdè odioſa.*

265 *Emptio cenſus, qua quinque in ſingula centena annuò emuntur, cum dicto retroemendi pacto, conſtitutionibus Imperii eſt prohibita.*

266 *Quatenus centum pro quinq; cenſeatur iuſtum annui reditus precium.*

267 *Emptio cenſus ſub prædicto pacto non eſt prohibita, ſi aut precium augeatur, aut minor penſio præſtetur.*

268 *Quantum debeat eſſe precium emptionis cenſus ſub prædicto retroemendi pacto?*

269 *An creditor bona cenſiti ſibi hypothecata ex pacto diſtrahere poſsit, ob ſolutionis tarditatem?*

270 *Valet pactum de reuendendo pignore, ob non ſolutum præfinito tempore debitum.*

271 *Creditor ob non ſolutum conſtituto tempore debitum, pignus etiam ſine pacto diſtrahere poteſt.*

272 *Valet pactum, vt non ſoluta biennio, aut triennio penſione, hypotheca tàm pro capitali, quàm reliquis vendatur.*

273 *Actione ex empto non ad diſtrahendum, ſed perficiendum contractum agitur.*

274 *Euicta re, ex qua cenſus ſoluitur, an precium repeti poſſit?*

275 *Pactum Commiſſorium in emptione cenſus conſtitutiui eſt illicitum & num. 279. cum ſeq.*

276 *Moderata pœna ad omnem, præter mutui contractum ex conuentione apponi poteſt, & num. ſeq*

278 *Pœna, vt res hypotheca emptori cenſus, eo bima, trima die non ſoluto, cedat, eſt nimis magna.*

280 *In cenſibus reſeruatiuis, non eſt illicitum pactum commiſſorium & num ſeq.*

282 *Quilibet eſt rerum ſuarum moderator & arbiter.*

283 *Donationi poteſt apponi modus, & conditio, quibus non ſeruatis, res ad donatorem redit.*

284 *Emphyteuta canone biennio, aut triennio pro diuerſitate emphyteuſeos non ſoluto, iure ſuo cadit.*

285 *Valet pactum, vt rebus, ſuper quibus cenſus emitur peremptis, nihilominus penſio ſoluatur.*

286 *Repugnant Couarruuiæ, Nauarra, & Molina.*

287 *Ex cenſu ſimplici poteſt pacto fieri mixtus, & duobus numeris ſeqq.*

290 *Non eſt probibitum coniungere cenſum perſonalem cum reali.*

291 *Cenſui perſonali poteſt apponi pactum, vt perſona infructifera facta, cenſus ſoluatur, de rebus à perſona antè adquiſitis.*

292 *Poteſt emi cenſus perſonalis abſq; reali.*

293 *Vtrum empto cenſu reali ſub pacto, vt re perempta, nihilominus ſoluatur penſio, augendum ſit precium? vbi opinio prima.*

294 *Opinio Couarruuiæ.*

295 *Cenſus tripliciter emi poteſt.*

296 Opi-

296 *Opinio noſtra, negans & num. 300.*

297 *Duplicia ſunt onera, quæ alteri ex contrahentibus per pacta imponuntur.*

298 *Quæ natura contractui inſunt, expreſſa cenſentur.*

299 *Expreſſio eorum, quæ contractui tacitè inſunt, nihil operatur.*

300 *Naturale eſt emptioni cenſus realis, vt perempta re, nihilominus annua penſio ſit perſoluenda.*

301 *Reſpondetur obiectioni.*

302 *Valet pactum, vt non obſtante caſu fortuito, ſterilitatis, aut calamitatis ſoluendus ſit cenſus: & huiuſmodi pactum ex conſuetudine adiici ſolet, vt num. ſeq.*

303 *Reprehenditur Binsfeldius.*

304 *Emphyteuta non obſtante ſterilitate vnius, duorum, aut trium annorum, tenetur ſoluere integrum canonem.*

305 *Vtrùm venditor cenſus ob non ſolutam penſionem ſe hodiè ad obſtagia obligare poſſit.*

309 *Olim obſtagia permittebantur.*

307 *Obſtagia hodiè ſunt prohibita, & cur? vt num. ſeq.*

308 *Vtrùm valeat pactum quo debitor ſe non excuſſis bonis ad carcerem obliget? vt num. ſeq.*

309 *Obſtagia ſunt ſpecies carceris.*

310 *Illicita ſunt pacta, vt onera, quæ ad emptorem cenſus ſpectant, venditor ſuſtineat. vt num. 319.*

311 *Venditor cenſus non poteſt obligari pacto ad ſoluendos ſumptus vini.*

312 *Venditor cenſus non tenetur vxori emptoris præſtare promiſſum honorarium.*

313 *Venditor cenſus non tenetur ſoluere expenſas inſtrumenti ſuper emptione confecti, neq; ad id pacto obligare poteſt, & cur? vt duobus num. ſeq.*

314 *Ad ſoluendas ſportulas in celebratione contractus fieri ſolitas obligatur emptor, non autem venditor.*

315 *Inſtrumentum ſuper emptione confectum ſpectat ad emptorem, tanquàm illius dominum*

316 *Gabellæ ex l. vel conſuetudine præſtandæ ſolutio ſpectat ad emptorem, non ad venditorem cenſus.*

317 *Laudemium ex conſuetudine, aut ſtatuto de contractu emptionis præſtandum, ſoluere tenetur emptor, non venditor cenſus.*

318 *Ad ſolutionem tributorum, quæ de immobilibus ſoluuntur, pacto obligari nequit venditor cenſus.*

319 *Ad onera, quæ alioquin ad emptorem ſpectant pacto obligari poteſt venditor cenſus, dummodo pactum illud precio compenſetur.*

320 *Valet pactum, quo venditor cenſus priuilegio ſui fori renunciat.*

321 *Priuilegio fori à lege, vel Principe conceſſo, quilibet renunciare poteſt.*

322 *Interpretatio l. ſi conuenerit. ff. de iuridict. omnium iudicum, & an prorogans alterius iuridictionem lite nondum conteſtata pœnitere poßit? vbi opinio prima.*

323 *Opinio Couarruuiæ, prorogantem iuridictionem alterius iudicis, nec antè, nec poſt litem conteſtatem pœnitere poſſe cenſentis.*

324 *Conciliatio l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis, cum d. l. ſi conuenerit.*

325 *Ad prorogationem iuridictionis alterius iudicis, nec Ordinarii, nec eius cuius iuriſdictio prorogata eſt, conſenſus requiritur.*

326 *Priuilegio fori, quod fauorem iudicis, aut Ordinis principaliter reſpicit, ſubditi, aut ſinguli de ordine renunciare non poſſunt.*

328 *Clericus in Iudicem laicum etiam cum iuramento conſentire nequit.*

329 *Clericus absq; conſenſu ſui Epiſcopi non poteſt conſentire in alterius Iudicis Eccleſiaſtici iuridictionem, & cur? vt num. ſeq.*

329 Pri-

329 *Priuilegium fori Clericis conceſſum, non ſingulis, ſed ordini principaliter tributum eſt.*

330 *Cur vaſallus de feudo coram alieno iudice litigare non poſſit?*

331 *Cur priuilegiis Principum, ne quis eorum ſubditos Rottvvilæ, Spiræ &c. in ius vocet, ſubditi renunciare non poßint?*

332 *Vt quis coram iudice non ſuo conueniri poßit, non ſufficit generalis, ſed requiritur ſpecialis renunciatio.*

333 *Generalis fori renunciatio quomodò intelligenda?*

334 *Nauarra opinatur pactum, quo quis priuilegio fori ſui renunciat, grauamen venditoris continere, ideóq; precium augendum eſſe.*

335 *Nauarra arguitur erroris.*

336 *Pactum executiuum emptioni cenſus licitè apponi poteſt.*

337 *Ab executione non eſt incipiendum.*

338 *Pacto fieri poteſt, vt non obſeruato iuris ordine Iudex ab executione incipiat.*

339 *Pactum executiuum emptioni cenſus appoſitum, non eſt compenſandum aliquo precio, & nu 350.*

340 *Solemnitas proceſſus eſt iuris poſitiui.*

341 *In multis cauſis ſine iuris ſolemnitate ad executionem proceditur.*

342 *An, & quomodò ſolemnitati proceſſus iudicialis renunciari poßit?*

343 *In confeſſum nullæ aliæ ſunt iudicis partes, quàm condemnare.*

344 *Valet conuentio partium, vt inſtrumentum ſuper emptione cenſus confectum, ſit executiuum, ſeu guarendigiatum.*

345 *Inſtrumentum guarendigiatum vndè dictum, & quibus nominibus appelletur? & num ſeq.*

347 *Omnia inſtrumenta publica, etſi guarendigiæ clauſulam non contineant, habent tamen ex generali conſuetudine paratam executionem.*

348 *Etiam ſcripturæ priuatæ, à parte recognitæ vim guarendigiæ habent, & ſinè iuris proceſſu executioni mandari poſſunt.*

Digitized by Google

371 *Valet pactum, quòd non ſoluta penſione creditor rem cenſualem vendere poßit, etiam nulla facta debitori denunciatione.*

373 *Soluuntur argumenta Nauarræ.*

374 *Fundus, quem creditor non ſoluto debito propria authoritate ex pacto ingreditur, illi non omninò, ſed tantùm pro menſura debiti cedit.*

375 *Interpretatio l. creditores C. de pignorib.*

376 *Quandò procedat deciſio. l. extat. ff. quod metus cauſa, & l. ſi quis in tantam. C. vndè vi.*

377 *Ingreſſus ex pacto in debitoris moroſi bona, non eſt actus iuriſdictionis.*

378 *Licitum eſt pactum, ne prædium ex quo cenſus reſeruatiuus debetur, ſinè conſenſu cenſitoris alienetur.*

379 *Prædium ex quo cenſus emitur, emptori pro penſione eſt oppignoratum.*

380 *Intereſt cenſitoris ſcire qualem habeat cenſitum.*

381 *Pactum ne prædium ex quo cenſus emitur conſtitutiuus, ſinè emptoris conſenſu alienetur, ſinè compenſatione aliqua venditori facta non eſt licitum.*

382 *Licitum eſt pactum, vt venditor cenſum redimere volens, id emptori certo tempore antè denunciet.*

383 *Venditor denunciatione facta cenſum redimere tenetur, & cur?*

384 *Si non ſit conuentum, quo tempore cenſus redimatur, poteſt etiam antè finem anni redimi diminuta penſione pro rata vltimi anni*

385 *Valet pactum vt dimidium cenſus in medio, & alterum dimidium in fine anni ſoluatur.*

386 *Licitum eſt pactum, vt cenſus ſimul totus ſoluatur.*

387 *Creditor particularem ſolutionem inuitus accipere non tenetur.*

388 *Pactum vt cenſitus cenſum ad domum cenſitoris deferre teneatur, quandò licitum vel illicitum? & num. 390. cum tribus ſeqq.*

389 *Debitor creditori debitum offerre tenetur.*

Digitized by Google

393 *Cenſus reſeruatiuus, & penſio à vaſallo, & emphyteuta præ-ſtanda, ſumptibus illorum deferri debent ad domum cenſi-toris, & domini.*

1 CENSVS † emptioni varia à contrahentibus apponi ſolent pacta: quorum alia ſunt licita, alia illicita: Rurſus ex illicitis alia iniuſta ſimpliciter, alia vſuraria: item alia vitiant contractum, alia vitiantur, non vitiant.

Quorum diſtinctio vt intelligatur, & quæ vnius
2 vel alterius ſint qualitatis, cognoſcatur, ſciendum † eſt in omni contractu tria reperiri: Quædam *ſubſtantialia*, quædam *naturalia*, quædam *accidentalia*: Sicuti enim in rebus naturalibus tria cernuntur, quædam ſubſtantialia, quæ ad rei eſſentiam, & ſubſtantiam pertinent, vt in homine corpus, & anima rationalis: quædam naturalia, quæ eſſentiam ſequuntur, ex eaque fluunt, vt in homine facultas ridendi, & capiendi diſciplinas: quædam denique accidentalia, quæ ſaluo ſubiecto adeſſe, & abeſſe poſſunt, vt frigus, calor, breuitas, longitudo &c. Ita in contractibus prædicta tria inſunt, vt conſtat *ex l pacta conuenta*, & ibi gl. *ff. de contrah. empt.* Bart *l ſingularia, ff ſi cert. petatur.* Baldo *l. in ementus. C. contrah. empt.* Fabiano de Monte *tractatu de empt. & vendit. quæſt.* 5. Authore *artis notariatus c.* 17. *Subſtan-*
3 *tialia* † dicuntur, quæ ad contractus eſſentiam perti-
4 nent. *Naturalia* † appellantur, quæ contractum naturali quadam ratione ſequuntur, & ex illius ſubſtantia fluunt, vel ſtatim atque contractus eſt perfectus, eidem inſunt, Dialectici aliquãdo rei proprietates nuncupant, iam proprias paſſiones, iam propria dicunt, vt videre eſt apud

Digitized by Google

apud Porphyrium *in Iſagoge c.de proprio.* Suntq; naturalia † duplcia, quædam rei omni, ſoli, & ſemper inhærent, vt ſunt, quæ dicuntur propria quarto modo: quædam verò, quæ nec omni, nec ſoli, nec ſemper rei inſunt, vt ſunt quædam primo, ſecundo, & tertio modo propria dicta Zaſius *ſingularium reſponſ.lib.*1. *cap.* 12. *Accidentalia* † vocantur, quæ nec ad contractus eſſentiam pertinent, nec eam neceſſariò, inſeparabiliter, aut vt plurimum, & frequenter ſequuntur, ſed extrinſecus accedunt, atque adueniunt, & contractui iam adſunt, iam abſunt, abſque eius interitu, & deſtructione. 5 6

Verùm vt hæc manifeſtiora euadant, operę precium eſt, inquirere, quænam † ſint emptionis ſubſtantialia, quæ naturalia, quæ accidentalia: ita enim cognoſcetur, quæ pacta emptioni cenſus adiici poſſint, quæ non. 7

Sunt autem † huius contractus *ſubſtantialia tria.* 8
Primum † eſt merx, ſeu res vendibilis. *l.nec emptio. ff. de* 9
contrah. empt. vbi Pomponius reſpondet, nec emptio, nec venditio ſinè re, quæ veneat, poteſt intelligi: hinc eſt, quòd emptio domus, quam emptor exuſtam ignorauit, ſit nulla *l.domum.ff de contrah.empt.*

Nec obſtat, † ſi dicatur fructus futuros, qui nondum exiſtunt, emi poſſe: Nam non eſt neceſſe, vt merx actu ſit, ſatis eſt, ſi proxima potentia exiſtat, *dicta l. nec emptio.* Pariter † non aduerſatur quòd alea, indago, pantheron, quæ fallere poſſunt, rectè emantur: Nam in iis ſpes emitur, quæ mercis vice fungitur. *allegata l.nec emptio.ff.de contrah. empt. l.ex empto, aliâs emptorem. § fin. ff. de actionib. empti.* 10 11

Secundum, † ſubſtantiale eſt precium in pecunia

 nume-

numerata, & certa conſiſtens, §. *precium, inſtitut. de empti & vendition. l.1. ff. de contrahend. emption. l.1 ff. de rerum permutat. l. naturalis. §. at cum do, vbi gloſſ. & Doctores, ff. de praeſcript. verbis. l 2. § ſine precio, ff. de con-*
13 *trahenda emptione.* Debetque precium † eſſe certum vel partium declaratione, vel loci relatione, vt dabo tibi tantum, quantum in arca vel crumena habeo, vel perſonae tertiae nominatione, vt, res ſit empta tanti, quantum Titius aut vir bonus arbitrabitur. *l. haec venditio. §. 1. ff. de contrah. empt.* Bart. *l. ſi merces. ff. locati.* Andreas Fachineus *lib. 2. controuerſ. iuris cap. 1. per §. precium inſtit. de empt. & vendit.* Ludou. Molina *de contract. tract. 2 diſp. 33 num. 16.*

14 Tertium † ſubſtantiale eſt partium conſenſus, §. *emptio, inſtitut. de empt. & vendit. l. conſenſu. ff. de actionibus & obligationib. l. in emptionib. ff. de contrah. empt.*
15 *l. 2. C. eodem.* Differuntque praedicta tria † ſubſtantialia, quòd priora duo, hoc eſt, merx & precium ad materiam, tertium, hoc eſt, conſenſus ad formam contractus emptionis ſpectent.

16 *Naturalia* † emptionis ſunt plurima, nam †
17 quidquid eſſentiam emptionis conſequitur, aut ab ea fluit, aut cum emptione regulariter eſt coniunctum, id
18 emptionis naturale dicitur. Primum † eſt cautio euictionis ad quam ex natura contractus, etiamſi de ea nihil ſpeciatim ſit conuentum, venditor tenetur. *l pacta conuenta, vbi gl ff. de contrahend. empt.* † *l. fin. ff. de*
19 *condict. cauſa data &c.* quam benè explicat Fachinaeus *lib 2. controu. iuris, cap. 58.* vbi eam, *& l. naturalis. §. 1. ff. de praeſcript. verbis.* in ſpeciem repugnantes, ita concordat, quòd Celſus loquatur, cùm inter contrahentes eſt conuentum vt vtrinq; & pecunia, & res detur, hoc eſt,

Digitized by Google

eſt, dominium vtrinq; transferatur, quo caſu eſt contra ctus innominatus, do vt des: Paulus verò cum actum eſt, vt res tradatur, quo caſu eſt emptio & venditio. *l.2. ff. de euictionib. c. fin. de empt. & vendit.* Couarruuias *lib. 3. reſolut. cap.* 17. dicens, ſi † res vendita legitimè euicta fuerit ab emente, quòd aduerſus venditorem de euictione emptori detur actio, qua precium petatur cum omnibus damnis, cumq; omni eo, quod emptoris inter eſt, rem venditam euictam non fuiſſe. *l. non dubitatur. l. ſi cum. C. de euictionib. l. tenetur. §. ſi tibi iter, & §. fin ff. de act. empti. l. venditor. & l. euicta re, ff. de euict.* Ludou. Molina *tract. 2. diſp* 380. vbi materiam euictionis exactè tractat. 20

Secundum naturale eſt, quòd † venditione perfecta, hoc eſt, poſtquàm de precio inter contrahentes eſt conuentum, emptor precium venditori dare, cumque illius dominum facere cogatur: venditor verò emptori rem venditam præſtare, hoc eſt, tradere, non dare teneatur, *l fin. vbi gl. ff. de condict. cauſa data, cauſa non ſecuta. l. 4. ff. de vſuris. l. 1. ff. de rerum permutation. l. ſi ſeruos. C. de acti. empt. l. ex empto. ff. eodem.* vbi Vlpianus huic contractui naturaliter ineſſe reſpondet, vt venditor rem præſtet, id eſt, tradat. 21

Eſt autem hic notandum, † inter dare & tradere eſſe in iure differentiam: nam dare eſt rei dominium in alterum transferre, tradere verò eſt rei poſſeſſionem in alterum transmittere. *§. ſic ita diſcretis. inſtitut. de actionibus. l. vbi autem. in fine. l. ſi rem tradi, & l. nemo. ff. de verb. obligat. l. ſi ita diſtrahatur. §. fin ff. de contrah. emp.* itaque emptor † venditori pecuniam dare, ideſt, emptorem pecuniæ dominum facere cogitur: venditor verò rem non dare, ſed nudã ſolùm, vacuam & liberam 22 23

 eius

eius poſſeſſionem tradere obligatur. *l. cum venderes. ff.*
24 *de contrah. empt.* Mynſing *cent.* 1. *obſ.* 53. Quod † ſi venditor rei venditæ fuerit dominus, traditione transfert dominium. *l. traditionibus. C. de pactis.* ſin minus vſucapiendi conditionem in emptorem transfert. *l. ex empto. ff. de actionib. empti. toto tit. C. & ff pro emptore.* Hinc
25 † eſt, quòd res aliena vendi poſſit, *l. rem alienam. ff. de contrah. empt.* cuius venditio fieri non poſſet, ſi venditor rem dare, hoc eſt, dominium transferre compelleretur.
26 Ratio cur † venditor ad traditionem rei ſolùm, non dationem ſit obligatus, eſt prior, ne ob incertitudinem, & difficultatem probationis dominii, hic contractus vſibus humanis perquàm neceſſarius, impediatur: poſterior, quia † per euictionis præſtationem indem-
27 nis ſeruatur emptor, perindè, ac ſi dominium nactus eſſet. *l. in vendendo. ff. de contrah. empt. l. ex empto. ff. de act. empt.*

28 Quod dictum eſt † venditorem rem tradere oportere, exaudiri debet, ſi intereſſe præſtare nolit: non enim ſimpliciter, & abſolutè ſed ſub conditione, ſi intereſſe præſtare nolit, ad traditionem obligatur. Ete-
29 nim in ea † quæſtione, qua dubitatur, vtrùm venditor, ſi facultatem tradendi habeat, rem præcisè tradere teneatur, an præſtando intereſſe liberetur? Verior eſt opinio eorum, qui cenſent venditorem præcisè compelli non poſſe ad tradendum, ſed neceſſitatem ei incumbere alternatiuam, vt vel rem tradat, vel id, quod emptoris intereſt, per ſoluat, *gl. l. certi condictio. ff. ſi cert. petat.* vbi Socinus, Alciat. *l. vnica C de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, proferuntur.* Couar. *lib.* 2. *reſolut. cap.* 7. *nu* 1. Fachineus *lib.* 2. *controu. iuris. cap* 30. Et probatur primò *per l.* 1. *ff. de actionibus empti.* ſecundò *per l. ſi traditio.*

ditio.C.eod. Tertiò *per l ex empto.§.ex empto.ff eod.* quartò *per l.ſi tactum.ff.eod.* quintò *per l.cont.C.de ſid.inſt.* Ad 30
iura † quibus contrariæ ſententiæ Doctores innituntur,
reſpondetur illa exaudienda eſſe, ſi venditor intereſſe
præſtare nolit.

Tertium naturale eſt huic contractui, quòd † 31
perfecta emptione, hoc eſt, cum de precio inter contrahentes conuenit, periculum interitus, & deteriorationis rei ad emptorem pertineat, etſi res tradita ei nec dum ſit, ſed adhuc penes venditorem conſiſtat. *l. neceſſariò. l. id quod. ff. de periculo & commodo rei vendita.* 32
§.cùm autem. Inſtit.de empt & vendit. Ratio † eſt, quia venditor perfecta venditione, conſtituitur ſolùm debitor ſpeciei, hoc eſt, rei determinatæ, & ſpecialis, ſeu ſingularis, ad eamque ſolùm ius pro precio emptor acquirit: merito igitur eſt ſancitum, vt ſi res vendita caſu aliquo pereat, aut deterior reddatur, periculum ſit emptoris, venditorq; liber à debito maneat, *l. ſi ex legati cauſa. cum l. ſequent. l. ſi Stichus. l. ſi certos numos. l. eum qui ita ſtipulatur. § ſi. l. ſi ſeruum ſtipulatus. ff. de V. obligat.* quibus LL. deciditur debitorem ſpeciei eius interitu liberari, vsque adeo, quod nec precium, ſi fortaſſe accepit, reſtituere compellatur.

Declaratur concluſio primò vt procedat, ſi ſpecies, hoc eſt, res indiuidua, & ſingularis, ac determinata,
puta, hæc domus, hi duo boues, hic ager, hæc vinea, hæc 33
ſylua &c. vendatur: Secus eſt ſi † genus, hoc eſt, res in genere: puta, equus, decem ſomæ vini, ſex modii tritici in genere vendantur: nam hoc caſu etſi omnes venditoris equi, omne vinum, omne triticum, quod venditor habet, pereat, nihilominus is venditor manet obligatus, periculumque interitus ſpectat ad venditorem.

Ll Ratio

Ratio eſt, quia hoc caſu emptor ad certum ſingulare,
& determinatum indiuiduum nullum acquiſiuit ius,
ſed ſolùm comparauit ius, vt ſibi tradatur res illius ge-
34 neris, quod † genus perire nequit: nam vt rectè dicunt
Dialectici, vniuerſalia ſunt perpetua, & incorruptibilia,
35 vndè indiuiduorum † corruptio debitorem generis
non liberat. *l. incendium C. ſi cert. petat.* Ant. Gomez.
var. reſol. tom. 3. c. 2. n. 31. Lud. Moli. *de contract. lib. 2. parte.*
diſput. 366.

36 Limitatur ſecundò, vt procedat, ſi † indiuiduum,
ſeu res ſingularis, hoc eſt, ſpecies ad corpus, ſecus ſi ad
37 menſuram, pondus vel numerum vendatur: nam † hiſ-
ce tribus caſibus antè menſurationem, ponderatio-
nem & numerationem periculum interitus rei ad ven-
ditorem pertinet. *l. quod ſæpè. § in his ff. de contrah. empt.*
38 vbi elegantem Caius reddit rationem, quia † quandò
ſpecies emitur ad menſuram, pondus & numerum, ſub
conditione ſi, cùm vel poſtquàm menſurata, pondera-
ta, vel numerata fuerit, venditio celebratur: itaq; cùm
39 pendente † conditione contractus non ſit perfectus,
meritò periculum rei ad venditorem ſpectat: quinimò
40 ſi † res vendibilis in pondere, numero & menſura con-
ſiſtens guſtari ſoleat, vt eſt ſal, vinum, cinnamomum, vt
periculum ſit emptoris ſatis non eſt, rem fuiſſe menſu-
ratam, ponderatam, & numeratam, ſed inſuper requi-
ritur vt ſit guſtata. *l. 1. ff. de peric. & com. rei vendita. l. ſi in*
emptione. § item ex empto ff. de contah. empt. l. ſi quis vitia.
§. ſi quis auerſione. vbi gl. ff. de peric. & commod. rei vend.
41 Dicitur † autem res vendi ad corpus, cùm à corpore in-
cipit venditio, hoc eſt, res vt talis principaliter vendi-
tur, eiuſq; menſura, pondus & numerus denotationis,
ſeu demonſtrationis cauſa apponitur, puta, vendo tibi
hanc

hanc ſyluam, quæ habet centum iugera, bis mille florenis, aut vendo tibi hoc dolium vini, quod continet decem amphoras centum florenis: nam quantitas iugerum & amphorarum, non reſtrictionis, ſeu taxationis, ſed notæ & demonſtrationis cauſa rei apponitur: vndè † venditio eſt valida, etſi plura, vel pauciora iugera, aut amphoræ inueniantur. 42

Ad menſuram † verò, pondus, & numerum dicitur fieri venditio, quandò à quantitate incipit venditio, hoc eſt, quandò rei quantitas principaliter exprimitur gratia reſtitutionis, ita, quod tot iugera, aut amphoræ, quot nominantur fiant venditæ, puta, vendo tibi ex hoc meo agro, ex hac mea ſylua decem iugera: ſi † enim ager, vel ſylua plura etiam contineat iugera, ea, quæ ſupra decem ſunt, vendita non cenſentur. *l. ſi venditor ff. de actionibus empti.* Couarr. *pract. quaeſt. ca* 3 Fachineus *controuerſ. iuris, lib. 2. cap. 27.* Ludouic. Molina *diſput. 367.* 43 44

Limitatur tertiò, ſi † culpa venditoris antè traditionem res pereat, quo caſu venditoris eſt periculum. *l. quòd ſaepè. §. ſi res. ff. de contrahenda emptione. l. ſi vendita. ff. de periculo & commodo rei venditæ. l. venditor domus. ff. de actionibus empti, l. lectos. cum duabus ſequentibus ff. de periculo & commodo rei venditæ.* Ex † quibus tribus legibus poſterioribus imperitè nonulli (Ex quorum numero eſt Cuiacius ad Africanum *tractatu. 8 in explicatione. l. ſi fundus. ff locati.*) colligunt periculum rei venditæ ante traditionem ad venditorem, & poſt traditionem demum ad emptorem pertinere: Nam † quod in caſibus *d. LL.* antè traditionem periculũ fuit vẽditoris, id ideò accidit, quòd vẽditoris culpa lecti venditi in via publ. cõtra ędilitiũ ed ctũ eſſent poſiti, 45 46 47

48 quos ædilis, † qui curam vrbis viarum, & ædificiorum gerebat, contra ædilicium edictum in via publica poſitos, conſcidit, & ſi quidem antè traditionem fuêre conſciſſi, venditoris eſt periculum, quia eius culpa in via publica fuerê poſiti: Sin autem poſt traditionem fuiſſent conſciſſi, damnum ad emptorem pertineret, qui lectos de via publica aufferre debuit: ita Antonius Auguſtinus *libro ſingulari ad Modeſtinum*, *circa medium*. § *Philoſophos, Rhetores*.

49 Limitatur quartò, ſi † venditor ſit in mora tradendi rem venditam: nam & tunc periculum interitus & deteriorationis eſt venditoris. *l. illud. ff. de pericul. & commod. rei venditæ*. Ratio eſt, quia mora † moroſo eſt nociua. Verùm autem ſi † eodem modo apud emptorem res periiſſet, venditoris ſit periculum, diſputat Couarruuias *c. peccatum 2 parte*. §. 6. *num*. 1. & Ludouicus Molina *diſputation*. 366. vbi in negantem partem concludunt.

50

51

52 Limitatur quintò, ſi † poſt rei venditionem, & antè traditionem ex delicto venditoris res vendita confiſcetur. *l. ſi fundus. ff. locati*.

53 Denique, † quod dicitur, perfecta venditione periculum eſſe emptoris, id vitiatur, ſi inter contrahentes fuerit conuentum, quòd antè traditionem venditor periculum præſtare debeat. §. *cùm autem*, *Inſtit. de emptione & vendit. l. 1. & l. in venditione. ff. de periculo & commodo rei venditæ*. Errauit † itaque Petrus Nicolaus Mozius *tract. de contractib. tit. de emption. rub. de accidentalibus emptionis*, dùm *num*. 13. ſcribit, id quod de periculo, & commodo rei iura diſponunt, pertinere ad emptionis accidentalia; nam † quod emptionem regulariter ſequitur, id non eſt de accidentalibus, ſed natura.i-

54

55

Digitized by Google

ralibus: cùm † itaque regulare ſit, quòd ex natura contractus emptionis periculum, & commodum ad emptorem pertineat, niſi circumſtantia particularis id impediat, profectò quæ de periculo & commodo rei venditæ iura diſponunt, ad naturalia emptionis pertinent 56

Ex his ſequitur quartum naturale, quòd † videlicet perfecta emptione omne rei venditæ commodum & incrementum ad emptorem pertineat, ſpectetque *dicto §.cùm autem,inſtit de empt.& vendit,l.1.C.de peric. & commod.rei vendita.l.id quod ff.eodem.* ratio † eſt, quia ſecundùm naturam eſt, eum ſequi commoda, quem ſequuntur incommoda. *l. ſecundum naturam. ff. de reg. iuris.* 57 58

Ampliatur id procedere, etiamſi pactum de retrouendendo inter contrahentes ſit factum: nam † incrementum alluuionis, quod interim fundo acceſſit, ad emptorem primum, qui reuendit, non ad venditorem, qui reemit, pertinet. Andreas Fachin. *controu. iuris, lib.2.cap.7,* 59

Quintum naturale eſt, quòd per † traditionem ſolam dominium rei venditæ in emptorem non transſeat, niſi ex duobus alterum concurrat, quòd precium ſit ſolutum, aut fides de precio habita. §. *vendita. inſtit. de rer. diuiſ.* quòd † ſi ex alio titulo res tradantur, ſola traditione transfertur dominium. §. *per traditionem, inſtit. de rer diuiſ. l. traditionibus, C de pactis.* 60 61

Sextum naturale eſt poſtquàm † per traditionem rei dominium emptor eſt conſecutus, ex vi, & natura emptionis, rei dominium perpetuò, & irreuocabiliter manet penes emptorem. *l. ex empto. ff. de actionibus empti. l. 1. C. de pactis intec empt. & vendit.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt, 122. nu. 113.* 62

In quo differt † emptio à mutuo, per quod rei dominium in mutuatarium transfertur, ſed reuocabiliter: nam rem mutuo datam in eadem bonitate reſtituere tenetur mutuatarius. *l. mutuum. l. cum quid. ff ſi cert. pet.*

64 Septimum naturale eſt, quòd † in emptione, & venditione contrahentibus ſe inuicem circumuenire naturaliter liceat, *l. in cauſa. 2. §. idem Pomponius. ff. de minoribus. l. item ſi precio. §. quemadmodum. ff. locati.*

65 De † cuius veritate non immeritò quis dubitare

66 poteſt: nam † dolus, fraus & deceptio omnis iure noui teſtamenti eſt prohibita, 1. *ad Theſſalonic* 4. vbi Apoſtolus, ne quis, inquit, ſupergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem: iure quoque naturæ alter alterum lędere vetatur. §. *iuris præcepta, inſt. de iuſt. & iure.* iure quoque gentium, quod eſt id, quod ratio naturalis inter omnes homines conſtituit. §. *ius autem. ciuile, inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil:* circumuentio eſt prohibita, nam recta ratio deceptionem auerſantur.

67 Carolus Molinæus † *de contractibus, queſtion.* 14. prædicta Iureconſultorum reſponſa ad mutuum contrahentium conſenſum, & indulgentiam refert, dicens

68 † contrahentes mutuo conſenſu modicam læſionem inuicem indulgere, & donare, nec exactam, ac mathematicam precii æqualitatem requirere, ne emptionis contractus in ſocietate humana admodum frequens, & neceſſarius impediatur; quia ergò ea indulgentia, ſeu donatio fit liberè, ſponte, & conſenſu contrahentium mutuo, dicitur fieri naturaliter, hoc eſt, ex conſenſu contrahentium naturali: Sequitur Couarruuias *lib. 2. reſolutionum, cap 3. in principio*, vbi alteram adfert expoſitionem, aſſerens ex Ariſtotele 2. *Ethicorum,*

69 *capite* 6. iuſtum † rerum precium non conſiſtere in indi-

indiuiſibili, ſed quandam habere latitudinem, iuſtumque † dari precium triplex, ſupremum ſeu rigoroſum, 70
medium ſeu moderatum, infimum ſeu pium: verbi gratia, equus ſupremo precio valet centum & decem coronatos, medio centum, infimo nonaginta, accipitque Couarruuias Pomponii reſponſum eo ſenſu, quòd contrahentibus ſeſe mutuo circumuenire liceat, dũmodò illa deceptio intra latitudinem dimidii precii contineatur.

Hanc † couarruuiæ interpretationem reprehen- 71
dit Ludouic. Molina *de contractibus. diſput.* 320. dicens, huiuſmodi emptionem iuſti precii ſiuè ſummi, ſiuè infimi ineptè nominari circumuentionem. Itaq; tertiam † Molina adfert expoſitionem, aſſerens, læſionem 72
& deceptionem modicam in emptione contingentem, iure gentium, quod & ius naturale dicitur, non puniri ſed tolerari, atq; permitti, hocq; ſenſu rectè dici quòd in emptione & venditione ſe inuicem decipere naturaliter liceat, hoc eſt, iure gentium permittente

Ego † ſi Pomponium de deceptione & dolo qui 73
fit ex propoſito, accipiant Doctores prædicti, omnes expoſitiones falſas eſſe cenſeo: ſin verò de dolo qui fit re ipſa Pomponii reſponſum intelligant, omniũ interpretationes probo. Pro † quo ſciendũ, dolum ſeu deceptio- 74
nem eſſe duplicem: dolum ex propoſito, & dolum re ipſa. Dolus † ex propoſito eſt, cùm quis ſciens rem pluris 75
vendit, quàm valeat, mendaciis & falſis commendationibus ad emendum emptorẽ inducens; hic † dolus nul- 76
lo iure toleratur, aut permittitur, ſed omni iure prohibetur, daturq; decepto ad emptionem caſſandam actio de dolo. *l. ſi dolo. C. de reſc. vend. l.* 3 *§. vlt. ff. pro ſocio. l. dolo. C. de inut ſtip.* Bart, & Doctor, *in l. & eleganter. ff. de dolo. gl.*

Digitized by Google

ſit ſolutum, ſiuè non, ſiuè fides de precio habita, ſiuè non ita Couarr. & Molina *citatis locis*: ratio eſt, quia partes rei venditæ ad emptorem pertinent, tanquàm res venditæ: altera ratio eſt, quia † emptio eſt perfecta, 86
quo ad fructuum pendentium ius, etſi precium necdum ſit datum.

Hinc infertur primò, quòd † vendita vinea, ven- 87
ditæ quoq; cenſeantur vuæ pendentes. *l. fin. § pen ff. quæ in fraud. credit.*

Secundò infertur, quòd in venditione vaccæ, equę 88
&c. contineatur & veniat pullus & vitulus, quos mater adhuc lactat. *l. ſed adeſt. §. ſi quis mulierem. ff. locati. l. in rem. §. item quæcunq;. ff de rei vendicatione.*

Tertiò infertur, quòd † vendito equo, venditum 89
quoq; cenſeatur ephippium, & frænum *l. ædiles, 2. § 1. & §. vendendi*, vbi Bald. Angel. Salicetus, Fulgoſ. *ff de ædilicio edicto.*

Quartò infertur, quòd † caſtro vendito, iuriſdi- 90
ctio, quæ caſtro adhæret, vendita cenſeatur: Couarr. *practicar. quæſtionum c. 1. nu* 11. Iacob Menoch. *de præſ. lib. 3 præſ. 98. n. 13.*

Deniquè infertur, quod † prædii venditione con- 91
tineantur ſtramenta, ſterquilinia, quæ agri ſtercorandi gratia comparata ſunt. *l. fundi. ff. de actionibus empti.*

In ſumma omnia, exceptis † rutis cæſis, ad empto- 92
rem pertinent, præallegata *l. fundi ff. de actionib. empti, & l. in vendendo. §. fin. ff. de contrah. empt.* Hinc non ineleganter noſtri dicunt in emptione domus cedere Alles was Erdt vnnd Nagelveſt iſt / was Bandt vnnd Nägel hebt.

Limitatur concluſio † vt locum habeat, & intel- 93
ligenda ſit de fructibus tempore contractus de re pen-

dentibus, adeoq; actu exiſtentibus, diuerſum eſt in iis fructibus, qui tempore contractus nec dum exiſtunt.
94 Pro limitationis intelligentia noſcendum † duplices eſſe fructus: Pendentes, ii videlicet, qui tempore contractus actu exiſtunt, atque de re vendita pendent, ſiuè ſint maturi, ſiuè non: Non pendentes fructus ſunt, qui tempore contractus potentia, & ſpe, non actu exiſtunt: Itaque quòd dictum eſt, fructum ad emptorem pertinere, de iis qui actu exiſtunt, reique cohærent, exaudiendum eſt: Couarruuias & Molina *præallegatis locis.*
95 Quod † verò ad fructus actu non exiſtentes, ſed futuros attinet, diſtinguendum eſt: *Aut* enim emptor venditori precium numerauit, venditorque eſt in mora tradendi rem: *Aut* verò non: Priori caſu concluſio eſt,
97 quòd ad † emptorem pertineant fructus omnes: non ſolùm actu exiſtentes, & pendentes, ſed etiam futuri non ſolùm percepti, ſed etiam qui percipi potuère, & negligentia venditoris percepti non ſunt: inſuper † tenetur venditor emptori ad omne intereſſe rei intrinſecum, puta, ſi tempore, quo res erat tradenda, plus valuit, & poſtea res deterior eſt facta, aut eius precium decreuit; obligatur inquam venditor ad omne illud
98 intereſſe præſtandum: non † autem ad intereſſe extrinſecum; puta, quòd lucrum pecuniæ emptori ceſſauit, quòd damnum ſibi accidit, quòd ſerui famæ perierunt, ex eo, quòd res fructifera tradita non ſit. *l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem. & l. Iulianus. §. ſiquid ſeruo. ff. de actionibus empti.* Poſteriori caſu, hoc eſt,
99 cum † emptor precium non numerauit, adeoque venditor in mora tradendi non eſt, fuuctus qui tempore contractus nondum ex re empta pendent, non prius ad emptorem pertinent, quàm is precium offerat, vel

ei ſi

ei fides de precio habeatur adeoque non prius ademptorem ſpectent, quàm ei res ſit tradita ſoluto precio, aut fide de precio habita: Anton. Gomezius *variar. reſolution, tomo 2. cap. 2 num. 11.* Couarruuias *lib 1. reſolut, ca. 15. num. 2. & lib. 3. c. 4.* Ludouic. Molina *diſputat. 369. verſ. Prima concluſio.*

Nonò naturaliter ineſt huic contractui, quòd † vendıtor rei venditæ vitia & defectus detegere debeat. 100
l. 1. & tot. tit. ff. de ædilitio edicto. l. 1. Cod. eodem l. Iulianus, ff. de actionib. empti. ratio eſt, quia venditor eo ipſo quòd rem venalem exponit, rei vitia ex officio manifeſtare cogitur: altera ratio eſt, quia † iuſtum precium 101
conſtitui non poteſt, niſi ſciatur, quid, quale, & quantum ſit, quod venditur: itaque ne emptor decipiatur, venditorque plus precii, quàm res valeat, accipiat, bona fide agere, emptoremque de vitiis certiorem reddere tenetur D. Thomas 2. *2. quæſt. 77. art. 3.* Medina *de reſtit. quæſt. 24.*

Ampliatur primò, quòd dictum eſt, vt locum habeat etiamſi † venditor proteſtetur, ac dicat de vitiis nolò cauere, res ſit empta tuo periculo; nam ſi rem vitium 102
habere ſciat venditor, de eo tenetur non obſtante proteſtatione. *l. quæro. ff. locati.* Ludouicus Molina *diſputatione 353.*

Declaratur ſecundò, quòd † ſi venditor vitia celet, actione redhibitoria cogi poſsit, vt precium reſtituat, damna reſarciat, remque venditam recipiat, *l. 1. & 2 l. ædiles. l. hominem ff de ædilitio edicto. l. 1 C eodem.* 103
aut agere poteſt, quanti minoris, qua non reſcindi contractum, ſed ſibi de precio reſtitui petit, quanti minoris res valeat cum tali vitio Quo loco notandum
† inter redhibitoriam, & quanti minoris id intereſſe, 104

 quòd

quòd il'a locum habeat, ſi emptor rem nullo modo emiſſet, ſi vitioſam ſciuiſſet: hæc verò, ſi vitio non obſtante rem empturus fuiſſet, ſed minori, quàm datum eſt, *l. ædiles. ff. de ædilic. edicto.*

105 *Limitatur concluſio* † locum habere in vitio occulto, non'a. in aperto, & manifeſto, nam vitium propatulum & omnibus viſibile ſi fuerit, puta, equus claudus, cæcus, monoculus, de iis emptorem admonere venditor non
106 tenetur, nec redhibitoria obligatur, modò † ob vitium minori preciò vendat. *l. 1. §. ſi intelligatur. l quæritur. §. fin. l ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edicto.* Anton. Gomez. *variar. reſolut. tomo. 2. cap. 2 num.* 48. Ludouic. Molina *citata diſput.* 353.
107 *Limitatur* † *ſecundò*, quòd exaudienda ſit in vi-
108 tiis rei corporalibus, non animi: nam duplicia † ſunt rerum vitia; corporalia, vt ſi ouis ſit morboſa, ſi domus ſit peſtilens, ſi in ea oberrent noctu ſpiritus, animi, vt ſi equus ſit pauidus, ſi calcitroſus, ſternax, ſi ſeruus venditus ſit aleator, vinarius, mendax, fur &c. *l. 1. §. apud Viuia-*
109 *num. l. ob quæ vitia ff. de ædilic. edicto*: Animi vitia † venditor detegere non tenetur, niſi ea in pactum ſint deducta, nec ob ea redhibitoria obligatur, ſi venditor animi vitia ignorauit. *d. l. 1. § apud Viuianum. & d. l ob quæ*
110 *vitia*: tenetur † autem quanti minoris, citatis legibus.
111 *Limitatur* † *tertiò* ſi vitium natura occultum tempore contractus ex relatione alicuius emptor cognouiſſet, quo caſu redhibitoria, & quanti minoris actio-
112 nes ceſſarent: ratio eſt, quia † volenti non fit iniuria: al-
113 tera ratio eſt, quia † tali caſu emptor non decipitur, *l. 1. §. ſi intelligatur, & l. ſi tamen. §. ei qui ff. de ædilic. edict.* Molin. *prææalleg. diſput.* 353.
114 *Limitatur* † *quartò*, quòd procedat, in vitio notabili,

bili, quod rei vſum, in quem eſt empta, prorſus impedit, vt ſi emptor equum cupiat, qui onera ferat, emptus autem equus ſibi onera imponi nullo modo patiatur: ſecus ſi vitium ſit leue, aut rei vſum prorſus non tollat, puta, ſi ſutor calceos ex parte corii debiliori, aut corio non admodùm benè præparato confectos vendat; nam hæc & ſimilia vitia venditor detegere non tenetur, modò de precio aliquid remittat. *l.5.& 7.ff.de ædilit.edicto*, Molina *præfata diſputat.*353. Vtrùm † autem venditor, qui rem iuſto precio vendit, ſciens, merces eiuſdem generis plures breui aduenturas, emptores de mercium aduentu admonere, certioresque facere teneatur acris eſt apud *Ciceronem* 3. *offic.* Antipatrem, & Diogenem diſputatio: communis eſt *Theologorum, & Canoniſtarum* ſententia contra Ciceronem, quòd venditorem emptorem id celare poſsit ſalua iuſtitia, & charitate Chriſtiana, quamquàm abundantioris eſſet virtutis, ſi de mercium aduentu admoneret emptorem. D. Thomas *dicta quæſt.* 77. *artic* 3. *&* 4. Dominicus de Soto *de iuſtit.& iure lib,6 quæſt.3 artic.2.&* 3. Syluester *verbo, emptio. quæſt.*15. Couarr. *c.peccatum.* 2. *parte.*§.4. *num* 6. Arius Pinel. *l* 2. *C. de reſcind. vendit.*3 *parte, cap.* 2. *numer.* 24. Ludouicus Molina *de contractibus, diſputatione* 354. 115

Decimò ex natura emptionis eſt, ſi † res vendatur pluribus, quòd rei dominium tranſeat in eum, cui res primò eſt tradita, non cui primùm vendita. *l. quoties. C. de rei vendicat.* Ratio eſt, quia † per contractum venditionis rei dominium non transfertur, ſed per ſubſecutam traditionem, quò fit, quòd is emptor rei ſit dominus, cui res eſt tradita, Couarr. *lib.2.reſolut.c.*19. Molina *diſput.*369. 116 117

118 *Vndecimò naturale eſt emptioni*, quod † ſicuti conſenſu perficitur, ita contrario conſenſu diſſoluitur. *l. nihil tàm naturale. ff. de regul. iuris. §. final. Inſtitut. quibus modis obligatio tollitur. l. 1. Cod quandò liceat ab emptio. l. ab emptione. ff. de pactis.* ratio eſt, quia, vt ait Vlpianus, nihil eſt tàm naturale, quàm eo genere quidquam diſſoluere, quo colligatum eſt, *c. 1. vbi gl. de reg. iuris in antiquis.*

119 *Limitatur* † id, vt procedat, ſi res ſit integra, hoc eſt, ſi neque mercem emptori venditor, neque huic precium ille tradiderit, ſecus ſi res nõ ſit integra, hoc eſt, à contrahentibus contractus impletus: nam hoc caſu ſolo conſenſu prior cõtractus, nõ diſſoluitur, hoc eſt, neq; rei venditę dominium in venditorem, neq; precii dominium in emptorem reuertitur, niſi in contrarium actus ſit factus. hoc eſt, traditio mercis & precii ſit facta. *l. 1. & 2. Cod. quando liceat ab emptio.* vbi gloſſa & Azo *in fine ſumma. l. 2. ff. de reſcinda venditione. l. ab emptione. ff. de pactis.* Ludouicus Molina *diſputatione* 373. Antonius Gomezius *variarum reſolut. tomo 2. cap. 2. num. 21. per l. cùm emptor. ff. de reſcind. vend.*

120 *Vltimò proprium, ac naturale* eſt † in emptione, quòd in ea locum habeat retractus, non autem in aliis contractibus, vt fusè Tyraquellus *in ampliſſimis ea de re editis commentariis*, Andreas Gaill *libro ſecundo obſeruat.* 19.

121 Porrò, † quòd cenſet Petr. Nicolaus Mozius *tract. de contractibus, titulo, de naturalibus contractus emptionis, num.* 37. ex natura emptionis venire, quod locationi per venditorem factæ colono emptor ſtare non teneatur *l. emptorem C. locati. l. qui fundum. ff. eod.* id verum non eſt: nam ex natura locationis potius, quàm

emptio-

emptionis,quòd vendita re locata, nec colonus emptori, neque hic illi ſtare teneatur, vt tradit Couarr. *lib.2. reſol.cap.15.num.4.*

Ad† accidentalia, ſeu adcidentia em- 122
ptionis pertinent *primò arrha* †, quæ datur in ſignum, 123
& argumentum contractus celebrati, aut celebrandi:
quid autem † operetur arrha, emptionisnè confirma- 124
tionem,an infirmationem, hoc eſt, an data, vel accepta arrha, ea amiſſa liceat ab emptione impunè diſcedere, vel non, diſputat gloſſa *in* §. 1. *inſtit. de empt. & vendit.* & Ludouicus Molina *de contractibus. diſput.* 338. quòd
† autem arrha ſit emptionis accidens, probatur, quia 125
ſine ea emptio conſiſtit, *l. quòd ſapè ff. de contrah. empt.* §. *emptio, inſtit de empt. & vendit.*

Secundum accidens eſt ſcriptura, nam etiam ſine 126
ea perfecta poteſt eſſe emptio, *dicta l. quod ſapè*, vbi tamen diſtinguendum, aut enim conuenit inter partes de precio nulla ſcriptura facta mentione, aut verò expreſsè id actum eſt, vt emptio non prius ſit perfecta, quàm ſcriptura ſuper contractu conficiatur: Priori caſu ſcriptura ſi accedat, eſt de contractus accidentalibus. Poſteriori caſu eſt de ſubſtantialibus, ideoque ſcriptura nondum confecta à contractu impunè diſcedere licet. §. 1. *inſtitut. de empt. & vendit. l. contractus. C. de fide inſtrument.*

Tertium eſt † *fideiuſſoris datio*: *Quartum* † *eſt pi-* 127
gnoris conſtitutio, hoc eſt, vt res vendita ſit oppignorata, 128
donec precium ſoluatur: nam & hi duo contractus ad alias conuentiones accedere ſolent, poſſuntq; adeſſe ac

abeſſe ſaluo contractu principali. §.*tradita.inſtit.de rer. diuiſ.*

129 Quintum eſt † pactum addictionis indiem, nam ſi res eo pacto uendatur, vt futuris emptoribus certum tempus reſeruetur, intra quod meliorem conditionem offerre poſsint, puta, vendo tibi hanc rem decem aureis, eo pacto, vt ſi intra menſem alius meliorem conditionem fecerit, hoc eſt, plus precii obtulerit, res ſit inempta, huiuſmodi pactum eſt accidens emptionis, quia abſque eo plurimæ emptiones celebrantur *l.1.& tot. tit.ff.de in diem addictione.*

130 Sextum eſt † lex commiſſoria, hoc eſt, pactum commiſſorium, quod celebratur cùm res alicui venditur, & traditur ea lege, id eſt, pacto & conditione, vt ſi intra menſem precium ſolutum non fuerit, res ſit inempta: *tot.tit.ff.de l.commiſſoria* ſic dicta, quòd niſi ſolutio ad diem certum fiat, propter moram ceu delictum res committatur, habeaturque pro non empta.

131 Hæc duo † pacta in quibuſdam conueniunt, in quibuſdam differunt.

132 Conueniunt primò, quia † vtroque caſu venditio
133 eſt pura, & reſoluitur ex pacto: Secundò, quia † vtraq; in
134 ſolius venditoris fauorem tendit: Tertiò quòd † pacto non impleto in poteſtate venditoris ſit, vel contractum reſcindere: vel emptorem, vt precium det compellere. *l.1.2.3 l.eum qui.l.Sabinus.ff. de in diem addictione.l.2 3.4 5.6.& 7.ff.de l.commiſsoria.* Quartò conueni-
135 unt, quòd diſſoluta emptione ex pacto appoſito fructus medio tempore percepti, ad venditionem pertineant, eiq́ue ab emptore ſunt reſtituendi. *l.item l.Imperator.ff. de indiem addict. l.illud, §.1.ff. de ædilit. edicto.* Quintò
136 conueniunt, quòd † eueniente conditione, ex qua venditio

ditio reſcinditur, eo ipſo, abſque traditione, rei venditæ dominium in primum venditorem tranſeat, eique rei vendicatio competat. *l. ſi quis hac. ff. de rei vendicat. l. ſi ex duobus, aliàs, idem Iulianus. § ſed & Marcellus ff. de in diem addict. l. commiſſoria. C. de pactis inter empt. & venditor. l. fin. ff. de l. commiſſoria.* Ratio eſt, quia † reſciſſo 137
contractu ex pacto, perindè eſt, ac ſi emptio facta non fuiſſet. Couar. *lib 3 reſolut. cap. 8. n. 1. & c. 9. nu. 1. & ſeqq.* Ludouic. Molina *diſput* 377. & 378.

Differunt † *primò* in verborum conceptione, nam 138
pactum addictionis in diem ita concipitur, vendo tibi hanc rem centum aureis, & ſi alius intra menſem meliorem conditionem, aut plus precii obtulerit, res ſit inempta. *l 1 ff. de in diem addict.* verùm pactum commiſſorium ſic concipitur, domus centum tibi ſit vendita, ſi tamen intra menſem precium non numraueris ſit inempta: *Secundò* † differunt, quia in pacto ad- 139
dictionis in diem reſoluitur contractus, quòd melior conditio ſit oblata, in pacto verò commiſſorio, ob commiſſum, hoc eſt delictum, ſeu moram emptoris, quam in precio ſoluendo trahit; vndè commiſſoria lex dicta eſt, à committendo, id eſt, delinquendo, vel à committendo, hoc eſt, amittenda re empta: verùm pactum † 140
commiſſorium in aliis contractibus, potiſſimum in mutuo ſub pignore locum non habet. *l. 1. & fin. Cod. de pactis pignorum, cap. ſignificante. de pignoribus.* Molina *diſput.* 324.

Septimum eſt pactum † retrouendendi, quod in 141
fauorem venditoris hac forma concipitur, ſi verbi gratia, vendatur domus mille aureis, adpoſito pacto, quòd venditor eiuſque hæredes & ſucceſſores pro ſua voluntate eandem domum redimere, ſeu reemere

Nn poſſint,

poſſint, emptorq́; reuendere cogatur, *l.* 2. *C. de pact. inter empto & vendit or.* Tyraq. *in ampliſſimus ea de conuentione editis commentarius*, Couarr. *lib.* 3. *reſol. c.* 8.

142 Octauum eſt pactum † retroemendi in fauorem emptoris, eiuſque hæredum conceptum, vt quandò res eo pacto emitur, vt venditor rem reemere obligetur, quandò emptor voluerit.

143 Hæc duo † pacta eſſe merè accidentia emptionis probatur, quia poſſunt adeſſe, & abeſſe à contractu, cùm plurimæ abſque iis celebrentur emptiones, *toto tit. C. dè pactis inter emptor. & venditor.* Differunt † au-
144 tem *pactum addictionis in diem*, *& lex commiſſoria à pacto de retrouendendo*, quòd quandò ex vi illorum pactorum contractus reſoluitur; quòd dominium in priorem venditorem abſq; traditione transferatur: ex hoc verò pacto de retrouendendo minimè, ſed requiratur traditio. Couarru. *lib.* 3. *reſolution. ca.* 8. *num.* 2. Ratio eſt,
145 quia pactum † de retrouendendo rem non afficit, ſed actionem tantum perſonalem gignit: Couarr. *dict. loc.* Andreas Gaill *lib.* 2. *obſeruatione* 16. Andreas Fachineus *lib.* 2. *controuerſ. iuris*, *cap.* 15. vbi diſtinctionis fœdere contrarias Doctorum opiniones ad concordiam reducit. Nam in † ea quęſtione, quæ diſputatur, *Vtrùm pactum*
145 *reuenditionis rem afficiat?* hoc eſt, An ſi ex pacto reuendendi offeratur, & conſignetur à venditore precium, rei venditæ dominium ipſo iure abſque traditione ad venditorem reuertatur, ita quidem, quòd rei vendicatione rem à quocunque poſſeſſore petere valeat? *tres exiſtunt Doctorum ſententiæ.*

147 *Prima* † *aiens*, dominium oblato, & conſignato precio abſque traditione in primum venditorem transferri, Paulus de caſtro *l. ſi cùm venderet, ff. de pignoratic. action.*

actione, Couarruuias *lib.3 reſolutionum cap.8. num.3.* Iacobus Menochius *conſil.603.* innixi ſequentibus fundamentis: primò citata *l. cùm venderet. ff. de pignorat. action* Secundò, *l. voluntate*, *§. finali*, *ff. quibus modu pignus &c.* Tertiò, ſi venditio fiat ſub pacto commiſſorio, aut addictionis in diem, eueniente pacti conditione reuertitur dominium in venditorem ipſo iure abſque traditione rei. *l. commiſſoria. C. de pactis inter emptor & venditorem.* Quartò, ius pignoris, quòd emptor in re empta alteri conſtituit, ipſo iure extinguitur, ſi ex pacto retrouendendi precium offeratur, & conſignetur, Bartolus *in l. diem ff. de aqua pluu. &c. ergò & dominium.*

Secunda † *opinio eſt negans*, dominium ad venditorem reuerti, Bartolus *l.1. num.* 10 *ff. de donationibus.* Decius *l. traditionibus. Cod. de pactis.* Andreas Gaill *lib. 2. obſeruation.* 16. Ludouicus Molina *diſputat* 374. *ſequentibus adductis argumentis.* Primò *per l. 2 C. de pact. inter emptor. & venditor.* vbi dicitur, ex pacto retrouendendi oriri actionem præſcriptis verbis perſonalem, at de rei vendicatione nulla fit mentio: Secundò actio perſonalis, qua agitur vt res reuendatur, cum rei vendicatione concurrere nequit: nam ſi competit actio perſonalis ad reuendendum, ergò res in volentis emere dominio necdum eſt, nemo enim rem ſuam emit. *l. ſuæ rei. ff. de contrahenda emptione, l. neq́; ff. de regulis iuris.*

Tertia † *opinio* eſt eorum, qui diſtinguunt inter conceptionem verborum: *aut* enim directis verbis concipitur pactum de retrouendendo, hoc eſt, verbis: quibus ipſo iure venditio reſoluitur, & pro infecta habetur, puta, vendo prædium mille florenis eo pa- 149

ćto, vt oblato precio res ſit inempta, vel emptio ſit nulla: *aut* pactum concipitur verbis obliquis, hoc modo, vendo prædium mille eo pacto, quod precio oblato,
150 prædium reuendere cogaris: *Priori* † *caſu* concludunt, ex pacto retrouendendi ſi precium emptori offeratur, quòd dominium rei venditæ in venditorem ipſo iure absque traditione reuertatur: hoc ſenſu procedunt
151 argumenta, pro prima opinione adducta: *Poſteriori* † *caſu*, ſi pactum obliquis verbis fuerit conceptum, ex precii oblatione, aut conſignatione dominium in venditorem ipſo iure reuerti negant *per argumenta* pro ſecunda opinione allata.

152 Ex huius † quæſtionis reſolutione infertur primò reſolutio alterius quæſtionis, qua ambigitur, ſi emptor cui prædium cum pacto retrouendendi eſt venditum, idē prædium tertio cuidā diuendat, ſimpliciter nullā pacti facta mentione, an primus venditor oblato, & conſignato precio rem à tertio emptore vendicare poſſit: nam ſi pactum verbis directis fuerit conceptum, contra tertium emptorem rei vendicatio competit: ſi verò obliquis verbi pactum fuerit factum, nulla contra tertium emptorem actio, ſed contra primum emptorem actio ſolùm perſonalis datur. Couarru. *dicto lib. 3. reſol. cap. 8. num. 3.*

153 *Secundò* † *infertur*, ad deciſionem alterius quæſtionis, qua ambigitur, ſi primus emptor rem emptam tertio in pignus dederit, vtrùm oblato à venditore precio, pignus tertio conſtitutum ipſo iure extinguatur: nam ſi directis verbis pactum fuerit conceptum, oblato, & conſignato precio ius pignoris euaneſcit; poſteriori caſu non ſtatim, ſed facta demum reuenditione extinguitur ius pignoris, Bart. *l. in diem. ff. de aqu. plu. &c.*

He-

Hieronym. Gabriel. *conſil.* 66. *nu.* 6. And. Fachin. *lib.* 3. *controu. iuris: cap.* 15. Ratio eſt, quia † reſoluto iure dato- 154
ris reſoluitur ius acceptoris. *l. lex vectigali ff. de pignorib.* faciunt ad propoſitum, quæ tradit idem Fachineus pro interpretatione *l. 2. C. de reſcind. vendition. lib. 2. cap.* 24.
Quod † ſi quæras, cur facta reuenditione euaneſcat ius 155
pignoris, quod tertius comparauit, ſi pactum reuendendi verbis obliquis fuerit conceptum, dominium autem, quod venditor habet non extinguatur, niſi res
fuerit tradita: Reſpondeo, quòd pignus † nudo pacto 156
conſtituatur. *l contrahitur. ff de pignorib.* at dominium
† non nudo conſenſu, ſed traditione transfertur. *l. tra-* 157
ditionibus. C. de pact.

Tertiò infertur, ſi † ſtatutum in loco eſſet, quòd em- 158
ptione & venditione perfecta, tributum, & exactio aliqua, Itali Gabellam, Hiſpani Alcauala appellãt, ex omni venditione & emptione magiſtratui debeatur, quòd reſoluta emptione ex pacto commiſſorio, aut addictionis in diem, iſtē pacto retrouendendi directis verbis concepto, exactio non debeatur, Ludouicus Molina *diſput.* 374. *&* 379. Anton. Gomez. *variar. reſolut. tomo* 2, *c.* 2. *num.* 33. Arius Pinellus *l.* 2. *C. de reſcind. vendition. parte* 2. *c.* 3. *num* 36. Ratio eſt, quia diſſolutio non eſt nouus emptionis contractus, ſed prioris emptionis reſciſ-
ſio, vi pacti emptioni appoſiti. Sciendum † namq́ue eſt, 159
aliud eſſe contractum priorem ob conditionem reſolui, extingui, & reſcindi, aliud nouam emptionem celebrari. Reſoluitur enim contractus, cum mutuo contrahentium conſenſu ab emptione reſceditur, quod fit, quandò re integra, hoc eſt, neutra ex parte impleto contractu ab emptione diſceditur. *l.* 1. *&* 2. *C. quando liceat ab empt. diſced. l. iuriſgentium.* §. *adeo. & l. ab empt.*

Digitized by Google

ff. de pactis. §. fin. inſtitut. quibus modis tollitur obligatio. Nonus autem celebratur emptionis contractus, ſi impleto vtrinque contractu, id eſt, dato precio, & tradita re vendita partes conueniant, vt reſtituatur precium emptori, & merx venditori, cum diſtinctione tamen: nam aut agitur id inter contrahentes, vt reſtitutione vtrinque facta diſſoluatur emptio, diſcedatur à priori emptione; & tunc non nudo conſenſu, ſed actuali facta reſtitutione & precii, & mercis, diſſoluitur prior emptio. *l. 1. Cod. quando liceat ab emptore. diſced.* aut inter contrahentes agitur, vt reddito precio, & merce, nouus emptionis contractus celebretur: & tunc conſenſu mutuo præſtito, poſterior emptio eſt celebrata. *l. 1. & 2. Cod. quando liceat ab emptione diſced. l. ab emptione in fine, ff. de pactis.* Ludouicus Molina *diſputatione 373. in fine,* Azo *in ſumma Codic. quando liceat ab emptio. diſcedere, in fin.*

160 *Solent & alia pacta emptionis cenſus contractui apponi,* puta, vt venditor rei periculum in ſe ſuſcipiat, vt ſumptus vini, & inſtrumenti conficiendi ferat, & plura alia: nam, authore Ariſtotele, vni † rei infinita accedere poſſunt. de quibus, vtrùm, & quandò con-
161 tractui emptionis cenſus rectè apponantur, paulò poſt dicetur.

Hactenus recenſuimus ea, quæ ad ſubſtantiam, naturam & accidentia emptionis in genere ſpectatæ pertinent, proximum † eſt vt videamus, quæ
162 ad emptionis cenſus eſſentiam, naturam, & accidentia ſpectent. Carolus † [redacted] *in tractatu de com-*
163 *merciis, quaſtione 50. num. 351.* tria ſubſtantialia emptionis

ptionis

ptionis cenſus eſſe putat, Primum, quòd ſors, hoc eſt, precium perpetuò alienetur, nec vnquàm repeti poſſit: Secundum, quòd reditus precium à lege taxatum, & conſtitutum excedere nequeat: Tertium, quòd reditus ſemper & liberè à venditore redimi queat: Primum probat Carolus Molinæus *à numero 17. vſq; ad numerum 21. ex differentia*, quæ eſt inter mutuum, & emptionem cenſus, quia recipiens mutuum obligatur præciſè ex vi contractus ad ſortis reſtitutionem. *l. 2. §. mutuum ff. ſi certum petatur; l. cum quid ff. eodem.* vendens autem reditum nullo modo obligatur ad reſtituendum precium quod accepit, ſed illud, perpetuò ſibi adquirit, reſeruatque: cui accedit Andreas Gaill *lib. 2. obſeruatione 7 num.* 13. Secundum probat ea ratione, quia quandò lex taxat, ac conſtituit certum precium, tunc huiuſmodi precium taxatum pertinet ad contractus eſſentiam: atqui *LL. & CC.* certum emptionis cenſus conſtituerunt precium, ergò &c. Vltimum confirmat per *extrauagantes noſtras, & Romani Imperii ordinationes*, quæ venditori liberam redimendi facultatem concedunt.

Ego † quo ad primum & tertium ſubſtantiale 164
Molinæo non aſſentior, atque neutrum de emptionis cenſus ſubſtantia eſſe cenſeo. Non primum, quia ſi venditor cenſus emptorem ex pacto obligare poteſt, 165
vt cenſum reuendat, preciumque, ſeu ſortem recipiat: igitur de † huius contractus ſubſtantia abſolutè non 166
eſt, vt ſors perpetuò alienetur, & nunquàm repetatur, aliâs huiuſmodi pactum retrouendendi ad contractum apponi non poſſet. Deindè videtur primum ſubſtantiale tertio repugnare: nam ſi

venditor poteſt emptorem cogere vt reemat, adeoque precium reſtituat, igitur de ſubſtantia emptionis cenſus non eſt, vt precium perpetuò alienetur. Tertium
167 quoque, ſcilicet, quòd † redimendi poteſtas venditori ſemper debeat eſſe integra & libera, de emptionis cenſus ſubſtantia non eſt: nam valida eſt emptio cenſus perpetui, & irredimibilis, vt paulò poſt probabitur: igitur libera redimendi facultas de emptionis cenſus ſubſtantia non eſt.

168 Nec † obſtant Caroli Molinaei argumenta, nam admittitur eam inter mutuum, & emptionem cenſus eſſe differentiam, quòd in mutuo ex vi contractus idem repetatur in genere, non autem in venditione: attamen quin paciſci poſſint contrahentes vt emptor reuendere, aut venditor reemere, adeoque ex nouo contractu precium reſtitui debeat, nihil prohibet, vt paulò poſt fuſius dicemus.

Ad Pontificum extrauagantes, Imperiiq́ constitutiones reſpondetur, eas dum admittunt emptiones cenſuum cum pacto redimendi in fauorem, & ad voluntatem venditoris, non damnare emptionem cenſus cum pacto redimendi in fauorem emptoris, aut ſimplices, & abſolutas, abſque vllo pacto factas, vt ex ſequentibus manifeſtum fiet.

169 Ego † de emptionis cenſus ſubſtantialibus, naturalibus, atque accidentalibus aliter, & quidem ſic ſen-
170 tio: quòd de † emptionis cenſus eſſentialibus ſint ea, quæ de emptionis & cenſus quidditate exiſtunt;
171 cum enim † emptio cenſus ſit emptio, hæcque illius ſit genus, conficitur emptionem, & quæ eius ſunt eſſentialia, etiam emptionis cenſus ſubſtantialia eſſe,

eſſe, nam † genus, eiuſque eſſentialia, ſpeciei ſunt ſub- 172
ſtantialia: itaque † ex parte generis de eſſentia ac ſub- 173
ſtantia emptionis cenſus ſunt merx, precium & conſen-
ſus mutuus, hæc enim tria ad emptionis quidditatem
pertinere ſupra eſt probatum: Inſuper † de emptionis 174
cenſus ſubſtantialibus ſunt ea, quæ de cenſus quiddita-
te exiſtunt, itaque cùm cenſus ſupra ſit definitus, ius
percipiendi penſionem de re alterius fructifera, ſi, quòd
ex parte mercis ceu materiæ de emptionis cenſus eſſen-
tia ſit, ius percipiendi penſionem, ſecundò, ex re alterius
fructifera. De † naturalibus & accidentalibus cenſus 175
ſunt omnia ea, quæ emptioni in genere ſpectatæ ſunt
propria, naturalia, & accidentalia: Et in ſpecie, quòd
ſors nunquàm repeti poſſit, non eſt de contractus illius
eſſentia, prout [redacted] malè opinatur loco
paulò antè citato, ſed naturalibus potius qualitatibus:
quòd indè confirmatur, quia † pactum contra ſubſtan- 178
tiam contractus, appoſitū contractũ vitiat, *c. ſi de cond. appoſit.* doctè Couarruu. 4. *Decret. de ſponſalib. 2. parte, cap. 3. §. 1. num. 1. & ſeq.* atqui † ad emptionem cenſus ap- 178
poni poteſt pactum retrouendendi, cuius vi venditor
ad reuendendum cenſum, adeoque precium reſtituen-
dum compelli poteſt, quo fit, quòd non repetitio ſortis,
ſit de qualitatibus, non ſubſtantialib. emptionis cenſus.
Eadem † ratione concluditur, quòd redemptio cen- 170
ſus, hoc eſt, quòd cenſus perpetuò redimi poſſit, de em-
ptionis cenſus in genere ſpectatæ eſſentia non ſit, vt
malè opinatur [redacted], nam licita eſt emptio cenſus
perpetui, irredimibilis, vt paulò poſt demonſtrabitur:
igitur de ſubſtantia emptionis cenſus in genere, & abſo-
lutè ſpectatæ non eſt, quòd ſemper & perpetuò redimi
poſſit cenſus: Itaque † quòd cenſus ſit redimibilis, vel 180

irredimibilis,id ad accidentia, & qualitates illius, non ad ſubſtantiam pertinet. Hæc de eſſentialibus,naturalibus, atque accidentalibus emptionis tam in genere, quàm in ſpecie monuiſſe ſufficiat.

181 Verùm vt quæ de pactis dicturi ſumus plenius percipiantur, ſecundò loco † noſcendum ex pacto contractui adiecto, contractum aliquandò reddi nullum, aliquandò non reddi nullum, ſed reſcindi, & reſolui, aliquandò non reſolui, ſed tranſire in aliam ſpeciem,
182 vel genus contractus. Nam ex pacto appoſito contractus efficitur nullus, ſi pactum ſit contra ſubſtantiam contractus. *c. finali de condit. appoſit.* vbi Pontifex matrimonia decernit nulla, quæ ſub ſequentibus pactis & conditionibus celebrantur, duco te in vxorem, ſi generationem prolis cures, aut ſi adulterandam præbueris, aut donec aliam meis moribus aptiorem inueniam, ea ratione, quòd prædicta pacta ſint contra ſubſtantiam contractus matrimonialis, ſine qua res conſiſtere nequit. *c. tua nos. de ſponſalibus. cap. detrahe, 1. quæſtion. 1. l. cum hi. §. prætor ait ff. de tranſactionibus.* Bartolus *l. vbi ita donatur. ff. de donation. cauſa mortis.* Couarruuias *citato loco. parte 2. cap. 3. §. 1. num. 1. & ſe-*
183 *quentibus.* Ineptè † proindè diſputat [redacted] *tractatu de commerciis, num. 359.* an pactum contra ſubſtantiam actus, vel contractus adiectum, vitiet, vel vitietur, confundens ſua diſtinctione pacta contra ſubſtantiam, qualitates, & accidentia contractus, immeritoque *Bartolum* & *alios* Doctores, quaſi reti ventos venentur, reprehendit: Nam Bartolus, aliique Doctores rectè diſtinguunt, num pacto contra ſubſtantiam appoſito contractus in aliam ſpeciem, aut genus tranſire poſſit, vel non: priori caſu concludunt,
quòd

Digitized by Google

quòd pactum contra ſubſtantiam contractus appoſitum faciat contractum tranſire in aliam ſpeciem. *dicta l. vbi ita donatur. ff. de donationibus mortis cauſa*: poſteriori caſu definiunt, ex pacto contractum effici nullum. *l. per ſeruum. §. 1. ff. de vſu, & habitat.* vbi legatum vſusfructus, ſeu fructu adempto vſu inutile, & nullum dicitur, quia vſusfructui ſubſtantialiter ineſt: Et rectè ſanè Bartolus, Doctoreſque, nam pactum quod eſt contra actus ſubſtantiam, actus ortum, natiuitatem & generationem impedit, quare ſi ex pacto appoſito contractus in aliam ſpeciem, aut genus tranſire nequit, contractus remanet nullus, vtputa, deficiente eius ſubſtantia. Præterea † ex pacto commiſ- 184
ſorio, item pacto addictionis indiem directis verbis concepto, puta, ſi precium ſuo tempore non ſoluatur, aut melior conditio offeratur, res ſi inempta, contractus iuris fictione, & effectu pro infecto & nullo habetur: Couarruuias *lib. 3. reſolutionum, cap. 8 num. 1.* Ludouicus Molina *diſputatio. 378. verſic. Recedendum tamen.*

Reſoluitur † & reſcinditur ex pacto contractus 185
Primò, cùm re integra ex partium mutuo conſenſu à venditione, & aliis contractibus, qui ſolo conſenſu perficiuntur, receditur, *toto titulo. Cod. quandò liceat ab emptione recedere, toto titulo. Inſtitution. quibus modis tollitur obligatio.* Molina *diſputation. 373.* deindè † ex 186
pacto retrouenditionis reſoluitur prior contractus, Molina *diſputatione 374.* quod verum eſſe cenſeo, ſi id inter partes agatur, vt prior venditio reſcindatur: & nulla noua venditio fiat: denique † pactum fa- 187
cit conrractum de ſpecie in ſpeciem, aut de genere

in genus tranſire,cum contractus ob pactum adiectum ea ſpecie,aut genere, quo celebratus eſt non valet, tunc enim ſi res ſubiecta patiatur, in aliam ſpeciem, aut genus,quo valere poteſt,contractum mutat.

Exemplum primum eſt in pacto retrouendendi obliquis verbis concepto, puta, quando precium obtulero, cogeris mihi reuendere : alterum exemplum eſt,in pacto commiſſorio, & additionis in diem obliquis verbis concepto : tertium exemplum eſt *in*
188 *l. vbi ita donatur. ff. de donat. mort. cauſ.* vbi † ob pactum non reuocandi donationem cauſa mortis, donatio,quæ vt cauſa mortis non valet, in donationem ſim-
189 plicem, & inter viuos tranſit : ratio eſt, quia † pactum non reuocandi donationem cauſa mortis, eſt contra eſſentiam donationis cauſa mortis, ita Bart. *d. l. vbi ita. donetur.*

Vtilitas huius diſtinctionis eſt multiplex : Prima
190 ſi † pactum ſit contra ſubſtantiam contractus, contractum vitiat, non autem pactum vitiatur : Sin verò ſit contra naturalia contractus contractus vitiat pactum:
191 *differentiæ* † ratio eſt, quia pactum contra ſubſtantiam reſiſtit contractus initio, & natiuitati cùm ſinè ſubſtantia conſiſtere nequeat : quandò verò eſt contra naturales contractus qualitates,& accidentalia,contractus initium & ortum non impedit, vndè non mirum, ſi illo caſu contractus, hoc verò caſu pactum vitietur.

192 Hinc infertur, quòd † pactum vſurarum ad contractum mutui appoſitum, contractum mutui non vitiet,ſed contractus valeat, pactum verò vitietur, hocq; caſu locum habeat regula, vtile propter inutile vitiari non debet, *cap. vtile. de regul. iuris. in 6.* Andreas Gaill *lib.*

lib. 2. obſeruatione 4. Deindè, † ſi contractus ex pacto 193
contra ſubſtantiam appoſito annulletur, dominium
rei venditæ reuertitur ad venditorem abſque noua traditione, Couar. *lib. 3. reſolut. cap. 8. num. 1.* Molina *diſput.*
378. Fachineus *lib. 2. controuerſ. iuris, ca. 15.* Tertio, † ſi ex 164
pacto contractus annulletur, fructus medio tempore
percepti ad venditorem pertinent, ſin verò ex pacto
contractus reſcindatur, ſeu reſoluatur, fructus ſunt emptoris, Molina *diſput. 377. & ſeq.* Denique, † ſi contra- 195
ctus ex pacto annulletur, nulla debetur gabella ſecus
ſi ob pactum reſoluatur, Molina *diſputatione* 373. 374.
& 378.

Vndecimò † noſcendum eſt, quòd pactum con- 196
tractibus appoſitum cenſeatur eſſe pars, vel rei, vel precii: nam in fauorem venditoris adiectum, vt eſt pactum retrouendendi, eſt pars precii, diminuitque iuſtum precium, quo merx abſque ea pactione æſtimanda foret. *l. fundi partem ff. de contra. empt.* etenim res vendita cum aliquo onere vel conditione, venditoris commodum ſpectante, minoris iudicatur, quam ſi liberè venderetur, Panormitan. *c. cum Iohannes. de fide inſtrum.* Couarru. *lib. 3. reſolutio. cap. 10. in principio.* Petrus Binsfeld. *cap. in ciuitate, quæſt. 12 concluſ. 11. de vſur.* Eodem modo, ſi ad venditionis contractum apponatur pactum fauorem emptoris, & onus venditoris continens, res maioris æſtimatur; quò fit, quòd pacta emptioni appoſita iuſtum rei precium iam augeant, iam minuant, Carol. Molin. *de contractibus. quæſt 5. num. 116.* Conrad. *quæſt.* 84. *concl. 2.* Corneus *conſil. 241. lib. 1.* Nauarra *in manuali c. 17. num. 247 & ſeq.*

His iactis fundamentis ſit † *prima concluſio*: Em- 197
ptio cenſus irredimibilis eſt licita: hanc concluſionem

Digitized by Google

latiſſimè probant Cōrad *de contract. quaſt* 82. Soto *lib. 7. de iuſt. & iur. quaſt. 5. art. 2.* Medina *de reb. per vſur. acquiſi quaſt.* 121. Nauar. *commen. de vſur n. 79.* Cod. *lib. 3. reſ. c. 7. n. 2 & c. 10. n. 5.* Binsfeld. *c. in ciuitate, quaſt. 13. de*
198 *vſuris.* Molina *diſput.* 385. Ratio concluſionis prima
eſt, licita † eſt prædii alicuius emptio perpetua, & irredi-
mibilis, quo ad prædii dominium, omniaque eius iura,
igitur quoq; iuſta eſt emptio partis prędii perpetua: nam
199 quod † iuris eſt de toto quo ad totum, id quoq; iuris eſt
de parte quo ad partem. *l. quæ de tota. ff. de rei vend.* at-
200 qui † emptio cenſus nihil aliud eſt, quàm emptio partis
201 rei, nam † iura rei partes ſunt virtuales, ſeu poteſta-
tiuæ: igitur ſicuti tota res irredimibiliter comparari po-
teſt, ita & eius pars, hoc eſt, ius cenſus. Confirmatur ar-
202 gumentum, nam † ius feudi, ius emphyteuſis, rurſus ſer-
uitus, adeoq; ius rei vtile emi poteſt irreuocabiliter, ita
quidem, quòd emptor eiusq; hæredes ius rei emptum
irreuocabiliter retineant, idq; venditori reuendere non
cogantur: igitur quoq; licita eſt emptio cenſus perpetui
irredimibilisq;. Secunda concluſionis ratio petitur ex
natura contractus emptionis: nam vt ſupra eſt demon-
203 ſtratum, naturale † eſt emptionis contractui, quòd &
traditæ pecuniæ dominium apud venditorē perpetuò
permaneat, & rei venditæ dominiū ſemel in emptorem
collatū, ex natura contractus apud eum irredimibiliter
204 conſiſtat. Tertia ratio eſt, quia † emptio cenſus redimibi
lis eſt licita igitur multò magis emptio cenſus perpetui,
205 irredimibilisq;: probatur conſequentia, quia † pactū de
retrouendendo emptioni cenſus appoſitū, contractum
mutuo affinem, adeoq; ſuſpectū reddit: igitur ſi vendi-
tio fiat purè, ſinè pacto, libera erit emptio ab omni ſu-
ſpicione vſurariæ prauitatis.

Decla-

Declaratur † concluſio vt procedat, ſi modò iuſtũ interueniat, numeraturq; precium. Binsfeld *d. c. in ciuitate, q* 13. Medina *C. de reb. per vſur. adquiſit. quæſt.* 15.

Quæres, † *quodnam ſit iuſtum precium cenſus irredimibilis?* Reſpondeo, id legibus definitum non eſſe, verũ 207
ex cenſus redimibilis precio facile æſtimari poſſe. In Germania Romani Imperii cõſtitutionib. iuſtũ cenſus redimibilis preciũ eſt quã lò 100. emũtur 5. annua, *vt ſup. c.* 208
5. n. 19. *& ſeqq.* eſt probatũ: Cęterũ cenſus † perpetuus irredimibilis pluris quàm redimibilis æſtimatur: nam † pactum retrouendendi in fauorẽ venditoris appoſitũ precii pars cenſetur: quò fit, quòd ob tale pactũ minori precio ematur cenſus, quàm ſi ſine tali pacto perpetuò & irredimiliter ſoluẽdus cõparatur: etenim quo res minus eſt grauata oneribus, eò pluris valet; atqui cẽſus irredimibilis minus eſt grauis emptori, qui de cenſu perpetuò eſt certus, quàm redimibilis: igitur pro cenſu redimibili maius numerandũ eſt precium, quàm pro cenſu redimibili, *iuxt. illud Leuit.* 25. quantò minus tempus numeraueris, tantò minus emptori conſtabit; cùm itaq; cenſus cum pacto redimendi iuſtum precium ſit 100. pro 5. redimibilis cenſus iuſtum preciũ erit 130. pro 5. aut 100. pro 4. plus minus, argumento *l. 2. §, item ſi reipub. ff. ad l. Falcid.* Binsfeld. *d c. in ciuitate q.* 14. *concl.* 8. Molinæus *de commerc. n.* 267. Cou. *lib.* 3 *reſol. c.* 10. *n.* 1 *propè fin.* Nauar. *c. ſi fœneraueris* 14. *q.* 3. *n.* 98. dicens, irredimibiles cẽſus, multò maiori precio conſtitui, quàm redimibiles. In † Germania more, inſtitutoq; maiorũ 100. emũtur 4. ſi cẽſus ſit irredimibilis, vt cõſtat ex diplomatis & inſtrumẽtis. 209 210 211

Verùm † occurret aliquis, & dicet, tàm iure Canonico, quàm ciuili cenſus irredimibiles eſſe prohibitos: Nã *Martinus & Calixt. in ſuis extrau.* ſolũ redimibiles cẽſus 212

decernunt licitos, de perpetuis autem nihil pronunciant, quin verò haud obſcurè damnant. *Pius quoq; Quintus in peculiari bulla edita*, eas ſolùm emptiones cenſus, quæ cum pacto redimendi fiunt, approbat, vultque vt redimendi facultas penes venditorem perpetuò exiſtat: *Maximilianus* quoque *Primus*, *in comitiis Anno* 1500 *Auguſtæ celebratis, titulo*, **Von wucherlichen Contracten** / & Carolus Quintus *in Comitiis Anno* 1548. *Auguſtæ habitis*, *eodem titulo*, Rodolphus denique Secundus, *Imperator hoc tempore Auguſtiſsimus, in reformatione polytiæ Francofurti Anno* 1577. *facta eodem titulo, qui eſt* 17. *prohibent* aliter celebrari emptiones cenſus quàm cum pacto redimendi: quò fit, quòd irredimibiles cenſus tàm iure Pontificio, quàm Imperatorio dãnati videantur: nam † incluſio & permiſſio vnius, eſt
213 excluſio & prohibitio alterius, *l. cùm prætor. ff. de iudic.* Atque in hanc ſententiam ire videtur Petrus Binsfeld. *c. in ciuitate, quæſt.* 14. *concl.* 8. *de vſuris.*

214 Ad hanc obiectionem † reſpondetur, Pontificum & Imperatorum voluntatem fuiſſe in *allegatis conſtitutionibus* formam dare emptioni cenſuum redimibilium, de irredimibilibus autem nihil diſponere voluiſſe: nam Pontifices ad caſum ipſis propoſitum reſponſum accommodarunt; caſus autem de cenſu redimibili fuêre propoſiti, quæſitumque, vtrùm emptio cenſus cum pacto redimendi eſſet licitus, vt ex *Martini & Calixti extrauagantibus* manifeſtè conſtat: de cenſu autem irredimibili nullum fuit dubium, quin eſſet iuſtus, ideoque deciſione non fuit opus, ita Ludouicus Molina *diſputat.* 385 *num.* 11. *verſic. Quartò hoc ipſum*, & 389. *concluſ.* 9.

Idem de Imperatorum conſtitutionibus eſt dicendum,

dum, quòd ad cenſus redimibiles conſtituendos certam requirant formam, certa pacta, & qualitates, eorumque emptiones abſque illis qualitatibus, decernant caſſas, irritas, & pacta contra conſtitutionis formam inita, pronuncient vſuraria: at de emptione cenſuum irredimibilium, nihil in ſuis conſtitutionibus tractant Imperatores nec irredimibilium cenſus emptiones vetant, nec eas iuxta qualitates in redimibilium cenſuum emptionibus neceſſarias, præcipiunt exigendas: ſciuerunt † enim optimè Imperatores cenſuum irredimibilium emptionem eſſe licitam, eamque à tempore immemoriali in Romano Imperio à ſubditis celebratam: verùm quia emptiones redimibilium in Imperio exerceri, & celebrari cœperunt, eaque à cenſibus irredimibilibus plurimum diſtant, diuerſumque precium poſtulant, ideò Imperatores contractui nouiter introducto certam formam, & pacta conſiſtunt, iuſtumque definiunt precium, id quod verba, quibus Imperatores vtuntur, manifeſtè oſtendunt: ita enim ſonant verba conſtitutionis, Vñ nach dem die widerkauffs Gültẽn in allen Landen gemein ſeyn/ꝛc. hoc eſt. & poſtquàm redimibilium cenſuum emptiones vbique locorum ſunt conſuetæ, vſitatæ, vulgares &c. ex quibus verbis colligitur, de redimibilium emptionibus cenſuum ſolùm loqui Imperatores, ſtatuereque, vt in emptione cenſus, cui pacto redimendi precium ſit centum pro quinque, cum in emptione cenſuum irredimibilium iuſtum precium ſit, ſi centum emantur quatuor, quòd pactum in venditoris fauorem appoſitum pars precii habeatur, ideoque penſio maior debeatur: at quin irredimibilium cenſuum emptio eſſet iuſta, vt nihil dubitauêre Imperatores (celebrabantur enim communiter in omnibus prouinciis 215

emebanturq́; quatuor in ſingula centena) ita de ea aliquid noui conſtituere nihil erat neceſſe.

216 *Secunda* † *concluſio.* Emptio cenſus ex parte venditoris redimibilis eſt licita, h.e. pactum redimendi in fauorem venditoris appoſitum, vt quandocunq; velit, cenſum redimere poſsit, emptionē cēſus illicitam, aut vſurariam non reddit. Probatur concluſio primò per *Martini & Calixti extrauagantes*: Secundò *per Pii Quinti bullam*, tertiò *per Maximiliani I. Caroli V. & Rodolphi II. conſtitutiones ſupra allegatas.* quartò auctoritate veteris teſtamenti, nam *Leuit.* 25. dicit dominus, cuncta regio poſſeſsionis veſtræ ſub redemptionis conditione vendatur: quintò probatur per *l. 2. C. de pact inter emp. & vend.*

217 deniq; probatur ratione, quia † pactum redimendi nec eſt contra ſubſtantiam emptionis: nec contra eius naturalia: etſi enim ſecūdum naturam emptionis ſit, quod rei venditæ dominium perpetuò ſit penes emptorem: attamen contra naturam emptionis non eſt rem ſemel venditam iterum emerè, preciumq́ue reſtituere, ad eamq́ue venditionem emptorem ex pacto obligare, atq́ue adſtringere.

218 Limitatur † concluſio procedere, ſi modo ratione pacti remiſsio precii fiat, nam redimendi pactum in vendentis fauorem adiectum pars precii habetur, quare ob id pactum minus precium emptor numerat, quàm ſi cenſus abſq́ue tali pacto irredimibiliter ſoluendus fuiſſet comparatus, Nauarra *in manuali cap.* 17. *num.* 248. Couarruuias *lib. 3. reſolut. cap.* 10. *in princip.* Ludouicus Molina *diſputat.* 275. Sic in Germania centum florenis emuntur quatuor, ſi cenſus ſit irredimibilis, & quinq́; ſi cenſus ſit redimibilis perpetuò.

219 Ex † hac concluſione, eiusq́; declaratione infertur primò,

primò, falſum eſſe, quod ſcribit Bart. *in l. creditor. §. fi. ff. qui pot. in pig.* & Bald. *in l. creditores in fin. C. de pignorib.* aſſerentes, ex pacto de retrouendendo contractum præſumi vſurarium, ita vtrumq; reprehendit Menochius *de præſumpt. lib. 3 præſ. 122 n. 10. & ſeq.*

Secundò † infertur falſam quoq; eſſe opinionem *gl. in c. conqueſtus, de vſuris*, quam ibi ſequuntur Panor. & alii, item Anton. de Butrio, Barbatia, & alii *in cap. ad noſtram, de empt. & vend.* aliique multi relati à Couar. *dicto lib. 3. reſol. c. 10. nu. 4.* Fachin. *lib 2 controuerſ. iuris, cap. 12 in principio.* aſſerentium venditionem cum pacto redimendi, & viliori precio contractum arguere, & reddere vſurarium: nam pactum redimendi cùm ſit pars precii, neceſſario & ex iuſtitia precium minuit. 220

Quod † ſi dicas commemoratos Doctores hoc velle (vt reuera volunt, teſte Menochio *d. præſ* 122. *num.* 26. & relati à Fachineo *dicto cap. 12. in principio.*) non ex omni precii modicitate, ſed ex ea, quæ læſionem continet cum redimendi pacto coniunctam, contractum reddi vſurarium: Aſſero eos & hoc caſu errare: primò, quia licet contrahentibus ſe mutuo decipere. *l. in cauſæ, §. penult. ff. de minor* quod Iureconſulti reſponſum quo ſenſu ſit exaudiendum, ſupra eſt oſtenſum, atq; fusè expoſitũ: deindè læſio in precio cum pacto redimendi cõtractum vſurariũ continuò non efficit: etenim † ſi partes emptionis contractum celebrare intendunt, venditorq; in precio lædatur, iniuſta quidẽ redditur emptio ob læſionẽ in precio, at nõ ſtatim vſurarius efficitur cõtractus, aliud nãq; eſt vſura, aliud iniuſtitia: differunt n. tanquam ſpecies, & genus, omnis quidẽ vſura eſt iniuſtitia, at nõ reciprocè: vſura in ſolo mutuo, at iniuſtitia in omnib. cõtractib. in quib. ſynallagma interuenit verſatur 221 222 223 224

Ludouicus Molina *diſput. 375. verſic. Hoc loco*, Nauarra *in manuali, cap.* 17 *num.* 248. quinimò etſi precium ſit valdè modicum, hoc eſt, infra dimidium iuſti rei valoris atque partes emptionis contractum celebrare intendunt, cogitentque, in foro conſcientiæ contractus vſurarius non eſt licet in foro exteriori vſurarius præſumatur Molina & Nauarra *prædictis locis*.

Nec † obſtat allegatum, *c. ad noſtram. de empt. vend.* nam errant Doctores exiſtimantes, ex illo probari, quòd ex duobus, ſcilicet pacto redimendi, & læſione in precio, contractus ibi arguitur vſurarius, quinque enim in ſpecie dicti *cap. ad noſtram.* concurrebant, ex quibus contractus à Pontifice vſurarius iudicatus eſt: primum eſt pactum de retrouendendo, ſecundum læſio in precio, tertium quòd venditor mutuam pecuniam ab emptore exegit, quartum, quòd emptor fœnerari conſueuit, quintum, quòd pactum redimendi fuerit reſtrictum ex certo tempore, & ad certum tempus, hoc eſt, de ſeptennio in nouennium, Molina *diſput* 375. Couar. *lib.* 3 *reſol. c* 7. *n.* 6.

226 Ex quibus omnibus infertur † vltimò, rectius ſenſiſſe Couarruuiam, Molinam, & Fachineum *citatis locis*, Menochium *de arbitrio iudic. lib.* 2. *centur.* 3 *caſu* 247. *& ſeq.* iudicis arbitrio relinquendum, an & quandò prædictis quinque non interuenientibus contractus ſit cenſendus vſurarius, vel non: nam ſi cum pacto retrouendendi iuſtum concurrat precium, contractus eſt iuſtiſsimus: ſin verò cum pacto redimendi concurrat læſio citra dimidium iuſti precii, contractus iudicatur iniquus, non autem vſurarius: ſin verò læſio ſit ſupra dimi-

dimidium iuſti precii, contractus iudicatur vſurarius, fœneratitiusq;. 227

Hoc loco † obſeruandum eſt, regulæ à Pomponio traditæ *in l. in cauſæ. §. idem Pomponius. ff. de minoribus*. quæ habet, quòd cotrahentibus ſe inuicem decipere liceat, in emptione cenſus redimibilis; locum non eſſe nam procedit Pomponii regula eo caſu, quo rei pretium lege non eſt definitum, aut taxatum, hoc eſt, in indiuiſibili non conſiſtit, ſed quandam habet latitudinem: verùm ſi precium lege ſit taxatum, adeoque in indiuiſibili conſiſtat, vt accidit in emptione cenſus, cuius precium per Imperii conſtitutiones eſt taxatum, & ſi precio fuerit læſus, actionem aduerſus ledentem habet, vti ex Alfonſo à Caſtro, & Medina docet Petrus Binſfeldius *cap. in ciuitate, quæſtion.* 1. *reg.* 2. *& quæſtione* 14. *concluſ* 5.

Secundò † limitatur concluſio, procedere dummodò pactum ita concipiatur, vt redemptio eodem precio, quo emptio facta eſt, fiat: nam pactum vt 228
reluitio maiori fiat precio, eſt illicitum, ita † decernit *Pius Quintus in bulla de emptione cenſus clauſula* 9 Idem ſen- 229
tit Conradus *de contractibus, quæſt.* 84 *concluſ.* 4. Angel. *in ſumma, verbo, vſura* 1. *num.* 66. Sylueſt. *eod. verb.* 2. *quæſt.* 1. Nauarra *in manuali, cap* 17. *nu.* 248. Petrus Binſfeldius *in c. in ciuitate, quæſtion.* 8 *concluſ.* 9. *extra de vſur.* contra † Medinam *C. de reſtitut. quæſt.* 15. & Ludouicum Molinam *diſputat* 391. *clauſula* 9. contrarium defen- 230
dentes, aſſerenteſque in foro conſcientiæ, & ex natura contractus valere pactum, vt redemptio fiat maiori precio.

Ego † has repugnantes Doctorum ſententias diſtinctionis fœdere concordo: Aut n. cenſus redimibilis precium lege eſt definitum, vt in Germania: Aut lege non eſt taxatum, vt in aliis quibuſdã prouinciis, & olim in Bohemia teſtantibus *Martino & Calixto in hiſce noſtris extrauagantibus*. Priori caſu redemptio eodem precio neceſſariò eſt facienda, lege id exigente: Poſteriori caſu, quandò precium in indiuiſibili non conſiſtit hoc eſt, lege taxatum non eſt: toleratur pactum, vt maiori precio reluitio fiat. Hanc diſtinctionem colligo ex Molina *dicto loco*, ratio eſt, quia & in redemptione aliarum rerum, quarum precium lege definitum non eſt, maiori precio redemptio fieri poteſt, vt fuſe tradit Molina *diſp. 376*. Couarr. *lib. 3. reſolut. cap. 9.* Medina *de vſuris. quaſt. vltima.*

232 Quid † autem, de quo caſu non ita pridem de iure interrogatus, reſpondi, ſi cenſus eſſet emptus cum pacto redimendi, verùm an eodem, vel diuerſo precio redemptio fieri debeat, in inſtrumento venditionis eſſet omiſſum an tempore redemptionis precium, quo cẽſus fuit emptus, an eo precio, quo redemptionis tempore
233 cenſus valet redimi debeat: verbi † gratia, ante 200 ann. quo tempore, an equàm cenſus precium lege taxatum non fuit, vt conſtat ex *Martini & Calixti extrauag.* emptus eſſet cenſus frumentarius 80. modiorum frumenti vel 30. ſomarum vini mille florenis, pacto redimendi appoſito, verùm eodem, an diuerſo precio, inſtrumento expreſſũ non eſt: quæſtionis eſt, vtrùm precio, quo cenſus eſt emptus, h. e. mille florenis, an verò precio, quo frumentum, vel vinum hodiè valet, reemptio fieri debeat?
234 Binsf. † *c. in ciuitate. q. 8 concl. 8.* arbitratur eodem precio redemptionem eſſe faciendam, quo emptio cenſus

eſt

eſt facta, etſi inſtrumento id expreſſum non eſſet, quòd tacitè expreſſa ſubintelligatur, tùm, quia, † quæ natura 235
contractui inſunt, appoſita eſſe cenſeantur, tùm, quia, † 236
quæ conuentionibus ex conſuetudine ſolent adiici, pro adiectis & expreſsis habeantur. *l. ſi. C. de fideiuſ. l. quod ſi nolit. §. qui aſsiduo ff. de adil. edict. l. ex empto. ff. de action. empti c. cùm M.* vbi Abb Felin. & Bald *de conſtitutionib.*
Ego † priori fundamento inhærens, ac innitens, diſtin- 237
guendum eſſe exiſtimo: aut enim vtroq; tempore tàm emptionis, quàm redemptionis precium fuit lege definitum: aut neutro tempore: aut tempore venditionis non fuit precium determinatum, ſed ſolo tempore redemptionis: Primo caſu ſubſcribo Binsfeldio: poſterioribus duobus caſibus ab eo diſſentio, cenſeoq; tempore reuenditionis id precium eſſe numerandum, quo cenſus eo tempore inſpecto valet.

Deniq; † declaratur concluſio vt procedat, ſi pa- 238
ctum redimendi ita fiat, vt venditori, quandocunq; velit ſemper & perpetuò cenſum reemere liceat, ſecus ſi pactum redimendi fuerit reſtrictum, ita quidem, quod intra certum tempus, & non poſt, aut ex certo tempore & non antè redimere liceat: nam huiuſmodi pactum libertatem redimendi ad certum tempus reſtringens cum contractu principali ſtare non poteſt: Probatur declaratio primò *ex Pii V. bulla, clauſ.* 9. ſecundò *ex Martini & Calixti extrauag.* tertiò *ex Maximiliani I. Caroli V. & Rodolphi II. conſtitutioaib. ſup. alleg.* quæ pacta libertatem redimendi reſtringentia, reprobant, damnantq;. Sequitur [redacted] *de commerc. quaeſt.* 50. *nu.* 752. Nauarra 2. *parte Decreti. c.* 17. *n.* 249. Couarr. *lib.* 3. *reſol. cap.* 8. *num.* 7. Binsfeld *dicto c. in ciuitate. quaeſt.* 12. *concluſ.* 11. vno ore tradentes, pactum, † vt liceat venditori infra certum 239

tempus, non poſt redimere, ceu illicitum, & iniquum à contractu reiici, adeoque vitiari, non vitiare contractum: pactum † verò, vt non liceat venditori redimere niſi poſt certum tempus, contractum principalem vitiare, adeoque mutuum efficere: ratio differentiæ eſt, quia priori caſu non impeditur contractus, poſteriori impedit contractus emptionis cenſus ortum & natiuitatem, ideoque contractum in mutuum tranſire facit.

241 Contra † hanc interpretationem aſſerunt Conradus de contractibus *quæſt.*83. *concluſ.*8. Iohann. à Medina *C. de reſtitut tit. de cenſu redimibili, quæſt* 15. Soto. *de iuſtit. & iure, lib.*6. *quæſt.*5. *art.*3. Ludouicus Molina *diſput.*391. *clauſula* 9. pacta quibus libertas redimendi reſtringitur ex natura contractus illicita non eſſe, ſed iure tantùm poſitiuo damnari, moti ſequentibus: Nam primò licita eſt emptio cenſus irredimibilis, iuſta quoq; eſt emptio cenſus redimibilis liberè & quocunque tempore venditor velit: ergò quoque licita & iuſta eſt emptio cenſus redimibilis ad certum tempus, & ex certo tempore: Deindè ſi licita eſt emptio cenſus redimibilis liberè & quocunque tempore: ergò quoque iuſta eſt, vt fiat ex certo tempore, & ad certum tempus: nam huiuſmodi pacta ad cenſum irredimibilem propius accedunt, ideòque contractum minus ſuſpectum reddunt:

242 Denique † pacta redimendi ex certo tempore, & ad certum tempus tolerantur in aliarum rerum emptionibus: nam licita eſt emptio prædi cum pacto, quòd vsq; ad triginta annos non poſt id redimere valeat venditor: rurſus quòd poſt triginta annos, non antè reemere poſſit: ergò & in emptione cenſus huiuſmodi pactum toleratur.

Ego

Ego † & in hac controuerſia Doctores concilio: 243
aut enim cenſus precium lege eſt taxatum, adeoque in indiuiſibili conſiſtit: aut non: Priori caſu procedit limitatio noſtra, quod videlicet pactum libertatem redimendi reſtringens iniquum ſit: ratio eſt, quia precium taxatum hactenus dicitur iuſtum, ſi venditori redimendi libertas ſit perpetua: igitur ſi facultas reſtringatur, precium iuſtum non eſt: Poſteriori caſu, hoc eſt, cum precium lege taxatum non eſt, pactum reſtringens facultatem redimendi ad cenſus emptionem licitè apponi poteſt; ſi modo pro ratione pacti reſtricti precium augeatur, ita Benedict Bonius *tract. de cenſibus art.* 88. & Petrus Foller. *de contract. cenſualib.* §. *vt vides, nu.* 21. *& ſeq.* dicentes, pactum reſtringens facultatem redimendi non valere, ſi precium non augeatur, valere ſi ratione pacti limitati precium arbitrio boni viri creſcat: & probatur hæc diſtinctio, adeoque reſolutio. *l.* 2. *C. de pactis inter emptor. & venditor.* ſubſcribit Nauarra 2. *p. decreti, cap.* 17. *num.* 248. Couar. *lib.* 3. *reſolut. c.* 8. *num.* 8. Menoch *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 122. *n.* 70.

Oritur hic † Quæſtio: *Vtrùm in fauorem emptoris ad cenſus emptionem apponi poſſit pactum retroemendi, quo vendentem emens ad cenſum reemendũ obliget, ſi, quandò & quotieſcunq; emens velit?* 244

In qua quæſtione † negantem communiter defendunt Theologi & Iureconſulti, Soto *de iuſtit. & iur. lib.* 6. *quæſt.* 5. *art.* 3. Petrus Binsfeld. *c. in ciuitate. quæſt* 12. 245

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

mum eſt, quodcunque pactum ad aliarum rerum ſiuè mobilium, ſiuè immobilium emptionem, quatenus emptiones ſunt, licitè adiici poteſt, idem quoque & in cenſuum emptione toleratur, nam emptio † cenſus 249
& aliarum rerum in ratione conueniunt: itaque quæcunque pacta ad aliarum rerum emptionem, quatenus emptiones ſunt, rectè apponuntur, eadem in emptionibus cenſuum licitè adiiciuntur: atqui † aliarum re- 250
rum ſiuè mobilium, ſiuè immobilium venditio eam legem fert, vt cùm emptor rem vendere voluerit, primus venditor eam precio reſtituto emere teneatur. *c. illo vos, ext de pignor. l. ſi res ita. ff. de contrah. empt. l. ſi conuenit. ff. de reſcind. vendition. l. quòd ſi nolit. § fin. ff. de ædilic. edicto.* igitur & cenſus emptio huiuſmodi pactum ferre poteſt: Nec † iuuat ſi dicatur pactum retroemen- 251
di in fauorem emptoris factum ſtare cum emptione aliarum rerum, non quatenus emptiones ſunt ſimpliciter, ſed quatenus tales ſunt, hoc eſt, rerum aliarum ſiuè corporalium: ſiuè incorporalium, & non cenſus: Nam ſi pactum retroemendi in fauorem emptoris conceptum cum emptione cenſus ſtare nequit, ea eſt cauſa, quòd contractum in mutuum tranſire faciat: verùm id falſum eſt: etenim † in mutui contractu mu- 252
tuanti mutuatarius obligatur ex vi contractus mutui celebrati ad reddendum capitale in eadem bonitate, atque ita ratione rei acceptæ in eiuſdem compenſationem tantundem quantùm accepit, mutuò præcisè reſtituere tenetur abſque noua conuentione, aut contractu, Carolus Molinæus *de commerciis. num. 21.* at in emptione cenſus cum pacto retroemendi, emptor cenſus, qui venditorem ad reemendum obligat, non cogitur vendere præcisè ex eo, quòd antea ca-
 pita-

pitale accepit, & in eius compenſationem precium reſtituere, ſed ex nouo emptionis, & venditionis contractu, ad quem ex pacto adſtringitur, & ita in compenſationem rei iterum emptæ à priore emptore. Quod ſi dicas hanc differentiam eſſe verbalem, non realem; oſtē-
253 do eſſe realem, quia † in contractu mutui ſi accedat pignus, idque pereat ſinè culpa debitoris, nihilominus mutuatarius remanet obligatus ad mutui reſtitutio-
254 nem: ſecus † ſe res habet in emptione cenſus cum pacto retroemendi: nam ſi res ex qua, vel ſuper qua cenſus eſt emptus, pereat, perit quoque ius cenſus, neque agere poteſt emptor cenſus ad precium tali caſu reddendum, nouumq; ue contractum celebrandum, cùm res, quæ veneat, hoc eſt; ius cenſus, non exiſtat. *l. nec emptio, l. domum ff. de contrah. empt. l. cum hæreditatem, ff. de hæredit. vendit.* Couar. *lib. 3. reſolut. c. 7. n. 7. verſic. Quod iterum diximus*, Molina *diſput.* 377.
255 *Secundò* æqua † vtriusque contrahentis debet eſſe conditio, nec prohiberi emptori, quod venditori per-
256 mittitur, cùm † iuſtitiæ æqualitas in voluntariis commutationibus in perſonarum conditione non ſit poſita, ſed in rerum, quę commutantur, æſtimatione, æqualitateque, in qua par vtriusque contrahentis debet eſſe conditio, ſicut & in grauaminibus imponendis, Couar. *lib. 3. reſolut. cap. 9. num. 3.* atqui pactum retrouendendi in venditoris fauorem ad emptionem cenſus iure apponitur: igitur quoque pactum retroemendi in fauorem emptoris rectè adiicitur, dummodò ratione huiuſmodi pacti emptor cenſus minore penſione ſit contentus.
257 *Tertiò*, pactum, † quod cenſus emptor cum tertia perſona iuſtè init, idem pactum cum ipſo cenſus venditore

tore licitè & iure fieri poteſt: neque enim eſt ratio, cur pactum cum tertio rectè factum, cum cenſus venditore fieri prohibeatur, Angelus *in ſumma, verbo, ſocietas*, §.7. Sylueſter *eodem verbo, quaſt.* 2. Dominicus de Soto *de iuſtit. & iure, lib.6 quaſt.6.art.2.* Binsfeld. *cap. nauiganti. quaſt.8. concluſ.2. de vſur.* Couarruuias *lib.3. reſolut. cap. 9 num.3.* atqui emptor cenſus tertium pacto obligare poteſt ad cenſum emendum, poteſt † enim cenſus emptor ita conuenire cum aliquo tertio, vt caſu quo emptor cenſum reuendere voluerit, eum tertius emere cogatur: igitur quoque idem pactum cum ipſo cenſus venditore inire poteſt, nam pacta † quæ à diuerſis perſonis licitè iuſteque celebrantur, eadem ab ipſiſmet contrahentibus rectè fieri poſſunt. Quid in tanta Doctorum controuerſia, argumentorumq; vltrò, citroq; adductorum pondere dicendum?

258

259

Ego † & in hac controuerſia diſtinguendum eſſe cenſeo: aut enim quæſtio eſt, vtrùm prædictum pactum in emptione cenſus iure naturæ, & gentium damnetur: aut verò id dubitatur, an iure poſitiuo, & humano rectè reprobetur. 260

Hac poſita diſtinctione ſit *Tertia concluſio*, † pactum retroemendi in emptoris fauorem adiectum, iure naturæ & gentium, neque turpe eſt, neque iniuſtum, neque vſurarium, quinimò cum emptione cenſus ſtare poteſt: probatur concluſio iis argumentis, quibus *Summerhardi & Medinæ* opinio ſupra ſuit corroborata. 261

Quarta concluſio, † pactum redimendi ad emptoris voluntatem in emptione cenſus iure Pontificio nouiſſimo damnatur, & rectè: Probatur concluſio *ex Pii V. bulla, clauſula* 11. quam Molina *diſput.* 391. *clauſula* 11. 262

ita explicat: Dico iure Canonico nouiſſimo, quia er-
263 rat † Couarr. *lib. 3. reſolut. cap. 9. num. 4.* cenſens per extrauagantes Martini & Calixti huiuſmodi pactum reprobari; licet enim cenſus, qui ſine tali pacto comparantur, approbentur: attamen qui cum tali pacto fiunt, non damnantur, vt obſeruauit *Molina in explicatione dict. clauſulæ* 11. idque haud obſcurè probatur ex dictis extrauagantibus, quibus habetur, quòd venditores inuiti ad reemendum adſtringi nequeant: ergò à contrario ſenſu volentes eiuſmodi pactum inire poſſunt:
264 Dico rectè prohiberi, quia emptio † cenſus eſt valdè odioſa, ob magnā affinitatem, quam cum mutuo habet, quare ab ea reiicienda ſunt omnia pacta, quæ emtionem cenſus mutuò magis cognatam, adeoque magis ſuſpectam reddunt, Couarruuias *lib. 3. reſolutionum, cap. 9. num. 4.*

265 *Quinta concluſio*, † cenſus emptio, qua quinque emuntur in ſingula centena cum pacto reemendi ad emptoris voluntatem iuribus Imperii Romani nouiſſimis rectè reprobatur: Probatur concluſio *Maximiliani Primi, Caroli Quinti, & Inuictiſſimi noſtri Rodolphi II.*
266 *conſtitutionibus ſupra allegatis*: Dico rectè, nam † centum pro quinq; iuſtum cenſetur precium, ſi cum pacto redimendi ad venditoris voluntatem cenſus comparetur: igitur vt cum pacto redimendi ad emptoris volūtatem eodem precio idem cenſus, h. e. centum emantur quinq; illicitum eſt, nam pactum eſt pars vel rei, vel precii; id pactum quod in emptoris fauorem apponitur rei, hoc eſt, cenſus, ſeu penſionis pars habetur; quare cum tali pacto non quinq;, ſed pauciores in ſingula centena comparantur.

267 *Sexta concluſio*, † ſi ob pactum in fauorem emptoris

ptoris appoſitum aut precium augeatur, aut penſio minor præſtetur, pactum huiuſmodi neque illicitum eſt, neque Imperii legibus prohibitum: Probatur concluſio primò, quia Imperii conſtitutiones pactum reemendi ad emptoris voluntatem tunc ſolùm reprobant, cum in ſingula centena emuntur quinque: at ſi pauciores, puta tria in ſingula centena comparentur pactum huiuſmodi non damnant: Secundò, Imperatores ſuis conſtitutionibus cenſus irredimibiles non damnant, ſicut nec Pontifices ſuis extrauagantibus, & bullis, modò penſio annua minor præſtetur, vt ex *Couarruuia*, *Molina*, & aliis antè eſt probatum, igitur nec pactum redimendi ad emptoris voluntatem reprobant, ſi ob huiuſmodi pactum ab emptore aut maius precium numeretur, aut à venditore minus precium preſtetur: nam pactum retroemendi continet onus, & grauamen quo ad venditorem, is enim volente emptore cenſum reemere cogitur; & vtilitatem ipſius emptoris, is enim pro ſuo commodo cenſum reuendere, preciumque repetere poteſt: itaque ob tale pactum pluris æſtimatur cenſus, quàm ſi liberè abſque tali pacto venderetur.

Cęterùm † quantum in hoc caſu debeat eſſe precium, ex precio cenſus irredimibilis, & redimibilis, ex parte vendentis facilè æſtimari poteſt, cumq; cenſus irredimibilis iuſtum precium cenſeatur, cùm centum florenis quatuor floreni, adeoque viginti quinque florenis vnus comparatur, cenſus autem ex parte venditoris redimibilis iuſtum precium ſit, cum centum comparantur quinque, ideò pactum redimendi in fauorem emptoris appoſitum minuit precium in quarta parte, hoc eſt, vno floreno, efficitque vt penſio 263

minor, puta, tres floreni in ſingula centena emantur; nam ſicut pactum in venditoris commodũ, fauoremque appoſitum penſionem annuam in quarta parte auget, ita pactum in emptoris fauorem factum penſionem in quarta parte minuet, vt ita vtrumque pactum pari precio ęſtimetur, Iohan. à Medina *C. de reſtitutione, quaeſt.* 15.

269 *Septima concluſio*, † pactum quo venditor emptori obligat aliqua bona, quæ cenſitor poſſit diſtrahere, ſi cenſitus tempore conſtituto penſionem non præſtet, aut damnum patiatur cenſitor ob ſolutionis tarditatem, eſt validum: Probatur concluſio primò, quia

270 tale pactum nec eſt turpe, nec contra ſubſtantiam, nec contra naturam emptionis cenſus: Secundò, quia † leges Ciuiles approbant pactum, quòd prædium impignoratum, & hypothecatum creditor vendere poſſit, ſi intra tempus definitum debitum non ſoluatur. *l. pactum. C. de pignorat. act. l. ſi conuenit. l. neceſſarias. §. ſi annua. ff. de pignorat. act. l. ſi fundus. §. fin ff de pignoribus.*

271 Molina *diſputat.* 324. *&* 538. Denique probatur, quia etſi huiuſmodi pactum factum non ſit, tamen † iura permittunt diuendere pignus ſi debitum debitor non ſoluat, *toto tit. ff & C. de diſtract. pignor. dicta l. ſi conuenit ff. de pignorat act. l. fi. § ſancimus, C. de iure dominii impetrando*: ergò quoque pactum fieri poteſt, vt cenſito penſionem non ſoluente, prædia hypothecata diſtrahat creditor, ſequitur hanc concluſionem Petrus Binsfeldius *cap. in ciuitate, quaeſtion.* 12. *concluſ.* 12. *extra de vſuris.*

272 *Octaua concluſio*, † valet pactum, vt caſu quo penſio biennio, aut triennio non ſoluatur, hypotheca diſtrahi poſſit, non ſolùm pro reliquatis reditibus, & in

tereſſe

tereſſe, ſed etiam pro recuperando capitali, Summerhardt *de contractibus. quæſt.*86. Binsfeld. *dicta quæſt.*12. *concluſ.*15. ratio concluſionis eſt, quia venditor cenſus perſonali obligatione ad ſolutionem annuæ penſionis eſt obſtrictus, empor quoque actione ex empto ad penſionis præſtationem, & caſu quo præſtari nequeat, ad intereſſe agere poteſt. *l. ex empto. §. idem ait, ff. de act. empti.* atqui nomine intereſſe venit precium quod datum eſt, petiturque non vt precium, ſed vt intereſſe nam † actio- 273
ne ex empto agitur non ad diſtrahendum, ſed ad perficiendum contractum. Bald. *l. ſi traditio, C. de actionib. empti.* Mynſing. *centur.* 1. *obſeruat.* 53. vbi ita à Camera Imperiali iudicatum aſſerit. Ludouic. Molina *diſput.* 387. *circa finem, verſic. illud obſerua.* dicens, ſi † res, ex qua 274
cenſus eſt venditus: euincatur, atque ita per conſequens penſio non ſoluatur, quòd tunc ad intereſſe, hoc eſt, valorem cenſus, adeoq; precium agi poſsit.

Nona concluſio, † pactum cenſus emptioni appoſi- 275
tum, vt non ſoluto reditu annua, bima, trima die, hoc eſt, ſecundo vel tertio anno ius ipſius contractus pereat, comittaturque res ipſa, ex qua cenſus eſt venditus, atque in pœnam emptori cedat, eſt illicitum, Summerhardt *quæſtione* 86. *concluſ.*3. Iohan. à Medina *Cod. de reſtitut. quæſt.*15 *propè finem.* Couarru. *lib* 3. *reſolut. cap* 7. *num.*1. Nauar. *c. ſi fœnerauerit*, 13. *quæſt.*4. *n* 114 ratio concluſionis eſt, quia etſi † pœna conuentionalis moderata ad o- 276
mnem contractum, excepto ſolo † mutuo, ad quod 277
pœna adiecta in vſurarum fraudem, & pallium appoſitum præſumitur, & iure Ciuili, & Canonico adiici poſsit *ca. ſuam de pœnis*, Purpuratus *l. rogaſti. § ſi tibi, nu.* 11. *ff. ſi certum petat.* Decius *conſil.*298. *num.*6. Petrus Rebuffus *l. vnica, num.* 569. *C. de ſentent. quæ pro eo quod*

Digitized by Google

tempus, non poſt redimere, ceu illicitum, & iniquum à contractu reiici, adeoque vitiari, non vitiare contractum: pactum † verò, vt non liceat venditori redimere niſi poſt certum tempus, contractum principalem vitiare, adeoque mutuum efficere: ratio differentiæ eſt, quia priori caſu non impeditur contractus, poſteriori impedit contractus emptionis cenſus ortum & natiuitatem, ideoque contractum in mutuum tranſire facit.

241 Contra † hanc interpretationem aſſerunt Conradus de contractibus *quæſt*.83. *concluſ*.8. Iohann. à Medina *C. de reſtitut tit. de cenſu redimibili, quæſt* 15. Soto. *de iuſtit. & iure, lib.6. quæſt.5. art.3.* Ludouicus Molina *diſput*.391. *clauſula* 9. pacta quibus libertas redimendi reſtringitur ex natura contractus illicita non eſſe, ſed iure tantùm poſitiuo damnari, moti ſequentibus. Nam primò licita eſt emptio cenſus irredimibilis, iuſta quoq; eſt emptio cenſus redimibilis liberè, & quocunque tempore venditor velit: ergò quoque licita & iuſta eſt emptio cenſus redimibilis ad certum tempus, & ex certo tempore: Deindè ſi licita eſt emptio cenſus redimibilis liberè & quocunque tempore: ergò quoque iuſta eſt, vt fiat ex certo tempore, & ad certum tempus: nam huiuſmodi pacta ad cenſum irredimibilem propius accedunt, ideòque contractum minus ſuſpectum reddunt.

242 Deniquè † pacta redimendi ex certo tempore, & ad certum tempus tolerantur in aliarum rerum emptionibus: nam licita eſt emptio prædii cum pacto, quòd vſq; ad triginta annos non poſt id redimere valeat venditor: rurſus quòd poſt triginta annos, non antè redimere poſſit: ergò & in emptione cenſus huiuſmodi pactum toleratur.

Ego

Ego † & in hac controuerſia Doctores concilio: 243
aut enim cenſus precium lege eſt taxatum, adeoque in indiuiſibili conſiſtit: aut non: Priori caſu procedit limitatio noſtra, quod videlicet pactum libertatem redimendi reſtringens iniquum ſit: ratio eſt, quia precium taxatum hactenus dicitur iuſtum, ſi venditori redimendi libertas ſit perpetua: igitur ſi facultas reſtringatur, precium iuſtum non eſt: Poſteriori caſu, hoc eſt, cum precium lege taxatum non eſt, pactum reſtringens facultatem redimendi ad cenſus emptionem licitè apponi poteſt; ſi modo pro ratione pacti reſtricti precium augeatur, ita Benedict Bonius *tract. de cenſibus art.* 88. & Petrus Foller. *de contract. cenſualib.* §. *vt vides, nu.* 21. *& ſeq.* dicentes, pactum reſtringens facultatem redimendi non valere, ſi precium non augeatur, valere ſi ratione pacti limitati precium arbitrio boni viri creſcat: & probatur hæc diſtinctio, adeoque reſolutio. *l.* 2. *C. de pactis inter emptor. & venditor.* ſubſcribit Nauarra 2. *p. decreti, cap.* 17. *num.* 248. Couar. *lib.* 3. *reſolut. c* 8. *num.* 8. Menoch *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 122. *n.* 70.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Oritur hic † Quæſtio: *Vtrùm in fauorem emptoris ad cenſus emptionem apponi poßit pactum retroemendi, quo vendentem emens ad cenſum reemendũ obliget, ſi, quandò & quotieſcunq; emens velit?* 244

In qua quæſtione † negantem communiter defendunt Theologi & Iureconſulti, Soto *de iuſtit. & iur. lib.* 6. *quaſt.* 5. *art.* 3. Petrus Binsfeld. *c. in ciuitate, quaſt.* 12. 245
concl.

mum eſt, quodcunque pactum ad aliarum rerum ſiuè mobilium, ſiuè immobilium emptionem, quatenus emptiones ſunt, licitè adiici poteſt, idem quoque & in cenſuum emptione toleratur, nam emptio † cenſus 249
& aliarum rerum in ratione conueniunt: itaque quæcunque pacta ad aliarum rerum emptionem, quatenus emptiones ſunt, rectè apponuntur, eadem in emptionibus cenſuum licitè adiiciuntur: atqui † aliarum re- 250
rum ſiuè mobilium, ſiuè immobilium venditio eam legem fert, vt cùm emptor rem vendere voluerit, primus venditor eam precio reſtituto emere teneatur. *c. illo vos, ext de pignor. l. ſi res ita. ff. de contrah. empt. l. ſi conuenit. ff. de reſcind. vendition. l. quòd ſi nolit. § fin. ff. de adilic. edicto.* igitur & cenſus emptio huiuſmodi pactum ferre poteſt: Nec † iuuat ſi dicatur pactum retroemen- 251
di in fauorem emptoris factum ſtare cum emptione aliarum rerum, non quatenus emptiones ſunt ſimpliciter, ſed quatenus tales ſunt, hoc eſt, rerum aliarum ſiuè corporalium: ſiuè incorporalium, & non cenſus: Nam ſi pactum retroemendi in fauorem emptoris conceptum cum emptione cenſus ſtare nequit, ea eſt cauſa, quòd contractum in mutuum tranſire faciat: verùm id falſum eſt: etenim † in mutui contractu mu- 252
tuanti mutuatarius obligatur ex vi contractus mutui celebrati ad reddendum capitale in eadem bonitate, atque ita ratione rei acceptæ in eiuſdem compenſationem tantundem quantùm accepit, mutuò præcisè reſtituere tenetur abſque noua conuentione, aut contractu, Carolus Molinæus *de commerciis. num. 21.* at in emptione cenſus cum pacto retroemendi, emptor cenſus, qui venditorem ad reemendum obligat, non cogitur vendere præcisè ex eo, quòd antea ca-
 pita-

tore licitè & iure fieri poteſt: neque enim eſt ratio, cur pactum cum tertio rectè factum, cum cenſus venditore fieri prohibeatur, Angelus *in ſumma, verbo, ſocietas*, §.7. Syluester *eodem verbo, quaſt*. 2. Dominicus de Soto *de iuſtit. & iure, lib*. 6 *quaſt*. 6. *art*. 2. Binsfeld. *cap. nauiganti. quaſt*. 8. *concluſ*. 2. *de vſur*. Couarruuias *lib*. 3. *reſolut. cap*. 9 *num*. 3. atqui emptor cenſus tertium pacto obligare poteſt ad cenſum emendum, poteſt † enim cenſus emptor ita conuenire cum aliquo tertio, vt caſu quo emptor cenſum reuendere voluerit, cum tertius emere cogatur: igitur quoque idem pactum cum ipſo cenſus venditore inire poteſt, nam pacta † quæ à diuerſis perſonis licitè iuſteque celebrantur, eadem ab ipſiſmet contrahentibus rectè fieri poſſunt. Quid in tanta Doctorum controuerſia, argumentorumq; vltrò, citroq; adductorum pondere dicendum? 258 259

Ego † & in hac controuerſia diſtinguendum eſſe cenſeo: aut enim quæſtio eſt, vtrùm prædictum pactum in emptione cenſus iure naturæ, & gentium damnetur: aut verò id dubitatur, an iure poſitiuo, & humano rectè reprobetur. 260

Hac poſita diſtinctione ſit *Tertia concluſio*, † pactum retroemendi in emptoris fauorem adiectum, iure naturæ & gentium, neque turpe eſt, neque iniuſtum, neque vſurarium, quinimò cum emptione cenſus ſtare poteſt: probatur concluſio iis argumentis, quibus *Summerhardi* & *Medinæ* opinio ſupra fuit corroborata. 261

Quarta concluſio, † pactum redimendi ad emptoris voluntatem in emptione cenſus iure Pontificio nouiſſimo damnatur, & rectè: Probatur concluſio *ex Pii V. bulla, clauſula* 11. quam Molina *diſput*. 391. *clauſula* 11. 262

ita explicat: Dico iure Canonico nouiſſimo, quia er-
263 rat † Couarr. *lib. 3. reſolut. cap. 9. num. 4* cenſens per extrauagantes Martini & Calixti huiuſmodi pactum reprobari; licet enim cenſus, qui ſine tali pacto comparantur, approbentur: attamen qui cum tali pacto fiunt, non damnantur, vt obſeruauit *Molina in explicatione dict. clauſulæ* 11. idque haud obſcurè probatur ex dictis extrauagantibus, quibus habetur, quòd venditores inuiti ad reemendum adſtringi nequeant: ergò à contrario ſenſu volentes eiuſmodi pactum inire poſſunt:
264 Dico rectè prohiberi, quia emptio † cenſus eſt valdè odioſa, ob magnã affinitatem, quam cum mutuo habet, quare ab ea reiicienda ſunt omnia pacta, quæ emtionem cenſus mutuò magis cognatam, adeoque magis ſuſpectam reddunt, Couarruuias *lib. 3. reſolutionum, cap. 9. num. 4.*

265 *Quinta concluſio*, † cenſus emptio, qua quinque emuntur in ſingula centena cum pacto reemendi ad emptoris voluntatem iuribus Imperii Romani nouiſſimis rectè reprobatur: Probatur concluſio *Maximiliani Primi, Caroli Quinti, & Inuictiſſimi noſtri Rodolphi II.*
266 *conſtitutionibus ſupra allegatis*: Dico rectè, nam † centum pro quinq; iuſtum cenſetur precium, ſi cum pacto redimendi ad venditoris voluntatem cenſus comparetur: igitur vt cum pacto redimendi ad emptoris volũtatem eodem precio idem cenſus, h. e. centum emantur quinq; illicitum eſt, nam pactum eſt pars vel rei, vel precii; id pactum quod in emptoris fauorem apponitur rei, hoc eſt, cenſus, ſeu penſionis pars habetur; quare cum tali pacto non quinq;, ſed pauciores in ſingula centena comparantur.

267 *Sexta concluſio*, † ſi ob pactum in fauorem emptoris

ptoris appoſitum aut precium augeatur, aut penſio minor præſtetur, pactum huiuſmodi neque illicitum eſt, neque Imperii legibus prohibitum: Probatur concluſio primò, quia Imperii conſtitutiones pactum reemendi ad emptoris voluntatem tunc ſolùm reprobant, cum in ſingula centena emuntur quinque: at ſi pauciores, puta tria in ſingula centena comparentur pactum huiuſmodi non damnant: Secundò, Imperatores ſuis conſtitutionibus cenſus irredimibiles non damnant, ſicut nec Pontifices ſuis extrauagantibus, & bullis, modò penſio annua minor præſtetur, vt ex *Couarruuia*, *Molina*, & aliis antè eſt probatum, igitur nec pactum redimendi ad emptoris voluntatem reprobant, ſi ob huiuſmodi pactum ab emptore aut maius precium numeretur, aut à venditore minus precium preſtetur: nam pactum retroemendi continet onus, & grauamen quo ad venditorem, is enim volente emptore cenſum reemere cogitur; & vtilitatem ipſius emptoris, is enim pro ſuo commodo cenſum reuendere, preciumque repetere poteſt: itaque ob tale pactum pluris æſtimatur cenſus, quàm ſi liberè abſque tali pacto venderetur.

Cęterùm † quantum in hoc caſu debeat eſſe precium, ex precio cenſus irredimibilis, & redimibilis, ex parte vendentis facilè æſtimari poteſt, cumq; cenſus irredimibilis iuſtum precium cenſeatur, cùm centum florenis quatuor floreni, adeoque viginti quinque florenis vnus comparatur, cenſus autem ex parte venditoris redimibilis iuſtum precium ſit, cum centum comparantur quinque, ideò pactum redimendi in fauorem emptoris appoſitum minuit precium in quarta parte, hoc eſt, vno floreno, efficitque vt penſio 263

minor, puta, tres floreni in ſingula centena emantur: nam ſicut pactum in venditoris commodũ, fauoremque appoſitum penſionem annuam in quarta parte auget, ita pactum in emptoris fauorem factum penſionem in quarta parte minuet, vt ita vtrumque pactum pari precio ęſtimetur, Iohan. à Medina *C. de reſtitutione, quaſt.* 15.

269 *Septima concluſio*, † pactum quo venditor emptori obligat aliqua bona, quæ cenſitor poſſit diſtrahere, ſi cenſitus tempore conſtituto penſionem non præſtet, aut damnum patiatur cenſitor ob ſolutionis tarditatem, eſt validum: Probatur concluſio primò, quia

270 tale pactum nec eſt turpe, nec contra ſubſtantiam, nec contra naturam emptionis cenſus: Secundò, quia † leges Ciuiles approbant pactum, quòd prædium impignoratum, & hypothecatum creditor vendere poſſit, ſi intra tempus definitum debitum non ſoluatur. *l. pactum. C. de pignorat. act. l. ſi conuenit. l. neceſſarias. §. ſi annua. ff. de pignorat. act. l. ſi fundus. §. fin ff de pignoribus.* Molina *diſputat.* 324. *&* 538. Denique probatur, quia

271 etſi huiuſmodi pactum factum non ſit, tamen † iura permittunt diuendere pignus ſi debitum debitor non ſoluat, *toto tit. ff & C. de diſtract. pignor. dicta l. ſi conuenit. ff. de pignorat act l. ſi. § ſancimus, C. de iure dominii impetrando*: ergò quoque pactum fieri poteſt, vt cenſito penſionem non ſoluente, prædia hypothecata diſtrahat creditor, ſequitur hanc concluſionem Petrus Binsfeldius *cap. in ciuitate, quaſtion.* 12. *conclus.* 12. *extra de vſuris.*

272 *Octaua concluſio*, † valet pactum, vt caſu quo penſio biennio, aut triennio non ſoluatur, hypotheca diſtrahi poſſit, non ſolùm pro reliquatis reditibus, & in
tereſſe

tereſſe, ſed etiam pro recuperando capitali, Summerhardt *de contractibus. quaſt.*86. Binsfeld. *dicta quaſt.*12. *concluſ.*15. ratio concluſionis eſt, quia venditor cenſus perſonali obligatione ad ſolutionem annuæ penſionis eſt obſtrictus, emptor quoque actione ex empto ad penſionis præſtationem, & caſu quo præſtari nequeat, ad intereſſe agere poteſt, *l. ex empto. §. idem ait, ff. de act. empti.* atqui nomine intereſſe venit precium quod datum eſt, petiturque non vt precium, ſed vt intereſſe: nam † actio- 273
ne ex empto agitur non ad diſtrahendum, ſed ad perficiendum contractum. Bald. *l. ſi traditio, C. de actionib. empti.* Mynſing. *centur.* 1. *obſeruat.* 53. vbi ita à Camera Imperiali iudicatum aſſerit, Ludouic. Molina *diſput.* 387. *circa finem, verſic. illud obſerua.* dicens, ſi † res, ex qua 274
cenſus eſt venditus: euincatur, atque ita per conſequens penſio non ſoluatur, quòd tunc ad intereſſe, hoc eſt, valorem cenſus, adeoq; precium agi poſsit.

Nona concluſio, † pactum cenſus emptioni appoſi- 275
tum, vt non ſoluto reditu annua, bima, trima die, hoc eſt, ſecundo vel tertio anno ius ipſius contractus pereat, comittaturque res ipſa, ex qua cenſus eſt venditus, atque in pœnam emptori cedat, eſt illicitum, Summerhardt *quaſtione* 86. *concluſ.*3. Iohan. à Medina *Cod. de reſtitut. quaſt.*15 *propè finem.* Couarru. *lib* 3. *reſolut. cap* 7. *num.*1. Nauar. *c. ſi fœnerauerís,* 13. *quaſt.*4. *n* 114 ratio concluſionis eſt, quia etſi † pœna conuentionalis moderata ad o- 276
mnem contractum, excepto ſolo † mutuo, ad quod 277
pœna adiecta in vſurarum fraudem, & pallium appoſitum præſumitur, & iure Ciuili, & Canonico adiici poſsit *ca. ſuam de pœnis,* Purpuratus *l. rogaſti. § ſi tibi, nu.* 11. *ff. ſi certum petat.* Decius *conſil.* 298. *num.*6. Petrus Rebuffus *l. vnica, num.* 569. *C. de ſentent. quæ pro eo quod*

*intereſt,proferunt.*Bonius *de cenſib.art.*47.*num.*47. Couarru. *lib.* 4 *Decretal de ſponſalibus.* 2. *parte, cap.* 6. § 8. *num.*11. fuſiſſimè Iacobus Menochius *de arbit. iudic.lib.*
278 2.*centur.*3.*caſu* 360. *num.*37. attamen pœna † vt res hypothecata cenſitori cedat, nimis eſt magna, immoderata,atq; exceſſiua.

279 Ampliatur † concluſio, vt procedat, etiamſi pactum ita concipiatur, vt penſione non ſoluta, prædium ex quo cenſus eſt emptus, ſit emptoris pro precio cenſus empti, nam & hæc pœna eſt nimis grauis, ac immoderata, vndè huiuſmodi pactum pœnale non valet, Petrus Follerius *de contractibus cenſualibus, verbo, cenſus, num.*88.

280 Limitatur † concluſio, vt procedat in cenſibus perpetuis conſtitutiuis, qui titulo venditionis ſuper re aliena imponuntur, ſecus in cenſibus reſeruatiuis, qui in re cenſitoris propria conſtituuntur iuxta *l.final.C.*
281 *de rerum permutat.* nam † ad huiuſmodi cenſus reſeruatiuos pœna commiſſi rectè apponitur, ita *Summerhardt, Medina, Nauarra, & Binsfeldius citatis locis. Couarruuias lib.*3. *reſolut.cap.*7. *num.*1. *Petrus Follerius tractatu de cenſibus,verbo cenſus,num.*91.Ratio reſtrictionis
282 prima eſt, quia † quilibet eſt rerum ſuarum moderator & arbiter, *l. in re mandata, Cod. mandati*, itaque dans alteri prædium proprium, reſeruata annua penſione perpetua, pœnam amiſſionis rei ad huiuſmodi con-
283 tractum apponere poteſt: Secunda eſt, quia † donans alteri rem, poteſt ad donationem apponere conditionem, & modum, vt caſu quo donatarius modum, aut conditionem non ſeruet, res donata ad donantem reuertatur, *l.*1.*& tot.tit. C.de donationibus quæ ſub modo.* Tertia eſt, quia † in emphyteuſi iure conſtitutum eſt, vt ſi

vt ſi emphyteuta intra triennium priuato, aut bienni-um Eccleſiæ annuam penſionem non ſoluat, iure ſuo cadat, *l.2.C. de iure emphyt.c.final. extra locati.* igitur & pactum ad cenſum reſeruatiuum apponi poteſt, vt pen-ſione intra biennium, aut triennium non ſoluta cenſi-tus ius cenſus amittat: probatur conſequentia, quia in-ter emphyteuſin, & cenſum reſeruatiuum, magna eſt cognatio, & ſimilitudo, ita argumentatur Binsfeldius *cap.in ciuitate, quæſt.12.concluſ.15.*

Decima concluſio, † pactum vt reditus conſtitua-tur ſuper certis bonis, quibus perditis, aut infructiferis factis venditor nihilominus penſionem ſoluere tenea-tur, vſurarium, vel iniquum non eſt, ſed licitum, Co-uarruuias *lib.3.reſolut.cap.7.num.5. verſiculo Primum etenim.* Summerhardt *quæſt.83. concluſion.4.* Medina *de rebus per vſur. adquiſit. quæſtion.15.* Molina *diſputat. 387.circa fin. verſ. Illud deindè obſerua.* Probat Couaru-uias concluſionem *ex Martini, & Calixti extrauagan-tibus, quorum priori verſiculo, Sed ad hoc, poſteriori ver-ſiculo, Sed idem ementes*, narratur, quòd peremptis bo-nis, ſuper quibus cenſus fuit conſtitutus, ſalua ma-neat obligatio ad annuum reditum, licet ad reſtitu-tionem precii venditores cogi non poſſint: nam narratur, quòd venditores cenſuum inuiti ad precium reddendum compelli nequeant, etiam peremptis iſtis prædiis: quibus verbis prior clauſula ampliatur, ſi-gnificaturque, quòd deſtructis prædiis venditor ad penſionem nihilominus maneat obligatus, licet ad precium reſtituendum cogi nequeat: itaque cùm dicatur, quòd venditor cenſus ad precium reſtitu-endum inuitus cogi nequeat, etiam rebus perem-ptis, præſupponitur quòd venditor cenſus remaneat 285

 obli-

obligatus: etenim ſi rebus deſtructis extinctum fuiſſet ius cenſus, ſinè cauſa dictum fuiſſet, quòd ad precium reddendum venditores adſtringi nequeant, aut id expreſſiſſent Pontifices, ſicut de obligatione reddendi ſortem, quid conſuecuerit fieri, expreſsè poſuerunt.

286 Verùm † huic inductioni, atque expoſitioni repugnat Nauarra. *c. ſi fœneraueris* 14. *quæſt*. 3. *nu*. 74. dicens, indubitatum fuiſſe, quòd re perdita cenſus extinguatur, ideoq; ſe ſuper re clara aliquid narrare, aut definire neceſſe non fuiſſe: Aliter eneruat inductionem Couarruuiæ Molina *diſput*. 387. *circa finem, verſ. Ad tertium Couarruuiæ*, retorquens *dictos* §§. in Couarruuiam, dicensque, quòd prædicti verſiculi, leuent onus ex parte venditoris, contractumque iuſtificent, eumque habeant ſenſum, quòd venditor ad precium reſtituendum cogi nequeat rebus deſtructis, quòd eo caſu ius cenſus extinguatur. Ego Pontificum verſiculos ambiguos, & ſubobſcuros, factumque confusè relatum eſſe amimaduerto, idque Pontifices ſolùm voluiſſe puto, quòd cenſus venditor ad precium reddendum inuitus cogi nequeat, & ſequentia verba, etiam prædiis deſtructis eſſe ampliatiua præcedentium verborum, quibus narratur, quòd venditor cenſus ad precium reddendum inuitus cogi nequeat, verùm diuerſo iure tàm prædiis extantibus, quàm perditis ad precii reſtitutionem inuitum non obligari: nam prædiis extantibus ideò precium reſtituere non tenetur, obligaturque, quia inuitus ad hoc compelli nequit, prædiis verò peremptis, atque extinctis, ideò precium reſtituere non tenetur, quia ius cenſus exſpirauit. Itaque prædictos textus ad noſtram concluſionem aut nihil facere, aut argumento à contrario ſenſu ſumpto eam hoc modo probari aſſero: narrant

rant Pontifices, quòd venditores cenſus ad precium reddendum inuiti adſtringi nequeant prædiis deſtructis:ergò à contrario ſenſu volentes huiuſmodi pactum cum emptore facere poſſunt,& per conſequens conuenire,vt cenſus realis tranſeat in perſonalem.

Secundò probatur concluſio, quia † pactum tale 287
ex cenſu ſimplici facit mixtum, hoc eſt, ex cenſu reali, ſeu prædiali ſimplici efficit cenſum mixtum, hoc eſt,
partim realem, partim perſonalem: nam † quamdiu 288
prædium manet ſaluum, cenſus eſt realis,prædiis † verò 289
deſtructis cenſus redditur perſonalis: atqui † vtrumq; 290
coniungere prohibitum non eſt, nam ſi vterq; poteſt celebrari ſeparatim,ergò & coniunctim.

Tertiò, ſi † cenſus ſit merè perſonalis:hoc eſt, ſu- 291
per perſona emptus, & conuentum,vt perſona facta infructifera,ſuper rebus adquiſitis cenſus ſit emptus, valet pactum, ergò quoque vice verſa valet pactum, vt rebus
peremptis conſiſtat emptio perſonalis. Denique † em- 292
ptio cenſus perſonalis abſque præcedente emptione cenſus realis rectè & licitè fit: igitur quoque valet pactum, vt prædiis deſtructis emptio cenſus realis tranſeat in emptionem cenſus perſonalem.

Hanc † concluſionem reſtringunt *Conradus, Me-* 293
dina & Molina dictis locis, vt locum habeat,modò onerosæ huiuſmodi conditioni aliquod precium reſpondeat, & onus à venditore ſuſceptum compenſetur ab emptore,quòd in huiuſmodi cōtractibus,quandò alter ex contrahentibus pactum, quo alter oneratur, in ſui commodum apponi curat, is qui pacto grauatur,in o-
neris compenſationem aliquid exigere poſſit. In † quo 294
illis *Couarruuias* nō aſſentitur,cēſens naturæ emptionis cenſus tacitè ineſſe, quòd perempta re remaneat obli-

 gatio

gatio perſonalis ad annui reditus ſolutionem, quodq́; obligatio ad ſolutionem reditus annui in contractu emptionis cenſus præcipua, & principalis ſit perſonalis, fundus autem, vel prædium, ſuper quo reditus emitur acceſſoriè apponatur pro certiori & ſaniori ſolutione, adeoque res ipſa ſpecialiter expreſſa iure pignoris, & hypothecæ ad perſonalem obligationem accedat, adeoque perempto fundo ceu pignore obligatio perſonalis ad annuam penſionem ſoluendam remamancat, ita Couarruuias *dicto lib. 3. cap. 7. num. 5. verſic. Quartò ſi,* quem ſequitur Binsfeld. *c. in ciuitate, quaſt. 12. concluſion. 12. de vſuris, per l. quaſitum, ff. de diſtractio. pignorum, & l. creditor qui non idoneum. ff ſi cert. petatur.*
295 In quo † Couarruuiam reprehendit Ludouicus Molina *diſput. 383.* dicens emptionem cenſus tribus modis fieri poſſe: aut enim emitur ſuper perſonam ſolam absque vlla hypotheca, & dicitur merè perſonalis: aut emitur ex perſona ſub hypotheca alicuius prędii pro aſſecuratione: aut denique comparatur cenſus ſuper rebus certis & ſpecificatis: Inter has cenſus conſtitutiones eam differentiam aſſignat, quòd cenſus perſonalis ſub hypotheca non perimatur hypotheca extincta verùm cenſus realis re perempta finiatur.

296 Ego hanc Molinæ diſtinctionem veram eſſe iudico, verùm quòd ob cenſum realem cum perſonali coniunctum & commixtum venditori compenſatio
297 facienda ſit nego: nam † quæ alteri ex contrahentibus per pacta imponuntur onera, ſunt duplicia: quædam exiſtunt de contractus naturalibus, ad quæ alter ex contrahentibus ex natura contractus regulariter obligatur, vt eſt euictio in emptione: quædam ſunt de acci-

accidentalibus, ad quæ alter ex natura contractus non obſtringitur, ſed ex ſolo pacto obligatur: prioris generis onera etſi pacto exprimantur, attamen precio ſeparato æſtimari non debent, nam † quæ natura 298
contractui inſunt, expreſſa eſſe cenſentur, & expreſſio † eorum, quæ tacitè contractui inſunt nihil ope- 299
ratur. *l. non rectè, & l. final. Codic. de fideiuſſoribus. l. quòd ſi nolit. §. qui aſſiduè. ff. de adilic. edicto. l. ex empto. ff. de actionibus empti. l. cum quid. ff. ſi certum petatur. capitul. cum M. de conſtitutionibus.* Nauarra *capitulo ſi fœneraueris 14. quaeſtion. 3. num. 134. per l. 3. ff. de legatis. 1. & capit. ſignificaſti de electionibus.* verùm † cum 300
emptione cenſus realis permiſcetur emptio perſonalis ex generali conſuetudine, quæ cum ſit altera natura, efficitur quòd naturale ſit huic contractui, quòd rebus peremptis perſona vendens ad annuam penſionem remaneat obligata, adeoque onus illud precio ſingulari æſtimandum non ſit.

Verùm † huic noſtræ concluſioni obſtat *Pii* 301
Quinti bulla, in qua clauſula octaua conſtituitur, quòd re perempta extinguatur ius cenſus: Cui reſpondetur, illam bullam in Germania receptam non eſſe, adeoque non obligare, vt ſupra fusè eſt oſtenſum: deindè etſi in prouincia aliqua obliget ad cenſus futuro tempore creandos, non autèm ad præteritos antè eam editam comparatos referenda eſt, vt obſeruauit Ludouicus Molina *in explicatione dicta clauſula 8. diſputatione* 391.

Ex his infertur *Vndecima* † *concluſio*, quòd emptio 302
annui reditus non reddatur vſuraria ex pacto, quo, non obſtante caſu fortuito, ſterilitatis, calamitatis, aut

alterius infortunii venditorem ad annuam penſionem præſtandam emptor obligat: ratio eſt manifeſta, nam ſi valet pactum vt deſtructis omninò prædiis annua penſio præſtetur, profectò multò magis valet conuentio, vt non obſtante vnius, duorum, trium, vel quatuor annòrum ſterilitate penſio annua ſoluatur.

303 Nec † verum eſt, quòd aſſerit Binsfeld. *c. in ciuitate, quæſt. 12. concluſ.* 17. & Molina *diſput.* 390 *in explicatione clauſulæ* 4. quòd ob huiuſmodi pactum venditori emptor compenſationem facere teneatur: Nam huiuſmodi pactum ex conſuetudine contractui adiici ſolet, eamque ob cauſam eſt de contractus naturalibus, ad quæ ſinè pacto obligatur venditor per ſupradicta, & ea quæ tradit auctor artis Notariatus *tomo* 1. *cap.* 17. Deindè
304 † emphyteutæ non obſtante ſterilitate vnius, duorum vel trium annorum annuam penſionem præſtare tenentur: *gl. cap. potuit. extra locati,* Molina *diſputat.* 454. igitur & cenſitus.

305 *Duodecima concluſio*, † pactum quo cenſitus cenſum non ſoluens ad obſtagium, vulgò **In die Layſtung/** hoc eſt ad præſtationem obligatur, iure Imperii nouiſ-
306 ſimo eſt illicitum: Dico *iure Imperii nouiſſimo*, nam † veteribus Imperii conſtitutionibus obſtagia permittuntur, vti videre eſt in conſtitutione politiæ *Anno* 48 *lata, titulo*, **Von wucherlichen Contracten.** §. *fin.* & probat And. Gaill *lib.* 2 *obſeruat.* 45. per textum *in c. ex reſcripto, de iureiurando, vbi verbo, obſides,* Innocent. Panormit. & alii Guido Papæ *deciſ.* 61. *nu.* 2. Verùm † Rodolphus II. inuictiſſimus Imperator conſtitutione *Anno* 1577. *Francofurti lata, tit.* 17. huiuſmodi pacta nulla, & appoſita, irrita, & caſſa decernit, adeoq; legem antiquā corrigit, correctionis † cauſam impulſiuam prębuit obſtagiorum

rum abuſus, incommodaq; quæ pariunt: nam admoniti per literas creditorum debitores, eorumq; fideiuſſores iuxta obligationis formulam in loco deſtinato ſe ſiſtebant, in publico diuerſorio ſua conſumebant in ſuam, & creditoris perniciem; ob quas cauſas Rodolphus Imperator noſter Auguſtiſſimus obſtagia ſuſtulit, ob eaſdem cauſas in Saxonia obſtagia eſſe prohibita teſtatur Matthias Colerus *de proceſſibus executiuis, parte 1. cap 8. num. 85.* Debetque † hæc iuris antiqui correctio 308
cò iuſtior cenſeri, quòd Carolus Molinæus *de commerc. quæſt 36 & quæſt. 51.* opinetur, pacta quo debitor cenſus ſe ad carceres, adeoque ad † obſtagia, quæ carceris ſunt 309
ſpecie, obligat, iure non ſubſiſtere, quem ſequitur Couarruuias *lib. 2. reſolut. cap. 1. num. 7.* aſſerens pactum quo debitor conſentit, vt pro ære alieno prius in carcerem mittatur, quàm in bonis excuſſio fiat, non valere, quòd tollatur ordo iuris in fauorem libertatis inductus, quodque conſuetudo huiuſmodi pacta probans in emptione cenſus, ob contractus odium locum non habeat, quod an verum ſit, paulò poſt examinabimus.

Decima tertia concluſio, † pactum vt venditor cen- 310
ſus ferat onera tàm publica, quàm priuata, quæ vel ratione cenſus, vel ratione emptionis ab emptore, non autem venditore ſuſtinenda ſunt, eſt illicitum & iniuſtum, Nauarra *c. ſi fœneraueris, 14. quæſt. 3. num. 94 & probatur conſtitutionibus* Maximiliani I. Caroli V. & Rodolphi II. qui emptionem cenſus, qua centum emuntur quinque cùm pacto redimendi in fauorem venditoris appoſito probant, reliqua omnia pacta, quibus venditor ad onera, ad quę ex natura contractus non tenetur, adſtringitur, ceu vſuraria, atque iniuſta reiiciunt, improbant, & caſſant: ratio concluſionis eſt,

quia huiuſmodi pactum venditori eſt oneroſum, atq; huiuſmodi onus à venditore ex natura contractus perferendum non eſt.

311 Ex hac concluſione infertur primò, quòd † ad ſumptus vini, qui emptione perfecta impenduntur, quique ex ſtatuto, vel conſuetudine aut integri, aut dimidiati ab emptore præſtandi veniunt, perſoluendos venditor pacto obligari nequeat.

312 Secundò infertur, quòd † venditor cenſus honorarium vxori ementis promiſſum præſtare non teneatur.

313 Tertiò infertur, quòd † ad expenſas pro ſcriptura inſtrumenti ſoluendas venditor cenſus pacto adſtringi nequeat, ſed ad eas præſtandas vel in totum vel partem obligetur emptor, per tradita Caroli Molinæi *in conſuetudine Pariſienſi*, *tit*.1. §.13. *gloſſa nona*. ratio

314 † eſt, quia ad eas, & ſimiles ſportulas in celebratione contractus fieri ſolitas, ſoluendas obligatur emptor, gloſſa, Baldus, Cynus, Salicetus, Angelus, Caſtrenſis *in l. eos, propè finem. C. de vſuris. per illum textum*: ratio

315 rationis eſt, quia inſtrumentum † ſpectat ad emptorem, & ad probationem iuris, manetque penes ipſum ceu inſtrumenti dominum. *cap. primo. de probation*, vndè pareſt, vt is inſtrumentum à Notario redimat, ſequitur Binsfeldius *cap. in ciuitate, quæſtione* 12. *concluſ.* 19. Iacobus Menochius *de præſumpt. lib*.3. *præſumpt.* 122. *num*.57.

316 Quartò infertur, ſi † ex lege, vel conſuetudine de omni emptione ab emptore ſoluenda ſit gabella, hoc eſt, vectigal, *iuxta l. debet, de ædilicio edicto*, quòd ad gabellam ſoluendam venditor pacto obligari nequeat, Carol.

Carol. Molin. *de commerc. quæſt.6.n.*129. Menoch *dict. præſ.*122 *num.*58.

Quintò infertur, ſi † ſit ſtatutum, aut conſuetudo, vt de contractu emptionis cenſus ſoluatur laudemium, quòd ex pacto ad illud ſoluendum venditor obligari non poſſit: Molinæ. *dicto loco* & Menoch. *dicto loco, num* 58. 317

Deniquè infertur, quòd † ad præſtationem collectarum, tributorum, & reliquorum regalium, quæ de immobilibus ſoluuntur, venditor pacto adſtringi nequeat. Molinæ. *dicto loco*, Petrus Follerius *de contractibus cenſualibus, verbo cenſus, num.*53. Hinc *Maximilianus Primus in Comitiis VVormaciæ Anno* 1495 *celebratis*, *titulo* Von dem gemeinen Pfennig. *rubrica*, Wie fünff vnnd zwantzig auff fünff hundert Gülden Reiniſch Jährlichen Gülten geacht werden ſollen. rectè ſtatuit, quòd cenſus annuus viginti quinque aureorum pro 500. & cenſus 50. pro mille aureis florenis in præſtatione nummi communis contra Turcam æſtimari, eaque collecta ab emptore cenſus præſtari debeat. 318

Limitatur † concluſio, & ex ea deductæ illationes, vt procedant, ſi emptor venditori in huiuſmodi pactorum compenſationem nihil præſtet, ſecus ſi pactum precio compenſetur, Carolus Molinæus *dicto loco, num.*129. & Iacob, Menochius *dicta præſumpt.* 122. *num.*59. 319

Decima quarta concluſio, † pactum quo cenſus venditor renunciat ſuo foro, aliiq; ſubiicit, faciq; emptori liberum, vt caſu quo annua pēſio nō ſoluatur, eum corā omni iudice, etiā nō ſuo cōuenire queat, eſt licitū: proba- 320

321 tur concluſio, quia † priuilegio fori à lege, vel principe conceſſo quilibet renunciare poteſt, *c. ſignificaſti. de foro*
322 *compet. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. l.* † *ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* quem textum Dd. ita intelligunt, quòd pactum prorogatæ iuriſdictionis tollatur per pœnitentiam prorogantis antè litem conteſtatam, verùm quòd poſt litem conteſtatam locum non habeat pœnitentia, ea ratione, quòd pactum nudum obligationem ciuilem non producat, ideoque prorogans antè litem conteſtatam pœnitere poſsit, non autem l[ite] conteſtata, quòd per eam in iudicio quaſi contrahatur, ideoque pœnitentiæ locus non ſit. gloſſa *l. 2. § fin ff de prætoriis ſtipulationibus.* Angel. *l. final. C. de temporibus appellationum.* Andreas Gaill *libr. 1. obſeruatione 74.*

323 Verùm † hæc interpretatio diſplicet Couarruuiæ *in c. quamuis. 1 parte. §. 4 num. 7. de pactis.* cenſenti iure ciuili pœnitentia prorogantis pactum prorogationis minimè tolli, ne iudicis & iudicii auctoritas facilè eludatur nec in praxi admitti, vt poſt pactum prorogatæ iuriſdictionis iudicis, quæ prorogari potuiſſet, renuncians etiam antè litem conteſtatam pæniteat, neque enim eam pœnitentiam iudex, cuius iuriſdictio eſt prorogata, admitteret: vndè arbitratur Couarruuias, quod *in dicta l. ſi conuenerit*, de mutata voluntate dicitur, intelligendum eſſe de voluntate vtriusque partis mutata, vt ſi vterque paciſcentium inuito iudice, in quem conſenſum eſt, antè litem conteſtatam mutet voluntatem, quòd nemo cogendus ſit à iudice conuentioni ſiuè ſimplici ſiuè vallatæ ſtipulationi ſtare: Cui interpretationi conſentiunt *in dicta l. ſi conuenerit.* Alberieus & Decius *in cap. 12. nu. 19. extra de iudiciis*, & ibi Alciatus *num. 35.* Iohan-

Iohannes Coraſius *miſcellan. lib. 4. cap. 5. vbi antè citatam* † *l. ſi quis in conſcribendo. cum ſæpè dicta l. ſi conuenerit*, ita conciliat, quòd lex prior procedat ſi vnus ſolùm, lex poſterior ſi vterque pœniteat, atq; voluntatem mutet; † adeò † autem valet renunciatio proprii fori, & prorogatio iuriſdictionis alterius iudicis, quòd nec ordinarii, nec alieni, in quem conſenſum eſt, iudicis authoritas requiratur. *l. 1. ff. de iudiciis.* 324 325

Declaratur † concluſio vt procedat, ſi priuilegium fori fauorem renunciantis principaliter, ſecus ſi honorem iudicis, aut ordinis reſpiciat, nam his duobus caſibus fori priuilegio renunciare poteſt nemo. *cap. ſi diligenti, de foro competenti.* vbi † clericus in iudicem laicum etiam cum iuramento conſentire prohibetur. *c. ſignificaſti, eod. tit.* vbi † clericus abſque conſenſu ſui ordinarii alterius iudicis Eccleſiaſtici iuriſdictionem prorogare vetatur, ea † ratione, quòd priuilegium fori clericorum non perſonæ principaliter, ſed ordini, & dignitati clericali ſit conceſſum, cui in præiudicium ordinis priuatus clericus renunciare nequit: Sic † vaſallus domino inuito coram alieno iudice de feudo litigare non poteſt, *c. imperialem in fine, de prohibita feudi alienat. per Federic.* quòd priuilegium fori huius, non vaſalli ſed domini fauorem contineat. Sic † ſi princeps ſit priuilegiatus, ne quis ſuos ſubditos Rottvvilæ, aut Spiræ, aut in alio loco in ius vocet, huiuſmodi priuilegio ſubditus renunciare nequit: ratio eſt, quia in principis fauorem id priuilegium eſt datum, eiusque intereſt, ne ſubditi ab eius iuriſdictione eximantur, atque ab alieno iudice iudicentur, Andreas Gaill *lib. 1. obſeru. 40.* Maranta *in ſpeculo aureo, 4. parte, diſtinct. 12. num 24. & ſeq.* Porrò generalis † renunciatio puta, quòd quis ali- 326 327 328 329 330 331

quem coram quibuſcunque iudiciis conuenire poſsit, Germanicè Daß er vor allen Gerichten ſoll vnnd mö-
333 ge fürgenommen werden / non ſufficit, quia † illa de competentibus duntaxat iudicibus intelligi debet: Itaque requiritur ſpecialis renunciatio, puta, renuncio priuilegio mei fori, & ſubiicio me cuiuſcunque alieni iudicis iuriſdictioni, Mynſingerus *centuria* 1. *obſeruatione* 88.

334 Huic † concluſioni aduerſatur Nauarra *cap. ſi fœneraueris* 14. *quaſtion*. 3. *num*. 138. ea ratione motus, quòd pactum, quo venditor cenſus ſuo foro renunciat, grauamen, ad quod ex natura contractus vendi-
335 tor non tenetur, contineat: Quod † ego nego; nam pactum huiuſmodi nouum, ſpeciale grauamen precio æſtimabile non imponit, ſed onus iudicandi apud proprium iudicem ferendum, transfert in iudicem alienum, eiusque iuriſdictionem prorogat.

336 *Decima quinta concluſio*, pactum † executiuum hoc eſt, paratam executionem continens, ad emptionem cenſus apponi poteſt: Pro concluſionis intelli-
337 gentia † noſcendum contritam eſſe iuris regulam, quòd ab executione iudex incipere non debeat, hoc eſt, ab incarceratione debitoris, arreſto, ſequeſtratione bonorum, pignorum captura, aut poſſeſsionis traditione inchoare non debeat, ſed ſeruato iuris ordine ad prædicta accedere poſsit, ita quidem, ſi bonis excuſſis non ſit ſoluendo, incarceratio, ſi bonorum dilapidatio, aut fugæ timor ſit, arreſtatio, ſi ſententia ſeruato iuris ordine lata debitum non ſoluatur, pignorum captio, autimmiſsio in bona fieri poſsit. *l.* 1. *C. de executión. rei iudicatæ. l. nec quidquam. §. vbi decretum. ff. de officio proconſul. l. vine. C. de prohibit. ſequeſtr. pecun.*

cap.

cap. 1. vt lite pendent. cap. 2. de ſequeſtrat. poſſeſſ. vbi Panormitanus *num. 5 cap. cum teneamur, de appellationibus.* Andreas Gaill *lib. 1 obſeruation. 13. & obſeruatione 148.* verùm huic † iuris ordini, & ſolennitati, debitor re- 338
nunciare, atque cum creditore pactum facere poteſt, quòd ordine iuris non obſeruato iudicis auctoritate non interueniente ad executionem procedi poſsit.

Ampliatur † concluſio, quòd etiam ſinè vlla 339
compenſatione huiuſmodi pactum executiuum debitor cum creditore facere poſsit: ratio eſt, quia per huiuſmodi pactum debitori ſpeciale grauamen precio æſtimabile non infertur, ſed renunciatur tantùm modo, & medio, hoc eſt, ordini iuris, quo ad finem hoc eſt, executionem ad quam debitor omnis ex natura contractus eſt obligatus, peruenitur, quibus mediis debitor renunciare poteſt, tùm quia † ſolennitas 340
proceſſus eſt iuris poſitiui: tùm, quia † in pluribus 341
cauſis ſummariè, ſinè iuris ſolennitate ad executionem proceditur, quare etiam pacto eidem ſolennitati renunciari poteſt.

Nec † obſtat ſi dicatur, quòd ordo & ſolennitas 342
proceſſus iudicialis in fauorem publicum ſit introducta, Cardinal. *clement. ſæpè, de verborum ſignificatione.* ideoque huiuſmodi iuri publico nec pacto prætoris renunciari queat. *l. 1. §. 1. ff. de feriis. l. formam. Codice de offic. præfecti prætoris, l. ius publicum. ff. de pactis. l. teſtandi. Cod. de teſtament.* Alexander *conſil. 36. lib. ſecundo,* Sebaſtianus Vant. *tractatu de nullit. ex defectu ordin. iudic. num. duodecimo.* Nam reſpondetur ſi id agatur, vt in controuerſia principali iudex definitiuè pronunciet, quòd ordini, & ſolennitati iudicialis pro-

ceſſus nec iudex, nec partes renunciare poſſint; etenim fieri nequ t, vt ſinè actione propoſita, aut libelli oblatione, reſponſione, l tis conteſtatione, exceptionibus, probationibus iudex iuſtè ſententiam ferat, verùm ſi in cauſa principali pronunciandum iudici non ſit, ſed debitum à partibus pro liquido habeatur, quod fit per pactum paratæ executionis, ordini iuris renunciari poteſt,
343 cùm † in confeſſum nullæ ſint iudicis partes, quàm condemnare, *l. proindè, in fin. ff. ad l. Aquiliam, l. vnica C. de confeſſis.*

344 Ex hac concluſione infertur primò, quòd † valet conuentio, qua partes conſentiunt, vt inſtrumentum, quod cenſus emptionem continet, ſit Guarendigiatum, habeatque paratam executionem, hoc eſt abſque libelli oblatione, litis conteſtatione, exceptione, dilatione, vl-
345 teriori probatione, executioni mandetur; dicitur † autem Guarendigiatum inſtrumentum, quod Guarendigiæ clauſulam continet, Bart. *l. cùm vnus. ff. de bonis auctorit. iudic poßidend.* Couarru. *lib. 2. reſolut. cap. 11. num. 3 verſic. Illud ſanè.* deriuatum à Guardia, quod Italis cuſtodiam, ſecuritatemque ſignificat, quaſi per huiuſmodi inſtrumentum creditor ſit ſecurus de fide debitoris
346 cuſtodita, & obſeruata certusq; ,vocaturq; † alias inſtrumentum executiuum, ſeu confeſſatum. Matthias Colerus *de proceßib. executiu. 1 parte, cap. 3 num. 16. & ſeqq.*
347 Verùm † ex conſuetudine generali omnia inſtrumenta publica, etſi Guarendigiæ clauſulam non contineant, paratam habere executionem teſtatur VVeſenbecius *conſil. 31. num. 18.* Colerus *dicto loco num. 45.* Quinimò
348 † etiam priuatas ſcripturas à parte recognitas, ſeu confeſſatas vim Guarendigiæ, & executionis paratæ continere, adeòq; iudicem, apud quem huiuſmodi ſcriptura

eſt

eſt recognita, ſinè iuris proceſſu executioni mandari poſſe, cenſent nonnulli relati à Couarru. *lib. 2. reſolut. cap. 11. num. 4. verſicul. Eadem verò.* quibus repugnat Couarruuias, & rectè. Contrarium † huius illationis defendit Nauarra *dicto c. ſi fœneraueris, 14. quaeſt. 3. n. 138.* 349
exiſtimans pactum, vt inſtrumentum emptionis cenſus paratam habeat executionem non valere, niſi inſtrumentum ex conſuetudine, aut ſtatuto vim Guarendigiæ habeat: Cui † non aſſentior, quia per pactum huiuſmodi grauamen ſpeciale precio æſtimabile debitori 350
non imponitur, ſed longus litis proceſſus reſecatur, adeoque ſinè ſolennitate iuris ad executionem peruenitur.

Secundò infertur, quòd † valeat pactum, vt caſu, 351
quo cenſitus annuam penſionem ſoluere differat, in vincula coniici, atque incarcerari poſſit: etſi † enim debitor ex contractu moroſus de iure communi Cæſareo 352
non prius in carcerem detrudi queat, quàm contra eum lata ſit ſententia, quæ in rem tranſierit iudicatam, atque executio, & excuſſio in bonis facta, compertumq; debitorem ſoluendo non eſſe: attamen huic iuris ſolennitati, & ordini debitor renunciare poteſt, & caſu quo intra conſtitutum tempus debitum non ſoluat, ad carceris pœnam ſe obligare valet, Maranta *in ſpeculo parte 6 de citatione, nu. 11.* Vitalis de Cambinis *tractatu clauſularum queſtione: an ceſſioni bonorum renunciari valeat, nu 19.* Ludouicus Molina *diſput 571.* fusè & doctè Matthias Colerus *tractat. de proceſſibus executiu. parte 1. cap. 6. num. 40.* Eſtque communis Doctorum ſententia, quòd pactum, caſu, quo conuento tempore debitum non ſoluatur, in carcerem detrudi queat, nulla præcedente excuſſione in bonis, ſit validum: ea † tamen adhi- 353

Si † tertiò obiicias, carcerem eſſe ſpeciem obſtagiorum, cùmque obſtagia iure nouiſſimo ſint ſublata, conficiatque inferri, quòd incarceratio ſit prohibita: Reſpondetur negando, quòd propriè loquendo incarcerationis ſpecies ſit obſtagium, viceq; verſa incarceratio ſpecies obſtagiorum, ſunt enim diſtinctæ ſpecies, & diuerſæ: nam obſtagium eſt locus priuatus ad quem debitor eiusq; fideiuſſor ſe recipit, carcer verò eſt locus publicus: dein in obligatione ad obſtagium aliquandò creditor ad locum conuentum ſe recipit, verùm ad carcerem nunquàm ſe recipit creditor, in obſtagiis maximi fiunt ſumptus, in carcere frugaliter viuitur: itaque à correctione vnius ad correctionem alterius malè infertur, etiamſi eadem vtriusq; ſit ratio, *Dd. in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Nicol. Euerhard. *in loco à ratione legis larga.* 369

Si † demum obiicias carcerem eſſe pœnam, & quidem immoderatam, ideoq; ad emptionem cenſus apponi non poſſe: Reſpondetur per inficiationem, & negationem antecedentis, nam incarceratio ex cauſa ciuili non eſt pœna, ſed ſimplex cuſtodia, & vexatio in eum finem, vt debitor debiti ſolutionem diligentius procuret, vndè ſi vult in carcere laborare poteſt pingendo, ſcribendo, poliendo, & perforando lapides precioſos acu pingendo. Matthias Colerus *dicto tractatu, parte* 1. *cap* 5. *num.* 82. *&* 90. dein dato, quòd ſit pœna, tamen, quòd tàm grauis ſit vt obſtagium, eo inficias: nam in carcere modici fiunt ſumptus, ibiq; laboratur &c. 361

Limitatur hæc illatio, quòd † licet non excuſſis bonis ad carcerem obligare ſe queat debitor, tamen per huiuſmodi obligationem ceſſioni bono- 362

rum non renunciat, quare cedendo bonis à carcere ſe
363 liberare poteſt: ratio eſt, quia † beneficio ceſſionis bo-
norum debitor renunciare nequit: ratio rationis eſt,
364 quia † perpetuus carcer eſt ſeruitus, ad quam debitor ſe
obligare nequit. *l. ob æs. C. de actionibus & obligationib.*
Couarru. *lib. 2. reſolut. cap. 1. num. 7. verſic. Quæritur dein-
dè,* Colerus *dicta parte 1. c. 6. nu. 86.*

365 Tertiò infertur, quòd † valet pactum quo conue
nit, vt caſu moræ, debitor penſionis, aut eius bona ar-
reſtentur: ratio prior eſt, quia ſi pactum incarcerationis
valet, profectò pactum arreſti magis valebit, plus e-
nim carcere, quàm arreſto grauatur debitor: ratio po-
366 ſterior eſt, quia arreſta ſunt permiſſa, vti videre eſt apud
Petrum Peckium *tract. de arreſt. ſeu manus iniection.*
Andrea. Gaill *eodem tract.* Zaſium *ſingular. reſponſ. c. 18.*
Matthiam Colerum *de proceſſibus executiuis. 1. parte,
cap. 7.*

357 Quartò infertur † validum eſſe pactum quòd non
ſolutis penſionibus creditor propria auctoritate abſq;
iudicis iuſſu ingredi poſſit rem cenſualem, eiusq; poſſeſ-
ſionem adipiſci & retinere: probatur concluſio primò
per l. pignoris. Cod. de pignoratit. actionum. illis verbis,
nec creditor citra conuentionem, vel præſidialem iuſ-
ſionem debiti cauſa res debitoris arbitrio ſuo auferre
poteſt: vndè argumento à contrario ſenſu deducitur, ſi
id inter creditorem, & debitorem ſit conuentum, quòd
abſque præſidis iuſſione rem debitoris auferre poſſit:
Secundò probatur *per l. creditores. C. de pignorib.* vbi Se-
uerus & Antoninus, creditores, aiunt, qui non reddita
ſibi pecunia conuentionis legem, ingreſſi poſſeſſionem
exercent, vim facere non videntur: idem in materia
emptionis cenſus expreſsè defendunt Petrus Follerius
de con-

de contractib. cenſualib. verbo cenſus, num. 114. Benedict. Bonius *de cenſib. art.* 72. Et quidem in cenſibus reſeruatiuis illatio pugna caret, nam donans alteri fundum poteſt, quæ vult, apponere pacta. *l. fin ff. de rerum permutat. l.* 1. *& toto tit C. de donat quæ ſub modo.* Nauarra *c. ſi fœneraueris* 14 *quæſt.* 3. *num.* 98.

Verùm quod attinet ad cenſus conſtitutiuos, eos potiſſimum, qui emptionis titulo comparati ſunt, dubitationem habet illatio: Nam Nauarra † *dicto loco, num.* 38. eiuſmodi pactum, quo venditor cenſus emptori facit liberum, copiamque præſtat capiendi rem cenſuariam propria auctoritate ob ceſſationem ſolutionis penſionis, iniquum, & iuri contrarium cenſet. Primò, quia ſequeretur debitorem cenſus ob reliquationem penſionis, verbi gratia, vnius aurei, perdere fundum valoris mille aureorum, quod iniquum eſt. Deindè, quia apud Iureconſultos dubium eſt, an pactum, quo creditori datur facultas capiendi rem debitoris propria auctoritate ſit licitum propter citatam *l. creditores, C. de pignorib.* cuius poſteriori parte dicitur, quòd creditores, quibus copia ingrediendi poſſeſſionem eſt facta iudicis auctoritate adipiſci debeant poſſeſſionem. His tertiò addi poteſt. *l. extat. ff. quòd metus cauſa. l. creditores. ff. ad l. Iul. de vi priuata. l. ſi quis in tantam C. vndè vi.* quibus occupatio rerum debitoris, aut propriarum apud creditorem exiſtentium ſinè iudicis iuſſu, ſub grauiſſimis pœnis prohibetur: Deniquè, quia non eſt ſingulis, hoc eſt, priuatis concedendum, quòd per magiſtratum publicè fieri debet. *l. non eſt ſingulis. ff. de regul. iuris.* atqui immiſſio eſt actus publicus, iuriſdictionem requirens, ergò &c. 368

Quibus † nihil morantibus contrarium eſt defi- 369

nien-

niendum, atque extendenda illatio, vt procedat etiam in cenſu emptitito: ratio extenſionis eſt, quia pacta in genere ſuo licita, & iure permiſſa, niſi aliquid impediat, ad omnem contractum, & emptionem cen-
370 ſus apponi poſſunt: atqui † pactum, de quo diſputamus eſt licitum, iureque permiſſum. *dicta l. pignoris. Cod. de pignoratit. actione.* nam ſi huiuſmodi pactum ad cenſus emptionem licitè apponi non poſſet, id eueniret, *vel* quia legibus eſt prohibitum, *vel* quia contra emptionis cenſus ſubſtantiam, *vel* denique quia grauat nimis debitorem cenſus præter æquum, & bonum: Non primum, quia *dicta l pignoris. Cod. de pignorat. actione,* huiuſmodi pactum permittitur: deindè etſi immiſſio in bona debitoris inuiti, quæ fit ad executionem decreti, aut ſententiæ latæ publicus ſit actus, & iuriſdictionalis, ideoque priuato non concedatur: attamen etiam ſinè iudicis iuſſione poſſeſſionem rei ſuæ creditori facere poteſt debitor, ſicuti quotidiè videmus, quòd alienantes, vendentes, & debitores rerum ſuarum poſſeſſionem creditoribus abſque vlla iudicis auctoritate tradant, vndè ſequitur valere pactum, quòd creditor poſſeſſionem rei cenſualis ingredi poſſit: etenim ſi actus fictus, puta, traditio clauium, inſtrumenti, &c id operatur, quòd creditor ſua ſponte, ſinè iudicis authoritate poſſeſſionem rei apprehendere queat, profectò & pactum eandem vim habebit: Non ſecundum, quia pactum ingrediendi poſſeſſionem continet contractus impletionem, atque executionem: Non tertium, nam ſi debitore latitante iudicis authoritate in bona debitoris immitti poteſt creditor, *toto titulo, ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur, & toto titulo*

ſequen-

ſequenti, de bonis authoritate iudicum poſſidendis: ruſus ſi debitor hoc onus ferre debet, cum ſententia condemnatoria lata debitum non ſoluit: *l. à Diuo Pio. ff. de re iudicata.* profectò nec onus hoc iniquum videri debet, ſi ex pacto permittatur creditori, vt bona debitoris occupet, potiſſimùm cùm tale pactum cùm debitoris commodo ſit coniunctum, nam hac via parcitur ſumptibus, qui impendi ſolent, cum iudicis authoritate immiſſio fit, Petrus Follerius *dicto loco, verbo, cenſus, nu.* 115. Deindè † valet pactum, quòd penſione non ſoluta rem cenſualem pignori obligatam creditor vendere queat, etiam nulla facta debitori denunciatione, quòd illud vendere velit, *gloſſa l. creditor hypothecas. Cod. de diſtractione pignor.* Neguſan. *tractatu de pignoribus. parte ſexta, membro primo, num.* 1. *per l. ſi conuenerit.* 1. *ff. de pignorat. actione. l. finali. §. ſancimus, Cod. de iure dominii impetrando,* Ludouicus Molina *diſputatione* 538. ergo quoque, & quidem multò magis licitum eſt pactum ingrediendi poſſeſſionem rei hypothecatæ, *cap. cui licet. de reg. iur. in* 6. 371

Limitatur † illatio, vt procedat, ſi tempore, quo cenſitor rei hypothecatæ poſſeſſionem occupare intendit, cenſitus non reſiſtat, ſecus ſi repugnet: non verbis tantùm, ſed etiam facto, nam tunc ad turbas, rixas, & ſcandala euitanda iudicis authoritate interueniente poſſeſſionem apprehendere debet, Bartolus *citata l. creditores. C. de pignoribus.* Menochius *tractat. adipiſcendæ, remed.* 5. *nu.* 86. vbi hac ratione Accurſium, & Azon. *in d. l. creditores,* repugnantes concordat. *Ad* † *primum* Nauar. argum. reſpodetur, negando vēditorē † cenſus totius fundi cenſualis poſſeſſionem omninò, & abſolute perdere; nam pro menſura debiti ad tēpus poſ- 372 373 374

ſeſſio durat, donec creditori penſiones ſoluantur, aut ex ex fructibus collectis ſatisfat, *argumento § ſi verò, in authent. de exhibend. reis.* quòd ſi res cenſualis ſit diſtrahenda quòd ſupereſt precium, debitori eſt reſtituendum *n. l fi. § ſancimus. C. de iur. dominii imp.* Molina *diſput.*
375 538. Ad † *l. creditores. C. de pignoribus*, reſpondeo cum gl. ibi & Menochio *tract. adipiſcendæ. remedio 5. num. 4.* dupliciter: primò, verbum *debent* ab Imperatore improprie, pro poſſunt, ſumi, vt ſit cenſus, creditores debent, id eſt, poſſunt iudicis authoritate ingredi poſſeſſionem: quòd ſi hæc ſolutio dura videatur, reſpondeo ſecundò, ſi verbum *debent* propriè ſit poſitum, quòd ſubaudiendum ſit, ex vrbanitate, & ciuilitate, vt ſit ſenſus, debent creditores ex ciuilitate, modeſtia, & reuerentia erga præſidem, eius authoritate adipiſci poſſeſſionem. Ad
376 † tertium deſumptum *ex l extat. ff quod metus cauſa, & l. creditores, ff. ad l. Iuliam di vi priuata; & l. ſi quis in tantam. C. vndè vi*, ſolutio eſt, quòd prædicta iura temperentur, & reſtringantur per *l. creditores. C. de pignoribus*, vt non procedant, ſi creditori ſit facta copia propria auctoritate ingrediendi poſſeſſionem: nam eo caſu vis nulla committitur, adeoq; & per conſequens nulla incurritur pœna, Menoch. *dicto tractat. remed. 5. num 1.*
377 *&* 28. Ad † vltimum reſpondetur, immiſſionem in bona debitoris inuiti, & repugnantis, aut ex cauſa iudicati, & in executionem ſententiæ latæ faciendam, actum eſſe publicum, iuriſdictionalem, & iudicis authoritate explicandum; verùm ingreſſum in poſſeſſionem permiſſu debitoris, eſſe actum priuatum, qui abſque iudicis auctoritate expediri poſſit, ſicut & quiuis, qui rem ſuam alienat, eum in quem transfert, in poſſeſſionem rei alienatæ introducere poteſt abſque vlla iudicis authori-

thoritate, Benedictus Bonius *tractatu de cenſibus, art. 71. num* 104.

Decima ſexta † *concluſio*, pactum in emptione cenſus factum, ne prædium ex quo cenſus debetur, abſque conſenſu cenſitoris alienetur, contractum vſurarium non reddit, Iohannes à Medina *de rebus per vſur. adquiſit. quæſtion.* 15. Binsfeldius *ſæpe citat. capit. in ciuitate, concluſion.* 14. ratio eſt, quia † prædium ex quo cenſus emitur emptori pro penſione eſt oppignoratum, valet autem pactum ne creditore inuito vendatur pignus: deindè † intereſt emptoris, vt ſciat qualis ſit cenſitus, induſtrius, laborioſus, an non: Et quidem quòd attinet ad cenſum reſeruatiuum, dubio caret concluſio: cæterum † in cenſu conſtitutiuo huiuſmodi pactum non aliter toleratur, quàm ſi ratione eius venditori fiat recompēſatio: ratio eſt, quia id continet commodum emptoris, & grauamen venditoris, ad quod ex natura contractus venditor cenſus non obligatur: Porrò *Bulla Pii V.* in qua contrarium conſtituitur, vſu recepta non eſt.

378

379

380

381

Decima ſeptima † *concluſio*, pactum, quo conuenit quòd venditor cenſum redimere volens, bimeſtre, trimeſtre, aut ſemeſtre, ante emptori ſuam voluntatem aperire redemptionemq́; denunciare debet, eſt licitum, Summerh. *q* 83. *concl* 8. Binsfeld. *d. loc. concl.* 18. ratio eſt, quia huiuſmodi pactum nullum venditoris onus continet, & prodeſt emptori, vt ſuæ indemnitati tempeſtiuè prouidere poſſit, & deſtinare pecuniam ſuam negociationi aut emptioni cenſus: Facta † autem denunciatione, tenetur redimere denuncians, nec pœnitere poteſt: Molina *diſp.* 391. *in explicat. clauſula* 11. ratio eſt, quia huiuſmodi denunciatio nihil aliud eſt, quàm reemptio, ex qua actio perſonalis aduerſus ementem naſcitur.

382

383

384 *Decima octaua concluſio*, † quandò inter contrahentes conuentum non eſt, vt denunciatio præcedat, aut redemptio in fine anni fiat, cenſus antè anni exitũ re emi poteſt, neq; eo caſu integra illius annui penſio, ſed pro rata ſolùm temporis ſoluenda, Conrad. *d.q.*83 *concluſ.*8. Nauar. *c.ſi.fœnerauerit*,14. *q.*3.*n.*126. Couar. *lib.*1. *reſolut. cap.*15.*n.*9. *verſic.Tertiò ab eadem.* ratio eſt, quia quæ eſſe debet apud venditorem libertas redimendi cenſum, id poſtulat, neq; enim liberè, & quandocunq; redimere poſſe dicitur cenſus diuenditor, ſi anni finem exſpectare cogatur, Binsfeld. *ſaped.c.in ciuitate, quæſt.*12. *concluſ.*19.

385 *Decima nona concluſio* † *eſt*, quòd valeat pactum, quo conuenit, vt dimidium cenſus in medio, & alterum dimidium in fine anni ſoluatur: Nauar. *d c.ſi.fœnerauerit. num.*134.

386 *Vigeſima* † *concluſio*, pactum, quo placet, vt non per partes ſed ſimul totus cenſus redimatur, eſt licitum, Dominicus de Soto *de iuſt. & iur. lib* 6. *q.*5. *art.*3. *concl.* 4 Bonius *de cenſib.art.*90,*n.*123. Binsfeld. *d.loc. concl.*10.
387 ratio eſt, quia † creditor particularem cenſus ſolutionem accipere non tenetur. *l.tutor* §. *Lucius.ff. de vſur.l. Iulianus.*§.*offerri ff de act. empti.l.qui pignori.ff.de pignorib.gl.in l.quidam.ff.ſi certum petat.*

388 *Vltima* † *concluſio*, pactum quo contrahentes conſentiunt, quòd reditum annuum in domum, vel domicilium cenſitoris cenſitus deferre teneatur, in gene-
389 re ſuo eſt illicitum: ratio concluſionis eſt, quia † ex natura contractus creditori debitum offerre non tenetur debitor. *l.*1.§.*licet autem ff.de peric. & commod. rei vend.* cumq; id pactum debitori ſit valdè onero ſum & graue, ad illud obſtringendus non eſt, Molinæus *de commerc. quæſt.*

*queſt.9.n.*137. Couar.*c.poſſeſſor.2 part.*§.11.*nu.*3.*verſ.Verùm aduerſus.*

Limitatur concluſio primò, ſi debitor abſq; damno & periculo aut ſumptibus cenſum ad domicilium emptoris facile deferre poſsit, tunc enim pactum hoc toleratur. Molinæus *præcitato loco.* 390

Secundò vitiatur concluſio, † ſi pactum hoc vel augmento precii, vel cenſus vilioris præſtatione compenſetur. Molinæus *dicto loco.* 391

Tertiò † limitatur, vt non procedat, ſi cenſus emptor, cum cenſum emere poſsit ab his, qui ſunt eiuſdem fori, & domicilii, ad venditoris ſolicitationem exterum præferat, nam tunc rectè ſtipulari poſſet, vt indemnis ſeruetur. *Molinæus d. loco.* 392

Denique † limitatur, vt non procedat in cenſu reſeruatiuo, ſicut nec in penſionibus à vaſallo, & emphyteuta præſtandis: nam ad hos ſuis ſumptibus ad domini domicilium deferre cogitur ſubditus, *Molinæus citat. loc.* 393

CAPVT SEPTIMVM, QVIBVS MODIS IVS CENSVS PROBETVR CONSTITVTVM.

SVMMARIA.

1 *Probato titulo, quo cenſus conſtituitur, non confeſtim ius cenſus eſt probatum.*

2 *Titulus eſt fundamentum comparandi dominia.*

2 *Solo titulo dominium vel quaſi regulariter non comparatur, & quid vlterius requiratur?*

4 *Caſus nonnulli, vbi ſolo titulo acquiritur dominium.*

5 *Hæres ſola aditione, animo facta, adquirit rerum hæreditariarum dominium.*

6 *Eccleſia ſolo titulo legati, fideicommiſſi, donationis, venditionis, dominium acquirit.*

7 *Titulo donationis, venditionis, aut alio ſimili acquiritur ius ad rem, non ius in re,*

8 *An per ſcripturam authenticam, qua titulus cenſus continetur, ipſum ius cenſus probetur? & num. 9 & 10.*

10 *Inſtrumentum antiquum ius & dominium probat.*

11 *Inſtrumẽto titulũ cenſus cõtinente probatur obligatio perſonalis.*

12 *Inſtrumentum plenè probat ea, quæ continet.*

13 *Vtrùm priuata ſcriptura, exemplis, æſtimis, cataſtris, libris rationum ius, titulus, & quaſi poſſeſſio cenſus probetur?*

14 *Scriptura priuata à parte in iudicio recognita, plenè probat.*

15 *Scriptura priuata plenè probat, ſi agatur de modico præiudicio, præſertim accedente iuramento ſcriptoris.*

16 Pri-

16 *Priuatis monaſteriorum libris creditur, accedente iuramento Procuratoris.*
17 *Vtrum libris monaſteriorũ fides habeatur in iudicio poſſeſſorio?*
18 *Non omne poſſeſſorium eſt modici iudicii.*
19 *Libris monaſteriorum probatur ſitne prædium cenſuale vel emphyteuticum?*
20 *Libris monaſteriorum probatur penſionem ſolutam eſſe.*
21 *Priuati communitatum libri plenam fidem facere poſſunt ex conſuetudine.*
22 *Priuata ſcriptura, ſi vetus ſit plenè probat.*
23 *Priuata ſcriptura plenè probat contra ſcribentem.*
24 *Priuata ſcriptura minimùm præſumptionem inducit.*
25 *Priuata ſcriptura cum aliis authenticis inſtrumentis in archiuo publico cuſtodita, plenè probat.*
26 *Priuata ſcriptura caſibus, quibus plenè probat, non habet plus fidei quàm ſcriptura authentica.*
27 *Propria cenſiti confeſſione tàm iudiciali, quàm extraiudiciali probatur ius cenſus.*
28 *Nulla eſt fortior probatio, quàm propria confeſſio.*
29 *Confeſſio iudicialis eſt fortior extraiudiciali.*
30 *Vtrùm confeſſio debitoris creditore abſente plenè probet?*
31 *Vtrùm is, qui prædium cenſu grauatum bona fide vt liberum emit, aduerſus cenſitorem præſcribat?*
32 *Ius cenſus poteſt probari, etiam teſtibus ſingularibus, vt num. ſeq.*
34 *In probando genere, quod ex diuerſis actibus conſtat, admittuntur teſtes ſingulares.*
35 *In probanda ſpecie, ſeu indiuiduo non admittuntur teſtes ſingulares.*
36 *Teſtes deponentes de cenſu ſoluto, dicti ſui rationem reddere debent, & cur? vt num. ſeq.*
37 *Teſtes de re incorporali deponentes debent rationem ſui dicti à ſenſu aliquo exteriore petitam reddere.*
38 *Ex annua penſionis præſtatione longo tempore facta, præſumitur ius cenſus, & num. 57.*

Google

57 *Annuæ vniformis præſtatio iure cenſus ex cauſa, & titulo expreſſis longo tempore facta ius cenſus tribuit, non quidem ex præſcriptione, ſed titulo allegato.*
58 *Vtrùm titulum, qui allegatur, inualidum ſubſequentes præſtatione confirment?*
59 *Titulus inualidus fauore præſtantis, per ſubſequentes præſtationes confirmatur.*
60 *Filiusfamilias poteſt teſtamentum patris ſui, alioqui nullum variis modis approbare, & num. ſeq.*
62 *Arguitur erroris Menochius.*
63 *Fauori pro ſe introducto quilibet renunciare poteſt.*
64 *Titulus inualidus odio eius, cui fit præſtatio, per ſubſequentes præſtationes conualidatur.*
65 *S.C Macedonianum eſt in odium creditoris introductum.*
66 *Si Filiusfamilias ſui iuris factus partem debiti ſoluerit, ceſſat Senatusconſultum Macedonianum.*
67 *Titulus inualidus ob defectum ſolennitatis, confirmatur præſtatione triennali ſi agatur de inducenda obligatione fauorabili.*
68 *Legatum alimentorum ex teſtamento inualido, conualidatur per præſtationem triennalem etiam quoad tempus futurum.*
69 *Cauſa alimentorum eſt fauorabilis.*
70 *Titulus infirmus ob defectum ſolennitatis redditur efficax per præſtationem decennalem, cum de obligatione, quæ nullum fauorem continet, inducenda agitur.*
71 *Quinam ſit verus intellectus l. ſi certis annis. C. de pactis.*
72 *Opinio Salyceti, quæ ſolida non eſt, vt num. ſeq.*
73 *Quomodò intelligendum, quòd dicitur, facta non vlterius porrigi, quàm ex actus geſti neceſſitate inducant.*
74 *Opinio Caſtrenſis, & Iaſonis.*
75 *Opinio Caſtrenſis & Iaſonis reprobatur.*
76 *Opinio Coraſii.*
77 *Opinio Coraſii non placet Menochio.*
78 *Opinio Menochii.*

niendum, atque extendenda illatio, vt procedat et-
iam in cenſu emptitito: ratio extenſionis eſt, quia pacta
in genere ſuo licita, & iure permiſſa, niſi aliquid im-
pediat, ad omnem contractum, & emptionem cen-
370 ſus apponi poſſunt: atqui † pactum, de quo diſputa-
mus eſt licitum, iureque permiſſum. *dicta l. pignoris,
Cod. de pignoratit. actione.* nam ſi huiuſmodi pactum ad
cenſus emptionem licitè apponi non poſſet, id eueni-
ret, *vel* quia legibus eſt prohibitum, *vel* quia contra
emptionis cenſus ſubſtantiam, *vel* denique quia gra-
uat nimis debitorem cenſus præter æquum, & bo-
num: Non primum, quia *dicta l pignoris. Cod. de pigno-
rat. actione.* huiuſmodi pactum permittitur: deindè
etſi immiſſio in bona debitoris inuiti, quæ fit ad exe-
cutionem decreti, aut ſententiæ latæ publicus ſit
actus, & iuriſdictionalis, ideoque priuato non conce-
datur: attamen etiam ſinè iudicis iuſſione poſſeſſio-
nem rei ſuæ creditori facere poteſt debitor, ſicuti
quotidiè videmus, quòd alienantes, vendentes, & de-
bitores rerum ſuarum poſſeſſionem creditoribus
abſque vlla iudicis auctoritate tradant, vndè ſequi-
tur valere pactum, quòd creditor poſſeſſionem rei
cenſualis ingredi poſſit: etenim ſi actus fictus, puta,
traditio clauium, inſtrumenti, &c id operatur, quòd
creditor ſua ſponte, ſinè iudicis authoritate poſ-
ſeſſionem rei apprehendere queat, profectò & pa-
ctum eandem vim habebit: Non ſecundum, quia
pactum ingrediendi poſſeſſionem continet contra-
ctus impletionem, atque executionem: Non ter-
tium, nam ſi debitore latitante iudicis authoritate
in bona debitoris immitti poteſt creditor, *toto titulo,
ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur, & toto titulo
ſequen-*

ſequenti, de bonis authoritate iudicum poſſdendis : rurſus ſi debitor hoc onus ferre debet, cum ſententia condemnatoria lata debitum non ſoluit : *l. à Diuo Pio. ff. de re iudicata.* profectò nec onus hoc iniquum videri debet, ſi ex pacto permittatur creditori, vt bona debitoris occupet, potiſſimùm cùm tale pactum cùm debitoris commodo ſit coniunctum, nam hac via parcitur ſumptibus, qui impendi ſolent, cum iudicis autoritate immiſſio fit, Petrus Follerius *dicto loco, verbo, cenſus, nu.* 115. Deindè † valet pactum, quòd penſione non ſoluta rem cenſualem pignori obligatam creditor vendere queat, etiam nulla facta debitori denunciatione, quòd illud vendere velit, *gloſſa l. creditor hypothecas. Cod. de diſtractione pignor.* Neguſan. *tractatu de pignoribus. parte ſexta, membro primo, num.* 1. *per l. ſi conuenerit.* 1. *ff. de pignorat. actione. l. finali. §. ſancimus, Cod. de iure dominii impetrando,* Ludouicus Molina *diſputatione* 538. ergo quoque, & quidem multò magis licitum eſt pactum ingrediendi poſſeſſionem rei hypothecatæ, *cap. cui licet, de reg. iur. in* 6. 371

Limitatur † illatio, vt procedat, ſi tempore, quo cenſitor rei hypothecatæ poſſeſſionem occupare inintendit, cenſitus non reſiſtat, ſecus ſi repugnet: non verbis tantùm, ſed etiam facto, nam tunc ad turbas, rixas, & ſcandala euitanda iudicis authoritate interueniente poſſeſſionem apprehendere debet, Bartolus *citata l. creditores. C. de pignoribus.* Menochius *tractat. adipiſcenda, remed.* 5. *nu.* 86. vbi hac ratione Accurſium, & Azon. *in d. l. creditores,* repugnantes concordat. *Ad* † *primum* Nauar. argum. reſpōdetur, negando vēditorē † cenſus totius fundi cenſualis poſſeſſionem omninò, & abſolute perdere; nam pro menſura debiti ad tēpus poſ- 372 373 374

thoritate, Benedictus Bonius *tractatu de cenſibus, art.* 71. *num* 104.

Decimaſexta † *concluſio*, pactum in emptione cenſus factum, ne prædium ex quo cenſus debetur, abſque conſenſu cenſitoris alienetur, contractum vſurarium non reddit, Iohannes à Medina *de rebus per vſur. adquiſit. quæſtion.* 15. Binsfeldius *ſæpe citat. capit. in ciuitate, concluſion.* 14. ratio eſt, quia † prædium ex quo cenſus emitur emptori pro penſione eſt oppignoratum, valet autem pactum ne creditore inuito vendatur pignus: deindè † intereſt emptoris, vt ſciat qualis ſit cenſitus, induſtrius, laborioſus, an non: Et quidem quòd attinet ad cenſum reſeruatiuum, dubio caret concluſio: cæterum † in cenſu conſtitutiuo huiuſmodi pactum non aliter toleratur, quàm ſi ratione eius venditori fiat recompẽſatio: ratio eſt, quia id continet commodum emptoris, & grauamen venditoris, ad quod ex natura contractus venditor cenſus non obligatur: Porrò *Bulla Pij V.* in qua contrarium conſtituitur, vſu recepta non eſt. 378 379 380 381

Decimaſeptima † *concluſio*, pactum, quo conuenit quòd venditor cenſum redimere volens, bimeſtre, trimeſtre, aut ſemeſtre, ante emptori ſuam voluntatem aperire redemptionemq; denunciare debet, eſt licitum, Summeth. *q* 83. *concl* 8. Binsfeld. *d. loc. concl.* 18. ratio eſt, quia huiuſmodi pactum nullum venditoris onus continet, & prodeſt emptori, vt ſuæ indemnitati tempeſtiuè prouidere poſſit, & deſtinare pecuniam ſuam negociationi aut emptioni cenſus: Facta † autem denunciatione, tenetur redimere denuncians, nec pœnitere poteſt: Molina *diſp.* 391. *in explicat. clauſula* 11. ratio eſt, quia huiuſmodi denunciatio nihil aliud eſt, quàm reemptio, ex qua actio perſonalis aduerſus ementem naſcitur. 382 383

384 *Decima octaua concluſio*, † quandò inter contrahentes conuentum non eſt, vt denunciatio præcedat, aut redemptio in fine anni fiat, cenſus antè anni exitū re emi poteſt, neq; eo caſu integra illius annui penſio, ſed pro rata ſolùm temporis ſoluenda, Conrad. *d. q* 83 *concluſ.* 8. Nauar. *c. ſi. fæneraueris*, 14. *q.* 3. *n.* 126. Couar. *lib.* 1. *reſolut. cap.* 15. *n.* 9. *verſic. Tertiò ab eadem.* ratio eſt, quia quæ eſſe debet apud venditorèm libertas redimendi cenſum, id poſtulat, neq; enim liberè, & quandocunq; redimere poſſe dicitur cenſus diuenditor, ſi anni finem exſpectare cogatur, Binsfeld. *ſaped. c. in ciuitate, quæſt.* 12. *concluſ.* 19.

385 *Decima nona concluſio* † *eſt*, quòd valeat pactum, quo conuenit, vt dimidium cenſus in medio, & alterum dimidium in fine anni ſoluatur: Nauar. *d c. ſi. fæneraueris. num.* 134.

386 *Vigeſima* † *concluſio*, pactum, quo placet, vt non per partes ſed ſimul totus cenſus redimatur, eſt licitum, Dominicus de Soto *de iuſt. & iur. lib* 6. *q.* 5. *art.* 3. *concl.* 4 Bonius *de cenſib. art.* 90, *n.* 123. Binsfeld. *d. lòc. concl.* 10.
387 ratio eſt, quia † creditor particularem cenſus ſolutionem accipere non tenetur. *l. tutor §. Lucius. ff. de vſur. l. Iulianus. §. offerri ff de act. empti. l. qui pignori. ff. de pignorib. gl. in l. quidam. ff. ſi certum petat.*

388 *Vltima* † *concluſio*, pactum quo contrahentes conſentiunt, quòd reditum annuum in domum, vel domicilium cenſitoris cenſitus deferre teneatur, in gene-
389 re ſuo eſt illicitum: ratio concluſionis eſt, quia † ex natura contractus creditori debitum offerre non tenetur debitor. *l.* 1. *§. licet autem. ff. de peric. & commod. rei vend.* cumq; id pactum debitori ſit valdè onoroſum & graue, ad illud obſtringendus non eſt, Molinæus *de commerc. quæſt.*

quæſt 9.n.137. Couar.*c.poſſeſſor.2 part.*§.11.*nu.3.verſ.Verùm aduerſus.*

Limitatur concluſio primò, ſi debitor abſq; damno & periculo aut ſumptibus cenſum ad domicilium emptoris facile deferre poſsit, tunc enim pactum hoc toleratur. Molinæus *præcitato loco.* 390

Secundò viciatur concluſio, † ſi pactum hoc vel augmento precii, vel cenſus vilioris præſtatione compenſetur. Molinæus *dicto loco.* 391

Tertiò † limitatur, vt non procedat, ſi cenſus emptor, cum cenſum emere poſsit ab his, qui ſunt eiuſdem fori, & domicilii, ad venditoris ſolicitationem exterum præferat, nam tunc rectè ſtipulari poſſet, vt indemnis ſeruetur. *Molinæus d. loco.* 392

Denique † limitatur, vt non procedat in cenſu reſeruatiuo, ſicut nec in penſionibus à vaſallo, & emphyteuta præſtandis: nam ad hos ſuis ſumptibus ad domini domicilium deferre cogitur ſubditus, *Molinæus citat. loc.* 393

16 *Priuatis monaſteriorum libris creditur, accedente iuramento Procuratoris.*

17 *Vtrum libris monaſteriorū fides habeatur in iudicio poſſeſſorio?*

18 *Non omne poſſeſſorium eſt modici iudicii.*

19 *Libris monaſteriorum probatur ſitne prædium cenſuale vel emphyteuticum?*

20 *Libris monaſteriorum probatur penſionem ſolutam eſſe.*

21 *Priuati communitatum libri plenam fidem facere poſſunt ex conſuetudine.*

22 *Priuata ſcriptura, ſi vetus ſit plenè probat.*

23 *Priuata ſcriptura plenè probat contra ſcribentem.*

24 *Priuata ſcriptura minimùm præſumptionem inducit.*

25 *Priuata ſcriptura cum aliis authenticis inſtrumentis in archiuo publico cuſtodita, plenè probat.*

26 *Priuata ſcriptura caſibus, quibus plenè probat, non habet plus fidei quàm ſcriptura authentica.*

27 *Propria cenſiti confeſſione tàm iudiciali, quàm extraiudiciali probatur ius cenſus.*

28 *Nulla eſt fortior probatio, quàm propria confeſſio.*

29 *Confeßio iudicialis eſt fortior extraiudiciali.*

30 *Vtrùm confeßio debitoris creditore abſente plenè probet?*

31 *Vtrùm is, qui prædium cenſu grauatum bona fide vt liberum emit, aduerſus cenſitorem præſcribat?*

32 *Ius cenſus poteſt probari, etiam teſtibus ſingularibus, vt num. ſeq.*

34 *In probando genere, quod ex diuerſis actibus conſtat, admittuntur teſtes ſingulares.*

35 *In probanda ſpecie, ſeu indiuiduo non admittuntur teſtes ſingulares.*

36 *Teſtes deponentes de cenſu ſoluto, dicti ſui rationem reddere debent, & cur? vt num. ſeq.*

37 *Teſtes de re incorporali deponentes debent rationem ſui dicti à ſenſu aliquo exteriore petitam reddere.*

38 *Ex annua penſionis præſtatione longo tempore facta, præſumitur ius cenſus, & num. 57.*

57 *Annua vniformis præſtatio iure cenſus ex cauſa, & titulo expreſſis longo tempore facta ius cenſus tribuit, non quidem ex præſcriptione, ſed titulo allegato.*
58 *Vtrùm titulum, qui allegatur, inualidum ſubſequentes præſtatione confirment?*
59 *Titulus inualidus fauore præſtantis, per ſubſequentes præſtationes confirmatur.*
60 *Filiusfamilias poteſt teſtamentum patris ſui, alioqui nullum varijs modis approbare, & num. ſeq.*
62 *Arguitur erroris Menochius.*
63 *Fauori pro ſe introducto quilibet renunciare poteſt.*
64 *Titulus inualidus odio eius, cui fit præſtatio, per ſubſequentes præſtationes conualidatur.*
65 *S.C Macedonianum eſt in odium creditoris introductum.*
66 *Si Filiusfamilias ſui iuris factus partem debiti ſoluerit, ceſſat Senatusconſultum Macedonianum.*
67 *Titulus inualidus ob defectum ſolennitatis, confirmatur præſtatione triennali ſi agatur de inducenda obligatione fauorabili.*
68 *Legatum alimentorum ex teſtamento inualido, conualidatur per præſtationem triennalem etiam quoad tempus futurum.*
69 *Cauſa alimentorum eſt fauorabilis.*
70 *Titulus infirmus ob defectum ſolennitatis redditur efficax per præſtationem decennalem, cum de obligatione, quæ nullum fauorem continet, inducenda agitur.*
71 *Quinam ſit verus intellectus l. ſi certis annis. C. de pactis.*
72 *Opinio Salyceti, quæ ſolida non eſt, vt num. ſeq.*
73 *Quomodò intelligendum; quòd dicitur, facta non vlterius porrigi, quàm ex actus geſti neceſſitate inducant.*
74 *Opinio Caſtrenſis, & Iaſonis.*
75 *Opinio Caſtrenſis & Iaſonis reprobatur.*
76 *Opinio Coraſii.*
77 *Opinio Coraſii non placet Menochio.*
78 *Opinio Menochii.*

79 *Opinio Alberici & Baldi, quam probamus, vt num. 6. ſeqq.*
80 *Non placet hac Alberici opinio Coraſio.*
81 *Solutio vnius debiti non infert obligationem in alio.*
82 *Inducta ad vnum effectum non debent eius contrarium operari.*
83 *Limitata cauſa, limitatum producit effectum.*
84 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*
85 *Titulus nudi pacti inualidus, ſemper talis manet, neq; confirmatur per ſubſequentes praſtationes.*
86 *In quem finem factæ fuerint præſtationes annuæ in caſu dicta l. ſi certis annis C. de pactis.*
87 *Pactũ nudũ reiteratũ non producit ciuilẽ obligationẽ: remiſſiuè.*
88 *Quid operetur proteſtatio, quòd annua praſtatio fiat nullo iure cogente?*
89 *In iudicio poſſeſſorio non eſt neceſſe probare præſtationem vniformiter & continentes longo tempore factam, & cur?*
90 *Quot actus requirantur ad comparandam quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium?*
91 *Actuum, ex quibus comparanda poſſeſſio, vel quaſi, alii tales ſunt, vt facilè alii vt difficulter concedantur.*
92 *Vtrùm contractus in dubio emphyteuticus, vel cenſualis praſumatur.*
93 *Opinio prima præſumi emphyteuticum.*
94 *In dubio minimum præſumendum, vt num. 97.*
95 *An contractus cenſualis requirat translationẽ dominii? & n ſeq.*
96 *In contractu emphyteutico transfertur vtile dominium in emphyteutam, & num 119.*
98 *Opinio noſtra praſumi cenſualem*
99 *Contractus cenſualis debitori eſt minoris praiudicii, quàm emphyteuticus.*
100 *Cenſus in dubio cenſetur conſtitutiuus, & nu. 114.*
101 *Emphyteuſis facilius amittitur, quàm prædium cenſuale.*
102 *In dubio contractus praſumitur cẽſualis, etiã contra Eccleſiam.*
103 *Si in prouincia frequentior ſit contractus emphyteuticus, quàm cenſualis, ille, non hic celebratus præſumitur.*
104 *Quid interſit ſcire, ſitnè contractus emphyteuticus, an cenſualis; vt n. ſeqq.*

105 *Emphyteuta biennio, aut triennio canonem non ſoluens, iure ſuo cadit.*

106 *Cenſitus etſi mille annis cenſum non ſoluat, iure quòd in prædio cenſuali habet, non cadit.*

107 *In cenſu conſtitutiuo non valet pactum commiſſorium; remiſſiuè*

208 *Emphyteuta domino inſcio emphyteuſin alienans iure ſuo cadit.*

109 *Cenſitus rem cenſualẽ abſq; cenſitoris conſenſu alienare poteſt.*

110 *Non valet pactum, ne cenſitus prædium, ex quo cenſum ſoluit, ſub pœna caducitatis amittat, remiſſiuè.*

111 *Vtrùm in dubio cenſus ſit reſeruatiuus, an conſtitutiuus?*

112 *Opinio prima præſumi reſeruatiuum.*

113 *Quid propriè intelligatur nomine cenſus?*

114 *Opinio noſtra, præſumi conſtitutiuum.*

115 *Contractus ſecundùm conſuetudinem loci celebratus præſumitur, & num 140.*

116 *Cenſus conſtitutiuus minus grauaminis quo ad debitorem continet, quàm reſeuatiuus.*

117 *Domini translatio non facilè præſumitur.*

118 *Si prædiũ cum omni iure, quod concedens habent in emphyteuſin pro annuo cenſu concedatur, contractus cenſualis reſeruatiuus & non emphyteuticus præſumitur, & cur? vt n ſeq.*

120 *Si diſpoſitio plura, quæ ſimul ſtare non poſſunt, contineat, poſterius attenditur, non prius.*

121 *Multum refert ſcire vtrùm contractus cenſualis ſit reſeruatiuus, an conſtitutiuus.*

122 *Extrauagantes noſtræ, ſicut & conſtitutio Pii V. de cenſibus conſtitutiuis non reſeruatis loquuntur.*

123 *Vtrùm in dubio titulo emptionis conſtitutus præſumatur cenſus?*

124 *Cenſus præſumitur eo titulo conſtitutus, qui eſt in prouincia frequentior, & vſitatior.*

125 *Cenſus frequentius emptionis, quàm alio titulo conſtitui ſolet.*

Digitized by Google

Dvbitatvr ſæpæ de contractus ſpecie, diſceptaturq́; grauiter inter creditorem, & debitorem, ſitne contractus emphyteuticus, an cenſualis, & ſi cenſualis, vtrum reſeruatiuus, an conſtitutiuus: & ſi conſtitutiuus, num emptionis, vel alio titulo ſit conſtitutus: deniq́; ſi emptionis titulo comparatus, ſitne redimibilis, vel nō: quare de modis probandi cenſum hoc capite non inutilis inſtituitur tractatio.

Qua in re ſit † *prima concluſio*, eaq́; generalis: pro- 1
bato titulo, quo cenſus conſtituitur, ius cenſus probatū
non eſt, h.e. etſi de titulo emptionis, venditionis, dona-
tionis, permutationis, ſententiæ, aut ſimili, quo ius cēſus
cōparari ſupra eſt dictū: cōſtat tamē nō confeſtim ius cē
ſus eſt comparatum: ratio eſt quia etſi † titulus ſit funda- 2
mentum comparandi dominii, aut iuris, attamen † ſolo 3
titulo neq́; dominium rerum corporalium, neq́; ius rerum incorporaliū regulariter transfertur, ſed vltra titulum requiritur traditio in reb. corporalib. vel quaſi traditio in rebus incorporalib. *l in traditionib. C. de pact.* §. *per traditionem. cum 4. ſeqq inſt de rer diu l. nunquam ff. de adq. rer. dom.* Cou. *lib 2. reſól. c. 19. n. 1.* Molina *de iuſt. & iur. diſputat 3. & diſput. 4.* Hinc rectè tradit Maſc. *de prob. vol 1. concl. 549.* pro regula, quòd per ſolū inſtrumētū emptionis dominiū, ſeu ius in re non probetur, cō
cordat gl. *in l propriet. C. de prob.* Dixi † *regulariter ſolo ti-* 4
tulo dominiū nō transferri, exiſtūt n. *caſus excepti*: *Primus*
† *eſt*, in titulo hæredis, nam ſiuè ex teſtamēto, ſiuè ab in- 5
teſtato quis ſit hæres, quamprimū hereditatem animo adit, dominium adquirit, *l. cùm hæres ff. de adq poſſ & tot. tit ff. de adquir. hæred.* Couarr. *c. Raynutius.* §. 10. *num. 6.*

Tertia † *concluſio*, etſi inſtrumento ius cenſus non 11
probetur, attamen titulus, qui in eo continetur, adeoq; obligatio perſonalis demonſtratur: probatur concluſio, quia † inſtrumentum plenè probat ea, quæ conti- 13
net, *toto tit. Cod. de inſtrument.* rurſus *toto tit. authentic. & iuris Canonici de fide inſtrumentor.* igitur ſi in inſtrumento dicatur, Titius Sempronio cenſum vendidit, probatus eſt emptionis titulus, adeoque obligatio perſonalis.

Quarta concluſio, † ex priuatis ſcripturis neque ius 13
cenſus, neque titulus, neque quaſi poſſeſſio iuris cenſus probatur. *l. inſtrumenta. l. rationes. l. exemplo. C. de probationib. authent. ſi quis vult. C. qui potiores in pignore habeantur.* Atque hinc eſt, quòd cataſtris, æſtimis vulgò, Stewrbüchern *Spiegel. verb. cataſtrum*, libris monaſteriorum, atq; aliorum collegiorũ priuatis, vulgò, Zinß/od Anſch Regiſtern / Rödeln / Urbarn :c. in quibus ſcriptum continetur, monaſterium, vel Eccleſiam in tali prædio, vel loco reditum habere, aut quòd annua penſio ſit ſoluta, ius cenſus, aut ſolutio penſionis non probetur. ita Abbas *conſil. 77. circa medium, lib. 2.* Alexand. *conſil 187. lib. 7.* Carolus Molinæus *in conſuet. Pariſienſ. tit. 1 §. 5. num. 11.* Grauetta *de antiquitat. tempor. parte 1. limitat. 4. verſic. Quid in libro &c. num. 1. & 2.* Maſchard. *de probat. vol 1 concluſ. 543.* Couarr. *practicar. quæſtion. cap. 22. in principio.* Quod in concluſione de priuata ſcriptura eſt dictum, idem de exemplo, cuius originale non extat, de epiſtola, libro rationum eſt iudicandum, Couarr. *citato loco.*

Habet † tamen concluſio notabiles quaſdam exce- 14
ptiones: Prima eſt, ſi ſcriptura priuata à parte coram iudice fuerit recognita, & confeſſa, quo caſu contra con-

fitentem, tàm titulum, quàm penſionum præſtationum plenè probat. *l. Publia. in fine. ff. depoſiti. l. cùm de indebito. § final. ff. de probationibus. §. ſi quis igitur. in authentic. de inſtrum. caut. & fide.* Carol. Molinæus *in conſ. Pariſ. tit.* 1. §. 5. *num.* 15. Couarru. *lib.* 2. *reſol. c.* 11. *num.* 4. *& pract. quæſt. c.* 22. *n.* 2.

15 Secunda † exceptio eſt, ſi agatur de modico præiudicio, nam & eo caſu priuatæ ſcripturæ plena datur fides, quò ad probationem tituli, & penſionum ſolutionem: Anchoran. *conſil.* 44. *col.* 3. Guido Papæ *q.* 564. potiſſimum ſi iuramentum accedat, Grauetta *de antiquit.*
16 *tempor. parte* 1. *verſ. Quid in libro. nu.* 4. dicens, libris † Monaſterii priuatis titulum & penſionum ſolutionem, adeoq; quaſi poſſeſſionem iuris cenſus plenè probari, ſi
17 procuratoris Monaſterii iuramentum accedat: Hinc † idem Grauetta *conſ.* 158. *n.* 12. reſpondet, ſi contendatur iudicio poſſeſſorio, vtrùm uidelicet Eccleſiæ penſio fuerit ſoluta, vel non, adeoq; vtrùm Eccleſia quaſi poſſideat, vel non, quòd priuatis Monaſterii, Eccleſiæ, aut alterius communitatis libris, cataſtris, & æſtimis, quaſi
18 poſſeſſio probetur ſufficienter, ea † ratione adductus, quòd cauſa poſſeſſoria ſit modici præiudicii, ideoq; in ea ſufficiant probationes imperfectæ; quòd admiſerim in poſſeſſorio momentaneo, nullo autem modo in poſſeſſorio ordinario, hoc enim magni eſt præiudicii, ideoque in eo plenę requiruntur probationes doctè Andr. Gaill *lib.* 2. *obſ.* 7, Menoch. *tract. recup. remed.* 15. *n.* 409.

19 Tertia † eſt, ſi agatur de iure, aut prædio cenſuali probando contra monaſterium in commodum coloni, puta, monaſterium contendit penſionem annuam iure empyhteutico eſſe ſolutam, colonus verò aſſerit iure cenſus eſſe præſtitam: nam cenſuale eſſe prædium,

& non

& non emphyteuticum quòd colonus poſſidet, ex priuatis Monaſterii ſcripturis, librisq; cenſualibus probabatur Alex. *conſ* 187. *lib.* 7. Molinæ. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. §. 5. *n.* 18. Grauetta *de antiqu. tempor part.* 1. *verſ. Quid in libro &c. n.* 6. Felin. *c. ad audientiam. col.* 3. *de praſc.* Maſc. *de probat. vol.* 1 *concl.* 274 *num.* 10 *& concluſ.* 543. *num.* 6. Sic ſi † in libro cenſuali, aut cataſtro ſcriptum ſit, penſionem huius, vel illius anni eſſe ſolutam, per huiuſmodi ſcripturam ſolutio penſionis contra ſcribentem, vel mandantem ſcribi plenè probatur, Foller. *de cenſib. verbo, cenſus.* Barthol. Chaſſ. *in conſu. Burgund. rub.* 2. §. 3. *n.* 5. Maſchard. *de probat. vol.* 1 *concl.* 208. *num* 5. 20

Quarta † eſt, ſi ſit in loco conſuetudo, quòd priuatis communitatum libris plena fides detur: nam ſicuti conſuetudine introduci poteſt, vt priuatis mercatorum libris plena adhibeatur fides, Felin. *c.* 2. *num.* 26. *de fide instrum.* Bald. *conſil.* 198. *num.* 3. *vol.* 1. And. Gaill *lib.* 2. *obſeruation.* 20. *num.* 6. ita quoque ex conſuetudine plenam priuata communitatum ſcriptura probationem facere poteſt, *c. cum dilectus, de fide instrum.* Felin. *d. c. ad audientiam, col.* 5. Grauetta *d. loco, num* 6. Couarru. *practicar. quæſtion. cap.* 22 *num.* 8. *verſicul. de libro rationum.* Maſchard. *concluſ.* 543. *n.* 11. 21

Quinta † eſt, ſi ſcriptura priuata ſit vetus, & agatur de iure cenſus antiquo, quo caſu priuata ſcriptura ſemiplenam minimùm facit probationem, *glo. in c.* 1. *verbo ſcriptis, de cenſib. in* 6. *cap. ad audientiam, vbi gl. de præſcript. l. cenſus. ff. de probat.* Alexand. *citato loc. conſil.* 187. Grauetta *d. tract. de antiq temp.* 1. *p. verſ. Quid in libro, n* 6. Bart. & alii *in l. vendita. C. de rei vend.* Molinæ. *in conſ. Pariſ. tit.* 1. § 5. *n.* 17. Couarru. *pract quæſt. c.* 21 *nu.* 7. *verſiculo, Tertius caſus,* Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2. *cet.* 22

Quinta † *concl.* confeſsione cenſiti propria probatur 27
cenſus: concluſio hæc manifeſta eſt, ex toto tit. iuris Canonici, & ciuilis, de confeſſ. nam † nulla eſt fortior probatio, quàm propria confeſsio. *l. vnica, C de confeſſ.* neq; 28
referr, ſitnè confeſsio iudicialis, hoc eſt, coram iudice facta, an extraiudicialis: etſi † enim confeſsio iudicialis 29
fortior ſit extraiudiciali, attamen vtraque plenè probat. *l Publia, §. fin. ff. depoſiti, l. cum de indebito § fin. ff de probat. l. generaliter. C. de non numer. pecun.* Maſchard. *de probat. volum.* 1 *concluſ.* 449. dummodò † confeſsio fiat 30
parte præſente, nam ſi in abſentia creditoris fiat, iure ciuili plenè non probat, ſed ad ſemiplenam probationem valet, ſiuè in iudicio, ſiue extra iudicium ſit facta. *l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ gl. c fin.* vbi Abbas *num.* 15 *de confeſſ.* Felin. *cap. cum cautio, de fide inſtrumentor.* Bart *l. admonendi, num.* 48. *ff de iureiur.* Abbas *cap. fin. per illum text. de ſucceſ. ab inteſt.* verùm iure Canonico confeſsio extra iudicium abſente parte facta, plenè probat, præiudicatque confitenti, Couarruuias *c. quamuis, 2 parte.* §. 4 *num.* 1. *de pact.* ratio eſt, quia confeſsio obligationem, aut ius nouum non tribuit, aut inducit, ſed inductum probat. *dicta l. Publia ff. depoſiti.* vbi Paulus de Caſtro, Couarru *præcit loco in fin.* Hinc eſt, ſi quis prædium vendat, idq; onere cenſus grauatum, adeoq; cum onere cenſus ſe vendere adſerat, quòd per huiuſmodi confeſsionem abſente creditore factam non plenè, ſed ſemiplenè iure ciuili cenſus contra confitentem, & ſingularem ſucceſſorem, hoc eſt, prædii emptorem probetur. Petrus Follerius *de contractib. cenſualib verb. huiuſmodi cenſualia, n.* 87. Guido Papæ. *quæſt.* 27. Maſch. *de probationibus. concluſion.* 280.

Quid autem † ſi quis prædium cenſu grauatum, vt 31

liberum diuendat, præſcribetné aduerſus cenſitorem, iuris cenſus emptor? Reſpondeo cum diſtinctione: *Aut* enim emptori ignoranti rem cenſu grauatam, ceu liberam venditor vendidit, atque domino penſionem annuam præſtat, dominusque cenſitum prædium cenſuale adhuc poſsidere putat: & tunc contra dominum nulla currit præſcriptio, ratio eſt, quia recipiendo annuam penſionem, quaſi poſſeſsionem iuris cenſus ciuilem ſemper retinet: *Aut* verò ab eo tempore, quo prædium diſtraxit, nullam domino ſoluit penſionem: & tunc contra cenſus dominum iuri cenſus præſcribit emptor, Grauetta *tractatu de antiquitat. tempor.* 4 *parte, verbo, Actſolutis, num.* 31. Quod aduerſus verſutos ruſticos, prædia cenſualia, cenſu grauata, vt libera diuendentes, annuamque penſionem, quaſi prædia adhuc poſsiderent, præſtantes, diligenter eſt notandum.

32 *Sexta* † *concluſio*, teſtibus quoq; probatur ius cenſus. *cap. ad audientiam, de præſcriptionibus.* Couar. *lib.* 3. *reſolut. cap.* 10. *num.* 5. *verſiculo, Quartò quoties.* Chaſſan. *conſil.* 16. *num.* 19. Paulus de Caſtro *conſil.* 51. *nu.* 4. *lib.* 2. ratio concluſionis eſt, quia ſicuti iuriſdictio, conſuetudo, dominium, ſeruitus, & reliqua iura teſtibus probari poſſunt: ita & ius cenſus.

33 Ampliatur † concluſio, quòd etiam teſtibus ſingularibus de iure cenſus doceatur, puta ſi vnus de penſione ſoluta hoc anno, alius de penſione ſoluta alio anno, tertius de penſionis exactione, & ruſtici declaratione ſubſecuta, quòd prædii penſionem præſtare velit, te-
34 ſtificetur: ratio eſt, quia † quandò agitur de probando non indiuiduo, ſeu ſpecie, ſed vniuerſali, quod ex diuerſis actibus totum aut integrum reſultat, deduciturq; tunc

tunc ad probandum vniuerſale, vel genus admittuntur teſtes ſingulares, hoc eſt, quandò quæritur, vtrùm Titius ſit vſurarius, adulter, vel ſimoniacus in genere, tunc huiuſmodi genus vel vniuerſale teſtibus probatur ſingularibus, qui de diuerſis deponunt actibus gloſ. *elegans in l. ob carmen. verbo, adſiſtit. ff. de teſtib.* Sic ſi vnus de huius, alter de alterius anni penſione teſtificetur, plenè probatum eſt ius cenſus: Sic ſi vnus de capitis truncatione, alter de ſuffocatione, tertius de in crucem actione teſtificetur iuriſdictio plenè eſt probata: Quandò † autem in indiuiduo, ſeu vt Iureconſulti loquuntur, ſpecie probanda agitur, puta, an in hoc, vel illo contractu Titius vſuram, vel ſimoniam exercuerit, cum hac vel illa adulterium commiſerit: tunc ad illud delictum in indiuiduo probandum, teſtes ſingulares non ſufficiunt, Couarru. *lib. 3. reſolutionum, cap. 3. num. 5, verſi. Verùm quoties.* Antōn. Gabriel. *commun. concluſ. lib. 1 de teſtib. concluſ. 2. num. 48.* Maſchard. *de probation. concluſ. 208. num. 7.* 35

Declaratur † concluſio, vt procedat, ſi teſtes de cenſu deponentes, dicti ſui rationem reddant puta, quia vidi, quòd hoc anno Titius penſionem præſtiterit: ratio eſt, quia † teſtis de re incorporali deponens teſtimonii ſui rationem reddere tenetur, aliâs eius teſtimonium non valet. *dicto cap. ad audientiam de preſcript.* Maſchard. *de probation. volum. 3. concluſ. 1369 num. 3 & ſeq.* Sic de iuriſdictione, de dominio, de conſuetudine, de ſeruitute aut alia re incorporali, quæ ſub ſenſus non cadit, teſtificans, dicti ſui rationem à ſenſu exteriori petitam reddere debet, puta, quia vidi, audiui, tetigi, olfeci, guſtaui, Bartolus *l. 1. num. 17. ff. ſi certum petatur.* 36 37

Septima † *concluſio*, ex annua penſionis præſtatione, diuturno, & longo tempore facta, præſumitur, & probatur ius cenſus. *l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. l. ſi quis diuturno. ff ſi ſeruit. vendic. cap. ad audientiam, de præſcriptionibus.*

Verùm hic modus dubitationem continet propter *l. ſi certis annis. C. de pactis*, vbi Diocletianus, & Maximianus: Si certis annis, inquiunt, quod nudo pacto conuenerat, datum fuerit, ad præſtandum impoſterum indebitum ſolutum obligare non potuit eum, qui pactum fecit niſi placitis ſtipulatio interceſſerit: ex quo Imperatorum reſcripto intelligitur ex præſtatione annua eius, quod nudo pacto eſt promiſſum, ius non naſci, niſi ſtipulatione, hoc eſt, titulo valido, & iure approbato, id fuerit promiſſum.

39 Itaque vt hæc dubitatio tollatur, ſimulque intelligatur, quandò † ex annua penſionis præſtatione arguatur, probeturque ius cenſus, duo caſus ſunt diſcernendi: Aut enim aſſerens ſibi ius cenſus nullum indicat, deducitque titulum ſpecialem, ſed ſolùm allegat ius, & obligationem in ſe exiſtentem, præſcriptione comparatum, quam præſcriptionem ſola annuæ penſionis præſtatione, ſoloque temporis curſu fundat, probatq;: Aut titulum allegat ſpecialem, puta, emptionis, legati, &c in eoque ſuam fundat intentionem, & ad allegatum titulum præſumendum, probandumque adducit diuturnam præſtationem, temporisque curſum.

Prior caſus in tria membra eſt diſtinguendus: aut enim allegatur præſtatio immemorialis: aut triginta, vel quadraginta annorum: aut deniquè decem annorum abſq; titulo ſpeciali.

40 Primo caſu concluſio eſt, † præſtatio vniformis

facta

facta à tempore, cuius initium hominum memoriam excedit, duplicem titulum, eumque iuſtum, & ſufficientem, hoc eſt, præſcriptionis, & conſtituti tribuit, inducitque, etiamſi nullus ſpecialis titulus allegetur, Bartol. *l. cum de in rem uerſo, colum.* 3. & ibi Salycet. *num.* 10. *ff. de vſuris* Abbas *c. peruenit*, & ibi. Anton. de Butrio, *de cenſibus*. Guido Papæ *quæſt.* 408. *nu.* 3. Grauetta *de antiquit. tempor 2 parte, quarta par tis principal num.* 9 & 50 idem *conſil.* 592 *num* 102. Menoch. *de præſumpt. lib* 3 *præſumpt.* 131. *num.* 38. idem *conſil.* 90. *num.* 65. Couar. *c. poſſeſſor*, 2. *parte.* §. 4. *n.* 4 *de reg iuris in* 6.

Probatur † concluſio primò, *ex l.* 1. *in fin. ff. de aqua pluuia arcenda*, vbi Vlpianus dicit vetuſtatem vicem legis tenere, hoc eſt, priuilegii & conceſsionis: Secundò ex *l. ex hoc iure*, §. *ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua*, vbi Pomponius. ductus aquæ, inquit, cuius origo hominum memoriam excedit, iure conſtituti, hoc eſt, conceſsionis ſpecialis habetur: Tertiò, *c. in fine, de præſcript. in* 6. quo loco aſſerit Summus Pontifex tantam eſſe vim temporis immemorialis, quòd ea, quæ abſque titulo tempore adquiri nequeant, immemoriali præſcriptione quærantur: Denique probatur ex *cap. ſuper quibusdam*, §. *præterea. de verb. ſignif.* quo loco traditur, quòd ea quæ ſummo Principi competant, vt ſunt regalia temporis immemorialis præſcriptione adquirantur. 41

Ampliatur concluſio primò, quòd † curſus immemorialis operetur, vt allegatio tituli non ſit neceſſaria, Guido Papæ *dicta quæſt.* 408. Iaſon *l. ſi certis annis, colum.* 3. *C. de pact.* Grauetta *de antiquit. tempor.* 2. *parte, quarta partis princip. n.* 49. Cou. *cit.* §. 4. *nu.* 4. Menoch. *d. conſil.* 90. *n.* 66. *& alleg præſ.* 131. *n.* 46. 42

43 Secundò amp'iatur, quòd † contra huiuſmodi
præſcriptionem, & præſumptionem tituli iuſti non ad-
44 mittatur probatio in contrarium: ratio eſt, quia † præ-
ſumptio, quæ ex hoc curſu temporis immemorialis in-
ſurgit, eſt iuris, & de iure, contra quam probatio in con-
45 trarium non admittitur, Menoch. *citatis locis*. Quod †
verum eſt, niſi ex confeſsione præſcribentis, aut aliundè
46 de titulo vitioſo, aut mala fide appareat: nam † præſcri-
ptio temporis immemorialis neq; procedit, neq; tituli
vim habet, quando de titulo vitioſo, aut mala præſcri-
bentis fide conſtat, Couarru. *d. cap poſſeſſ. 2. parte*, §. 8. *nu.*
4. gloſſa *c. 1, verb. niſi, de praſc. in* 6. Grauetta *conſ.* 146 *&*
tract. de antiq. temp. 4 *part. princ* §. *materia iſta, n.* 16. *&*
20. *&* §. *abſolutis. n.* 60. Maſch. *de prob. vol* 3, *conſ.* 1371. *nu.*
47 43. *& ſeq.* ratio eſt, quia † poſſeſſor malæ fidei nullo vn-
quam tempore, ne immemoriali quidem præſcribit.
c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6.

Secundo caſu, quandò allegatur ſola præſtatio lon-
giſsimi temporis, puta, 30. vel 40. annorum abſque ti-
48 tulo ſpeciali: *Concluſio eſt*, † annua præſtatio iure, &
ratione reditus perpetui triginta annis continen-
ter, & vniformiter facta, non tantùm ſpecialis titu-
li præſumptionem, ſed etiam veram, annui reditus
perpetui adquiſitionem per prſæcriptionem inducit
probatque, ita quidem quòd tantùm tempus ad in-
49 ducendam obligationem pro futuro tempore ſuffi-
ciat: ratio concluſionis eſt, quia † triginta vel quadragin-
ta annor. præſcriptione abſq; titulo regulariter omnia
iura adquiruntur, tàm iure Canonico, quàm Ciuili. *l. ſi-
cut. l. cùm notiſsimi. l. omnes. C. de praſc* 30 *vel* 40. *annor. c.
placuit.* §. *poteſt.* 16. *quaſt.* 3 Abb. Felin. & alii *c. ſi diligenti.
de praſc.* Hanc concluſionem conſtituit Cou. *ca. poſſeſſor
mala*

malæ fidei.2 parte.§.4.*n*.3. Carol.Molinæ. *de contract.lib. quæſt.*20. *& in conſuet.Pariſienſ.tit*.1.§.7.*nu*.21.Chaſſan. *in conſuet.Burg.rubr*.11.§.1.*n* 9.Balb.*de præſcipt*.4.*partis princip. quæſt*.9 Menoch. *de præſumpt.lib*,3 *præſ*.131 *n*.51.

Ampliatur † concluſio, procedere non ſolùm ſi à præſcribente allegetur titulus, & cauſa, ex qua annuæ præſtationes ſint ſolutæ, ſed etiam ſi nullus titulus exprimatur, aut allegati tituli defectus probetur: ratio eſt, quia † in præſcriptionibus 30. vel 40. annorum, nec tituli allegatio, nec ſi allegatus fuerit, eius probatio eſt neceſſaria: vndè etſi finita præſcriptione allegati tituli defectus doceatur, nihilominus tamen ius præſcriptione quæſitum manet ſaluum, Carol.Molin.*d.quæſt*. 20.*nu*,206. Couarru.*citato* §,4.*n*.5. 50 51

Declaratur † concluſio, vt non procedat, ſi contra præſcribentem vehemens ſit iuris præſumptio, atque ius præſcriptioni reſiſtat, tunc enim probatio tituli eſt neceſſaria. *c*.1 *de præſc.in* 6. Cou.*præalleg*.§.4 *n*.5, *ita intelligendus eſt* Guido Papæ *deciſ*.408.&Maſch.*de prob. concluſ*.279.*nu* 6. 52

Tertio † *caſu*, hoc eſt, quandò allegatur ſola præſtatio 10.vel 20.annorum abſq; cauſa, vel titulo ſpeciali *Concluſio eſt*, tantùm temporis curſum ad probandum ius cenſus per præſcriptionem quæſitum non ſufficere, Bartolus *l. eum de in rem verſo, num*.2.*ff. de vſuris*. & ibi Salycetus *num*. 4. Balbus *de præſcriptionibus*. 1. *parte* 3. *partis principalis. quæſt*. 10. *num*. 7. Chaſſan. *dicto loco, num*.14. Couarru *præcit*. §. 4. *num*.2. *verſiculo*, *Ex qua infertur*, dicens, ſi appareat quolibet anno etiam per decennium præſtationem factam fuiſſe Sempronio, non tamen conſtet ex iiſdem præſtationib. ex qua cauſa, vel titulo fuerint factæ, quòd ex hoc non præſumatur obligatio 53

gatio ad finem agendi pro futuro tempore: ratio conclusionis prior eſt, quia † iura, & reliqua incorporalia
54 10 vel 20. annorum, præſcriptione abſque titulo regulariter non adquiruntur: ratio poſterior eſt, quia † præſtatio animo donandi, vel iure familiaritatis fieri potuit, quare obligationem reſpectu temporis futuri non inducit, Bart. *dicta l. cum de in rem verſo, num.* 10. Molinæus *citata quaſt.* 20.
55

Probatur † Concluſio primò, *per l. operis ff. de operis libertor.* Secundò ſuffragatur *l. creditor, Cod. de vſur.* vbi Antoninus Imperator, creditor, inquit, inſtrumẽtis probare debet, quæ intendit, & vſuras ſe ſtipulatum, ſi poteſt, nec enim ſi aliquandò ex conſenſu præſtitæ ſint,
56 obligationem conſtituunt: His tertiò † accedit *l. obligationum ferè, ff. de act. & obligation.* quo loco aſſerit Paulus, tempus ſolùm non ſufficere ad tollendam obligationem: ex quo conſequenter colligitur, quòd ſolùm tempus abſq; aliis requiſitis ad inducendam obligationem non ſufficiat.

57 Altero † caſu principali, quandò videlicet is, qui longo tempore penſiones annuas percepit, allegat titulum, in quo ſolo ſuam fundat intentionem, & ad eum præſumendum, & probandum, diuturnam præſtationem adducit, *Concluſio eſt*, annua & vniformis præſtatio iure reditus ſeu cenſus facta, ex cauſa expreſſa, puta, emptionis, legati, ſtipulationis, ſententiæ &c. decem annis continuis, inducit præſumptionem veræ cauſæ, & tituli, adeoque ius cenſus non ex præſcriptione, ſed ex titulo allegato, continuiſque præſtationibus probato, tribuit, Bart. *dicta l. cùm de in rem verſo, nu.* 14. vbi Fulgoſius *num.* 9. Salycet. *num.* 4. *&* 11. Baldus *l. ſi certis annis, num.* 6, *C. de pactis*, vbi Salycet. *colum. vltim.*
Iaſon

Iaſon.*num.7* Decius *num* 2. Iacobin. à S Georgio *num.* 12. Anton. de Butrio *c peruenit de cenſib. colum.9* Molinæus & Menochius *præallegatus locis*. Maſchard. *volum.* 1 *concluſ.279. num* 3. *&* 9. Couarru. *dicto cap. poſſeſſor.2. parte*, §.4. *num* 2. *& lib.1 reſolut. cap.17. num.*11. *verſiculo Et licet.*

Probatur concluſio primò, *per l ſi quis diuturno, ff ſi ſeruit. vendicet.* Secundò *per l* 1 §. *fin. ff. de aqua pluu.* Tertiò probatur *l. cùm de in rem verſo. ff de vſur.* vbi ex diuturna præſtatione vſurarum, præſumitur, & probatur allegatus titulus ſtipulationis, adeoque ius vſurarum, non ex præſcriptione, ſed ex ſtipulatione, quæ ex ſtipulationibus probatur, comparatur: Quartò probatur concluſio per *l. litibus, C. de agricol. & cenſitis, lib.*11. *verſic. Eos tamen dicimus*, qui non ex longo, prolixoque tempore, vel longinqua, & inueterata redituum ſuſceptione, ſufficientem habent cauſam &c.

Limitatur concluſio † primò, ſi allegatur titulus 58
inualidus, nam is ex ſubſecutis præſtationibus non conualidatur. *l. ſi certis annis, C. de pact.* quæ non ſolùm in ſe dubiam habet decidendi cauſam, ſed etiam plures ſibi repugnantes leges: *Itaq. vt cognoſcatur, quando titulus inualidus ex ſubſecutis præſtationibus robur accipiat*, cum *gloſſa*, Bart: & Dd. *dicta l. cùm de in rem verſo. ff. de vſuris.* Barthol. Chaſſin. *in conſuetud. Burgund. rub.* 11. §.2. & Menochio *de præſumpt. lib.3. præſumpt.*131. *aliquot caſus ſunt diſtinguendi.*

Primus eſt, † quandò titulus eſt inualidus fauore 58
præſtantis, quo caſu titulus inefficax per ſubſequentes præſtationes redditur firmus & efficax: Probat Bartol. hanc concluſionem Primò *per l. penult. in fine, & l. vlt.*
ff. de inoffic. teſtam. vbi † filiusfamilias, qui patris teſta- 60
mentum,

mentum, in quo ſinè cauſa fuit exhæredatus, ſubſcriptione, vel alio modo appobauit, à quærela inofficioſi excluditur: Secundò affert *l. filio præterito. ff. de iniuſto,*
61 *rupto, & irrito teſtamento*, vbi † filius à patre præteritus, ſi abſtinuit ab hæreditate, dicitur confirmare teſtamentum, ita quidem, quòd teſtamentum non ſit nullum, adeoq; libertates, & reliqua legata in eo relicta veniant præſtanda: Tertiò allegat *l. 2. C. ſi maior factus ratum habuerit &c.* vbi curſu temporis validus redditur titulus, quem minor nullum, & inualidum dicere poterat: His addo ego Quartò *l. etſi inutiliter. Cod. de fideicommiſſ.* Quintò *l. non dubium, Cod. de teſtamentis.*
62 Cæterùm † errat Menochius *dicta præſumption.* 131. *nu.* 1. dum ad concluſionem noſtram melius pertinere putat *auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid.* ibi enim titulus, puta teſtamentum, eſt validus, licet hæres nimium ſit grauatus, ita gl. *dicta l. non dubium. C. de teſtament.*
63 Ratio † concluſionis, adeoq; omnium prædictarum legũ eſt, quia iuri, & fauori ſuo quilibet renũciare poteſt. *l. penult. C. de pact.* quo fit, quòd titulus fauore pręſtantis inualidus ex ipſis præſtationibus reddatur validus.

64 *Secundus* † *caſus eſt*, quandò titulus eſt infirmus, & inefficax, odio eius, cui fit præſtatio, quo caſu *concluſio eſt*, quòd ex ſequentibus præſtationibus, titulus inualidus confirmetur: Hanc concluſionem probat Bartol.
65 *per l. ſed Iulianus. §. fin. ff. ad S. C. Macedon.* nam † ex mutuo ſuſcepto filiusfamilias non obligatur odio mu-
66 tuo dantis, *toto tit. ff. & C. ad S. C. Macedon.* ſi † tamen filiusfamilias paterfamilias factus mutui partem ſoluerit, ceſſare S. C. reſpondet dicto loco Vlpianus: ratio eſt, quia iuri pro ſe introducto quiuis renunciare poteſt. *d. l. penult. C. de pact.*

Tertius

Tertius † *caſus eſt*, quandò titulus eſt inualidus non 67
quidem fauore præſtantis, aut odio eius, cui fit præſtatio, ſed ob defectum ſolennitatis auctoritate iuris publici titulus habetur infirmus: Hoc caſu *ſubdiſtinctione* eſt opus: *Aut* enim agitur de inducenda obligatione fauorabili ex præſtationibus, *& concluſio eſt*, quòd triennali præſtatione titulus inefficax fiat validus: Probat Bart. hanc concluſionem *ex l. 1. C. de fideicommiſſ.* vbi † ex teſtamento inualido legatum alimen- 68
torum infirmum per triennalem præſtationem ita confirmatur, quòd in futurum alimenta hæres præſtare teneatur: ratio eſt, quia † cauſa vltimæ voluntatis, 69
& alimentorum eſt fauorabilis: *Aut* † *verò* agitur de 70
inducenda obligatione ex præſtatione tituli infirmi, in caſu quo nullus militat fauor: *tunc concluſio eſt*, quòd decennali præſtatione titulus infirmus non conualeſcat, ita communiter intelligunt Doctores, † 71
dictam l. ſi certis annis Cod. de pactis. vbi Diocletianus, & Maximianus, ſi certis annis inquiunt, quod nudo pacto conuenerat, datum fuerit ad præſtandum impoſterum indebitum ſolutum obligare non potuit eum, qui pactum fecit, niſi placitis ſtipulatio interceſſerit. *Quod, quanam ratione ab Imperatoribus ſit conſtitutum inter Doctores controuertitur*, Nam etſi ex pacto nudo nulla oriatur actio, attamen quandò de deliberata promittentis voluntate apparet, vt ſi pactum fuerit geminatum ex huiuſmodi pacto geminato, & reiterato actionem naſci volunt Doctores: atqui ex præſtatione decennali geminatus, & reiteratus colligitur conſenſus, & voluntas, *l. ſi mulier, C. ad S. C. Velleia*, ergò &c. Huic dubitationi variis modis

Digitized by Google

ſatisfacere conantur Doctores. *Nam* † *Salicetus dict. l. cùm de in rem verſo num.4.* id ita ſancitum exiſtimat, quandò actus noſtri voluntarii non extenduntur, niſi quatenus de neceſſitate inferunt. *l.1 §. ſi quis hoc interdicto*, vbi Bart. *ff. de itinere actuué priuato.* quo fieri dicit, quòd is, qui ſemel, aut ſæpius ſpontè præſtitit id, ad quod compelli non poterat, in futurum obligatus non
73 cenſeatur: *Quæ* † *ratio ſolida non eſt*: nam quod dicitur, facta non vlterius porrigi, quàm ex actus geſti, neceſſitate inducant, obtinet in actibus omninò voluntariis, ad quos quis nullo iure cogitur. *l. Lucius, § teſtator. ff. de legat.2, l. tutori. C. de negoc. geſt. l. voluntariè. Cod. de excuſat. tutor. l.2. C. de his qui ſpontè publica munera ſubeunt, &c.* at noſtra diſputatio verſatur circa actus, quos præcedit obligatio naturalis, quique ſimpliciter volunta-
74 rii non ſunt. *Caſtrenſis,* † *& Iaſon ſecundam afferunt rationem in d. l. ſi certis annis*, dicentes, quòd ſicut tempus non eſt modus introducendæ obligationis, ita nec inualidæ obligationis confirmandæ. *l. obligationum. § fe-*
75 *rè ff. de act. & obligat.* *Quæ* † *ratio*, vt rectè obſeruauit Coraſius *miſcellan. lic.3 cap.15. futilis eſt:* non enim quæritur in caſu *cit. leg. ſi certis annis.* an ſolus lapſus temporis obligationem inducat: ſed an præſtationes pluribus annis factæ, ex cauſa, & titulo inualido, titulum atque
76 obligationem efficacem pariant. *Alia* † *ratione* Imperatorum conſtitutionem defendere conatur *Coraſius dicto c.15. num.9.* dicens, quòd annui debiti ſolutio limitatam habeat cauſam, tàm ratione rei, quàm temporis ſoluitur enim tantùm, quantùm pro anno debetur, quo fit, quòd ſolutio ſeu præſtatio neque ad futurum trahi debeat, neque pro futuro tempore obligationem inducere queat, *l. quod de bonis. §. ſi non idcirco. ff. ad l. Falcid.*

Falcid. Quæ declaratio † *non placet Menochio præællegata præſumpt* 131 *num.* 30. ea ratione, quòd præſtationes annuæ: iuxta dictam *l. ſi certis annis* factæ, non ſolùm pro præteritis annis, ſed etiam in pacti præcedentis confirmationem, adeoque geminationem factæ intelligantur, cenſeanturque. Menochius † *citato loc. de intellectu, dicta l. ſi certis annis* cogitandum dicit, quod de viro Doctiſſimo vehementer miror. *Quarta ratio* † adducitur *ab Alberico, Baldo. & aliis ſæpe d. l. ſi certis annis*, quia temporalis iſta præſtatio facta eſt à debitore naturaliter, ad liberandum ſe ab illa naturali obligatione; vndè non debet obligationem reprobare, aut ciuilem inducere: *Quæ* † *ratio etſi à Coraſio dicto loco reprobetur, mihi tamen probè intellecta vera videtur*: non ſoluens annuam præſtationem ex pacto ſimplici debitam, non intendit ſe obligare ex ipſa prçſtatione arctius, aut firmius, quàm antea fuit obligatus, ſed ſolùm ſatisfacere pacto, & obligationi naturali, ab eaque ſe liberare: & quoniam † ſolutio vnius debiti, non infert obligationem in alio. *l. ſi. C. ne vxor pro marito.* nec † inducta ad vnum effectum, liberationis ſcilicet, contrarium effectum, obligationis ſcilicet, inferunt. *l. legata inutiliter. ff. de leg.* 1. *l. in numerationibus. ff. de ſolutionibus.* & † limitata cauſa, limitatum producit effectum, vulgata *l in agris, ff. de adquiredo rerum dominio.* & † actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. *l. non omnis. ff. ſi certum petatur.* hinc eſt, quod in caſu dictæ *l. ſi certis annis.* ex præſtationibus annuis non obligetur efficacius, aut firmius in futurum debitor, quàm antea fuit obſtrictus, qui cum ex pacto nudo naturaliter ſolùm fuit obligatus, naturaliter in futurum remanet obſtrictus, adeoquæ præſtationes annuæ ad præſtandum imposterum

77 78 79 80 81 82 83 84

 rum

rum præſtantem efficaciter, hoc eſt, naturaliter & ciuiliter ſimul obligare non poſſunt: nam † titulus pacti
85 nudi inualidus, talis ſemper manet, ita Iohannes ab Exea *tractatu de pactis, numero* 295. ampliat: vltima, vbi dicit, quòd præſtationes annuæ pactum nudum non reddant validum, aut efficax.

86 *Hinc* † *ſoluitur, quod de pacto geminato pro dubitandi cauſa eſt allatum*: nam negatur in caſu *dicta l. ſi certis annis*, fieri ſolutiones annuas ad fortificandam, & validandam obligationem: nam ſolùm ad liberandum, & ſatisfaciendum obligationi naturali ex pa-
87 cto ortæ, factæ cenſentur: Deindè quòd † pactum nudum reiteratum, & geminatum ciuilem obligationem, adeoque actionem producat, falſum eſt, vt in tertio cap. 7. modò, fusè eſt oſtenſum.

88 Secundò † limitatur concluſio ſecundi caſus principalis, vt non procedat, ſi præſtantem annuas penſiones animo ſe non obligandi ſoluiſſe conſtet, quod accidit, ſi cum proteſtationibus, quòd nullo iure cogente, ſed ex mera liberalitate, & in gratiam pręſtet: nam tunc ex diuturna præſtatione obligatio in futurum non naſcitur, quia præſumptio tituli allegati ex proteſtatione tollitur & confunditur, Baldus *l. final. numero* 1. *Cod. ne de ſtatu defunctorum*. Alexander *conſil.* 190. *numer.* 22. *libro ſecundo*, Petrus Follerius *de cenſibus. verbo, cenſus, numero* 104. *verſiculo, Prima concluſio.* Maſchardus *de probation. volumin.* 1. *concluſione* 279. *num.* 16.

89 Denique † limitatur, vt procedat, ſi agatur iudicio petitorio, ſecus ſi agatur poſſeſſorio: nam ad victoriam

ctoriam in poſſeſſorio obtinendam, decem annis præſtationes eſſe factas non eſt neceſſarium, ea ratione, quòd ad rerum incorporalium poſſeſſionem adquirendam non requirantur decem actus, ſed ſufficiant pauciores: *etſi* † *enim inter Doctores ſit controuerſum*, 90
quot actib. quaſi poſſeſſio rerum incorporaliũ compararetur: aliis vno, aliis duobus, aliis pluribus adquiri aſſerentibus: attamen opinio Abbatis *in capit. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſionis & proprietatis*, communiter eſt approbata, quòd videlicet ex natura actus arbitrio boni iudicis ſit iudicandum, an vnus ſufficiat, vel duo, pluresńe neceſſarii ſint: *Alii* † *enim ſunt actus*, 91
qui ex gratia, & iure familiaritatis non facile conceduntur, vt quòd aliquis interſit electioni Prælati, ſuffragiumque ferat, aut quod ad beneficium aliquem præſentet, in his enim, & ſimilibus vnus ſufficit actus: *Aut verò actus eſt huiuſmodi*, qui ex gratia facile concedi ſolet, vt eſt ire per fundum alterius, aut decerpere vnam vuam de vite, aut pomum de arbore, & tunc vnus actus ad adquirendam quaſi poſſeſſionem iuris eundi, aut decerpendi vuas, aut poma non ſufficit, ſed plures pro arbitrio iudicis requiruntur, Guido Papæ *quæſtion*. 407. *in fine*. Bartholomeus Chaſſaneus *in conſuetud. Burgund. rubrica* II. §. 2 *num*. 15. Petrus Follerius *dicto verbo, cenſus, num*. 101. Maſchardus *de probat. volum*. 1. *concluſion*. 279. *num*. 15. Ludouicus Molina *de iuſtit. & iur. tract* 1. *diſputation*. 14. Alias ad concluſionem limitationes tradidimus tertio capite noſtri tractatus, modo 7: ad quem breuitatis cauſa lector remittitur.

Pro exactiori eorum, quæ hactenus dicta ſunt, intelligentia, nonnullæ Quæſtiones diſcutiendæ ſunt.

43 Secundò ampliatur, quòd † contra huiuſmodi præſcriptionem, & præſumptionem tituli iuſti non admittatur probatio in contrarium: ratio eſt, quia † præ-
44 ſumptio, quæ ex hoc curſu temporis immemorialis inſurgit, eſt iuris, & de iure, contra quam probatio in con-
45 trarium non admittitur. Menoch. *cit. itū locu.* Quod † verum eſt, niſi ex confeſsione præſcribentis, aut aliundè
46 de titulo vitioſo, aut mala fide appareat: nam † præſcriptio temporis immemorialis neq; procedit, neq; tituli vim habet, quando de titulo vitioſo, aut mala præſcribentis fide conſtat, Couarru. *d. cap poſſ. ſſ. 2. parte*, §. 8. *nu.* 4. gloſſa *c. 1, verb. niſi, de præſc. in* 6. Grauetta *conſ.* 146 *& tract. de antiq. temp.* 4 *part. princ* §. *materia iſta, n.* 16. *&* 20. *&* §. *abſolutū. n.* 60. Maſch. *de prob. vol* 3, *conſ.* 1371. *nu.*
47 43. *& ſeq.* ratio eſt, quia † poſſeſſor malæ fidei nullo vnquam tempore, ne immemoriali quidem præſcribit. *c. poſſeſſor. de reg. iur. in* 6.

Secundo caſu, quandò allegatur ſola præſtatio longiſsimi temporis, puta, 30. vel 40. annorum abſque ti-
48 tulo ſpeciali: *Concluſio eſt*, † annua præſtatio iure, & ratione reditus perpetui triginta annis continenter, & vniformiter facta, non tantùm ſpecialis tituli præſumptionem, ſed etiam veram, annui reditus perpetui adquiſitionem per præſcriptionem inducit probatque, ita quidem quòd tantùm tempus ad in-
49 ducendam obligationem pro futuro tempore ſufficiat: ratio concluſionis eſt, quia † triginta vel quadraginta annor. præſcriptione abſq; titulo regulariter omnia iura adquiruntur, tàm iure Canonico, quàm Ciuili. *l. ſicut. l. cùm notiſsimi. l. omnes. C. de præſc* 30 *vel* 40. *annor. c. placuit.* §. *poteſt.* 16. *quæſt.* 3 Abb. Felin. & alii *c. ſi diligenti. de præſc.* Hanc concluſionem conſtituit Cou. *ca. poſſeſſor mala*

Digitized by Google

male fidei, *2 parte*. §. 4. *n*. 3. Carol. Molinæ. *de contract. lib. quæſt*. 20. *& in conſuet. Pariſienſ. tit*. 1. §. 7. *nu*. 21. Chaſſan. *in conſuet. Burg. rubr*. 11. §. 1. *n* 9. Balb. *de præſcipt*. 4. *partis princip. quæſt*. 9 Menoch. *de præſumpt. lib*, 3 *præſ*. 131 *n*. 51.

Ampliatur † concluſio, procedere non ſolùm ſi à præſcribente allegetur titulus, & cauſa, ex qua annuæ præſtationes ſint ſolutæ, ſed etiam ſi nullus titulus exprimatur, aut allegati tituli defectus probetur: ratio eſt, quia † in præſcriptionibus 30. vel 40. annorum, nec tituli allegatio, nec ſi allegatus fuerit, eius probatio eſt neceſſaria: vndè etſi finita præſcriptione allegati tituli defectus doceatur, nihilominus tamen ius præſcriptione quæſitum manet ſaluum, Carol. Molin. *d. quæſt*. 20. *nu*, 206. Couarru. *citato* §, 4. *n*. 5. 50 51

Declaratur † concluſio, vt non procedat, ſi contra præſcribentem vehemens ſit iuris præſumptio, atque ius præſcriptioni reſiſtat, tunc enim probatio tituli eſt neceſſaria. *c*. 1 *de præſc. in* 6. Cou. *præalleg*. §. 4 *n*. 5. *ita intelligendus eſt* Guido Papæ *deciſ*. 408. & Maſch. *de prob. concluſ*. 279. *nu* 6. 52

Tertio † *caſu*, hoc eſt, quandò allegatur ſola præſtatio 10. vel 20. annorum abſq; cauſa, vel titulo ſpeciali *Concluſio eſt*, tantùm temporis curſum ad probandum ius cenſus per præſcriptionem quæſitum non ſufficere, Bartolus *l. cum de in rem verſo, num*. 2. *ff. de vſuris*. & ibi Salycetus *num*. 4. Balbus *de præſcriptionibus*. 1. *parte* 3. *partis principalis*, *quæſt*. 10. *num*. 7. Chaſſan. *dicto loco, num*. 14. Couarru *pracit*. §. 4. *num*. 2. *verſiculo*, *Ex qua infertur*, dicens, ſi appareat quolibet anno etiam per decennium prꝗſtationem factam fuiſſe Sempronio, non tamen conſtet ex iiſdem præſtationib. ex qua cauſa, vel titulo fuerint factæ, quòd ex hoc non præſumatur obli- 53

 gatio

Iaſon. *num.* 7 Decius *num.* 2. Iacobin. à S Georgio *num.* 12. Anton. de Butrio *c. peruenit de cenſib. colum.* 9 Molinæus & Menochius *præallegatis locis*. Maſchard. *volum.* 1. *concluſ.* 279. *num* 3. *&* 9. Couarru. *dicto cap. poſſeſſor.* 2. *parte*, §. 4. *num* 2. *& lib.* 1 *reſolut. cap.* 17. *num.* 11. *verſiculo Et licet*.

Probatur concluſio primò, *per l ſi quis diuturno, ff ſi ſeruit. vendicet*. Secundò *per l* 1 §. *fin. ff. de aqua pluu.* Tertiò probatur *l. cùm de in rem verſo. ff de vſur.* vbi ex diuturna præſtatione vſurarum, præſumitur, & probatur allegatus titulus ſtipulationis, adeoque ius vſurarum, non ex præſcriptione, ſed ex ſtipulatione, quæ ex ſtipulationibus probatur, comparatur: Quartò probatur concluſio per *l. litibus, C. de agricol. & cenſitis, lib.* 11. *verſic. Eos tamen dicimus*, qui non ex longo, prolixoque tempore, vel longinqua, & inueterata redituum ſuſceptione, ſufficientem habent cauſam &c.

Limitatur concluſio † primò, ſi allegatur titulus inualidus, nam is ex ſubſecutis præſtationibus non conualidatur. *l. ſi certis annis, C. de pact.* quæ non ſolùm in ſe dubiam habet decidendi cauſam, ſed etiam plures ſibi repugnantes leges: *Itaq. vt cognoſcatur, quando titulus inualidus ex ſubſecutis præſtationibus robur accipiat*, cum *gloſſa*, Bart. & Dd. *dicta l. cùm de in rem verſo. ff. de vſuris.* Barthol. Chaſſin. *in conſuetud. Burgund. rub.* 11. §. 2. & Menochio *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 131. *aliquot caſus ſunt diſtinguendi.* 58

Primus eſt, † quandò titulus eſt inualidus fauore præſtantis, quo caſu titulus inefficax per ſubſequentes præſtationes redditur firmus & efficax: Probat Bartol. hanc concluſionem Primò *per l. penult. in fine, & l. vlt. ff. de inoffic. teſtam.* vbi † filiusfamilias, qui patris teſta- 58

60

mentum, in quo ſinè cauſa fuit exhæredatus, ſubſcriptione, vel alio modo appobauit, à quærela inofficioſi excluditur: Secundò affert *l. filio præterito. ff. de iniuſto,*
61 *rupto, & irrito teſtamento*, vbi † filius à patre præteritus, ſi abſtinuit ab hæreditate, dicitur confirmare teſtamentum, ita quidem, quòd teſtamentum non ſit nullum, adeoq; libertates, & reliqua legata in eo relicta veniant præſtanda: Tertiò allegat *l. 2. C. ſi maior factus ratum habuerit &c.* vbi curſu temporis validus redditur titulus, quem minor nullum, & inualidum dicere poterat: His addo ego Quartò *l. etſi inutiliter. Cod. de fideicommiſſ.* Quintò *l. non dubium, Cod. de teſtamentis.*
62 Cæterùm † errat Menochius *dicta præſumption.* 131. *nu.* 1. dum ad concluſionem noſtram melius pertinere putat. *auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid.* ibi enim titulus, puta teſtamentum, eſt validus, licet hæres nimium ſit grauatus, ita gl. *dicta l. non dubium. C. de teſtament.*
63 Ratio † concluſionis, adeoq; omnium prædictarum legũ eſt, quia iuri, & fauori ſuo quilibet renũciare poteſt. *l. penult. C. de pact.* quo fit, quòd titulus fauore pręſtantis inualidus ex ipſis præſtationibus reddatur validus.

64 *Secundus* † *caſus eſt*, quandò titulus eſt infirmus, & inefficax, odio eius, cui fit præſtatio, quo caſu *concluſio eſt*, quòd ex ſequentibus præſtationibus, titulus inualidus confirmetur: Hanc concluſionem probat Bartol.
65 *per l. ſed Iulianus. §. fin. ff. ad S. C. Macedon.* nam † ex mutuo ſuſcepto filiusfamilias non obligatur odio mu-
66 tuo dantis, *toto tit. ff. & C. ad S. C. Macedan.* ſi † tamen filiusfamilias paterfamilias factus mutui partem ſoluerit, ceſſare S. C. reſpondet dicto loco Vlpianus: ratio eſt, quia iuri pro ſe introducto quiuis renunciare poteſt. *d. l. penult. C. de pact.*

Tertius

Tertius † *caſus eſt*, quandò titulus eſt inualidus non 67
quidem fauore præſtantis, aut odio eius, cui fit præſtatio, ſed ob defectum ſolennitatis auctoritate iuris publici titulus habetur infirmus: Hoc caſu *ſubdiſtinctione* eſt opus: *Aut* enim agitur de inducenda obligatione fauorabili ex præſtationibus, *& concluſio eſt*, quòd triennali præſtatione titulus inefficax fiat validus: Probat Bart. hanc concluſionem *ex l 1. C. de fideicommiſſ.* vbi † ex teſtamento inualido legatum alimen- 68
torum infirmum per triennalem præſtationem ita confirmatur, quòd in futurum alimenta hæres præſta- 69
re teneatur: ratio eſt, quia † cauſa vltimæ voluntatis, 70
& alimentorum eſt fauorabilis: *Aut* † *verò* agitur de inducenda obligatione ex præſtatione tituli infirmi, in caſu quo nullus militat fauor: *tunc concluſio eſt*, quòd decennali præſtatione titulus infirmus non conualeſcat, ita communiter intelligunt Doctores, † 71
dictam l. ſi certis annis Cod. de pactis. vbi Diocletianus, & Maximianus, ſi certis annis inquiunt, quod nudo pacto conuenerat, datum fuerit ad præſtandum impoſterum indebitum ſolutum obligare non potuit eum, qui pactum fecit, niſi placitis ſtipulatio interceſſerit. *Quod, quanam ratione ab Imperatoribus ſit conſtitutum inter Doctores controuertitur*, Nam etſi ex pacto nudo nulla oriatur actio, attamen quandò de deliberata promittentis voluntate apparet, vt ſi pactum fuerit geminatum ex huiuſmodi pacto geminato, & reiterato actionem naſci volunt Doctores: atqui ex præſtatione decennali geminatus, & reiteratus colligitur conſenſus, & voluntas, *l. ſi mulier, C. ad S. C. Velleia*, ergò &c. Huic dubitationi variis modis

ſatisfacere conantur Doctores. *Nam* † *Salicetus dict. l. cùm de in rem verſo num. 4.* id ita ſancitum exiſtimat, quandò actus noſtri voluntarii non extenduntur, niſi quatenus de neceſſitate inferunt. *l. 1. § ſi quis hoc interdicto*, vbi Bart. *ff. de itinere actuué priuato.* quo fieri dicit, quòd is, qui ſemel, aut ſæpius ſpontè præſtitit id, ad quod compelli non poterat, in futurum obligatus non
73 cenſeatur: *Quæ* † *ratio ſolida non eſt*: nam quod dicitur, facta non vlterius porrigi, quàm ex actus geſti, neceſſitate inducant, obtinet in actibus omninò voluntariis, ad quos quis nullo iure cogitur. *l. Lucius, § teſtator ff. de legat. 2, l. tutori. C. de negoc. geſt. l. voluntariè. Cod. de excuſat. tutor. l. 2 C. de his qui ſpontè publica munera ſubeunt, &c.* at noſtra diſputatio verſatur circa actus, quos præcedit obligatio naturalis, quique ſimpliciter volunta-
74 rii non ſunt. *Caſtrenſis,* † *& Iaſon ſecundam afferunt rationem in d. l. ſi certis annis*, dicentes, quòd ſicut tempus non eſt modus introducendæ obligationis, ita nec inualidæ obligationis confirmandæ. *l. obligationum. § fe-*
75 *rè ff. de act. & obligat.* *Quæ* † *ratio*, vt rectè obſeruauit Coraſius *miſcellan. lib. 3 cap. 15 futilis eſt:* non enim quæritur in caſu *cit. leg ſi certis annis.* an ſolus lapſus temporis obligationem inducat: ſed an præſtationes pluribus annis factæ, ex cauſa, & titulo inualido, titulum atque
76 obligationem efficacem pariant. *Alia* † *ratione* Imperatorum conſtitutionem defendere conatur *Coraſius dicto c. 15. num. 9.* dicens, quòd annui debiti ſolutio limitatam habeat cauſam, tàm ratione rei, quàm temporis ſoluitur enim tantùm, quantùm pro anno debetur, quo fit, quòd ſolutio ſeu præſtatio neque ad futurum trahi debeat, neque pro futuro tempore obligationem inducere queat, *l. quod de bonis. §. ſi non idcirco. ff. ad l. Falcid.*

Falcid. Quæ declaratio † *non placet Menochio præallegata præſumpt* 131 *num*.30. ea ratione, quòd præſtationes annuæ: iuxta dictam *l. ſi certis annis* factæ, non ſolùm pro præteritis annis, ſed etiam in pacti præcedentis confirmationem, adeoque geminationem factæ intelligantur, cenſeanturque. Menochius † *citato loc. de intellectu, dicta l. ſi certis annis* cogitandum dicit, quod de viro 77 78
Doctiſſimo vehementer miror. *Quarta ratio* † adducitur *ab Alberico, Baldo. & aliis ſæped. l. ſi certis annis*, quia temporalis iſta præſtatio facta eſt à debitore naturaliter, ad liberandum ſe ab illa naturali obligatione; vndè non debet obligationem reprobare, aut ciuilem inducere: 79
Quæ † *ratio etſi à Coraſio dicto loco reprobetur, mihi tamen probè intellecta vera videtur*: non ſoluens annuam præſtationem ex pacto ſimplici debitam, non intendit ſe obligare ex ipſa præſtatione arctius, aut firmius, quàm antea fuit obligatus, ſed ſolùm ſatisfacere pacto. & obligationi naturali, ab eaque ſe liberare: & quoniam † ſolutio vnius debiti, non infert obligationem in alio. *l. ſi. C. ne vxor pro marito.* nec † inducta ad vnum effectum, liberationis ſcilicet, contrarium effectum, obligationis ſcilicet, inferunt. *l. legata inutiliter. ff. de leg.* 1. *l. in numerationibus. ff. de ſolutionibus.* & † limitata cauſa, limitatum producit effectum, vulgata *l. in agris, ff. de adquiredo rerum dominio.* & † actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. *l. non omnis. ff. ſi certum petatur.* hinc eſt, quod in caſu dictæ *l. ſi certis annis.* ex præſtationibus annuis non obligetur efficacius, aut firmius in futurum debitor, quàm antea fuit obſtrictus, qui cum ex pacto nudo naturaliter ſolùm fuit obligatus, naturaliter in futurum remanet obſtrictus, adeoq; quæ præſtationes annuæ ad præſtandum impoſte- 80 81 82 83 84

rum

ctoriam in poſſeſſorio obtinendam, decem annis præſtationes eſſe factas non eſt neceſſarium, ea ratione, quòd ad rerum incorporalium poſſeſſionem adquirendam non requirantur decem actus, ſed ſufficiant pauciores: *etſi* † *enim inter Doctores ſit controuerſum,* 90
quot actib. quaſi poſſeßio rerum incorporaliũ compararetur: aliis vno, aliis duobus, aliis pluribus adquiri aſſerentibus: attamen opinio Abbatis *in capit. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeßionis & proprietatis,* communiter eſt approbata, quòd videlicet ex natura actus arbitrio boni iudicis ſit iudicandum, an vnus ſufficiat, vel
duo, pluresué neceſſarii ſint: *Alii* † *enim ſunt actus,* 91
qui ex gratia, & iure familiaritatis non facile conceduntur, vt quòd aliquis interſit electioni Prælati, ſuffragiumque ferat, aut quod ad beneficium aliquem præſentet, in his enim, & ſimilibus vnus ſufficit actus: *Aut verò actus eſt huiuſmodi,* qui ex gratia facile concedi ſolet, vt eſt ire per fundum alterius, aut decerpere vnam vuam de vite, aut pomum de arbore, & tunc vnus actus ad adquirendam quaſi poſſeſſionem iuris eundi, aut decerpendi vuas, aut poma non ſufficit, ſed plures pro arbitrio iudicis requiruntur, Guido Papæ *quæſtion.* 407. *in fine.* Bartholomeus Chaſſaneus *in conſuetud. Burgund. rubrica* 11. §. 2 *num.* 15. Petrus Follerius *dicto verbo, cenſus, num.* 101. Maſchardus *de probat. volum.* 1. *concluſion.* 279. *num.* 15. Ludouicus Molina *de iuſtit. & iur. tract* 1. *diſputation.* 14. Alias ad concluſionem limitationes tradidimus tertio capite noſtri tractatus, modo 7: ad quem breuitatis cauſa lector remittitur.

Pro exactiori eorum, quæ hactenus dicta ſunt, intelligentia, nonnullæ Quæſtiones diſcutiendæ ſunt.

92 Quarum prima eſt: *Vtrùm † contractus in dubio præſumatur cenſualis vel emphyteuticus.*

In qua quæſtione repugnantes exiſtunt Docto-
93 rum opiniones. Nam emphyteuticum † præſumi aſſerunt, Iohan Fab. in *l*.1. *num.* 7. *C. de iure emphyt.* Nicol. Euerh. *in loco ab emphyteuſi ad cenſum.num.*5. Iul. Clar. §.*emphyteuſis, quæſt.*1 *num.*3. Fa ratione adducti, quòd
94 † in dubio minimum ſit præſumendum. *l. ſemper in ſtipulationibus.ff. de reg. iuris.* atqui ſi emphyteuſis præſu-
95 matur, minimum eligitur: nam † contractus cenſualis requirit dominii tàm directi, quam vtilis translationem, at emphyteuticus contractus vtilis tantùm dominii translationem includit: quare ſi minimum eſt ſequendum, translatio vtilis dominii tantùm, & ſic contractus emphyteuticus eſt præſumendus: Quod argumentum captioſum eſt, & infir-
96 mum: neque † enim omnis contractus cenſualis dominii translationem continet, ſed cenſus ſolùm reſeruatiuus: nam conſtitutiuus cenſus qui in re aliena comparatur, neq; directi, neq; vtilis dominii comparationem includit, ſed cenſus conſtitutionem in re aliena factã complectitur, vt *ſupra* 2 *c.* eſt oſtenſum: itaque argu-
97 mentum ſolùm probat in dubio cenſum reſeruatiuũ non præſumi, non autem conuincit conſtitutiuum non cenſeri: deindè, quòd † dicitur minimum in dubio eſſe ſequendum, id exaudiendum eſt de minimo reſpectu debitoris, non creditoris, hoc eſt, de eo, quod de-
98 bitori minus nocet. *l. veteribus.* vbi Bartolus *ff. de pactis.*

Sit

Sit † *itaq; concluſio*, cùm conſtat de contractu, non 98
tamen apparet, an is ſit emphyteuticus, vel cenſualis, in
dubio præſumendus eſt potius cenſualis, quàm emphy-
teuticus, Iaſon. *l.1 num.*48 *C.de iure emphyt.* Albericus
*l.2 num.*13 & ibi Iaſon *num.*164. *Cod. eod. tit.* Grauet a
*conſil.*204 *num.*20. Couarru. *lib 3 reſolut. cap.7.num* 1.
Menochius *de præſumpt. lib.*3 *præſum.pt.*106. Marchard.
de probat. volum. 2. *concl.*601.*num.*5 Ludouicus Molina
*diſput.*381 *circa finem.* Aluarus Valaſcus *de iure emphyt.*
quæſt 32. *num.*54. ratio concluſionis eſt, quia in dubio
quòd minimum, & minimi præiudicii eſt ſequendum.
cit. l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iur. atqui † cen- 99
ſualis contractus debitori minoris eſt præiudicii, quàm
emphyteuticus: tùm quia † in dubio cenſetur impoſi- 100
titius, ſeu conſtitutiuus, adeoq; res cenſualis cenſui tàm
ratione dominii directi, quàm vtilis eſſe exiſtimatur:
tùm quia † emphyteuſis facilimè amittitur, non autem 101
prædium cenſuale.

Ampliatur † concluſio procedere tàm in Eccle- 102
ſia, quàm priuato; nam & aduerſus Eccleſiam prædium
cenſuale potius, quàm emphyteuticum præſumitur.
Molina *d.diſp.*381 *propè finem.*

Limitatur † concluſio vt procedat in dubio, hoc 103
eſt, cum vnus contractus non magis quàm alter in re-
gione eſt frequens, ſecus ſi vnus altero ſit frequentior:
nam ſi emphyteuticus in prouincia ſit crebrior, cenſua-
lis autem rarior, præſumitur contractus emphyteuti-
cus, per ſæped. *l. ſemper in ſtipulationibus*, vbi Decius. *ff. de
reg iuris.* Ludouicus Molina *dicta diſput.*381. *circa finem.*
Et hoc ſenſu locum habere poteſt contraria opinio.

Porrò † huius diſputationis vtilitas non eſt leuis: 104
permagni enim refert, ſitnè contractus emphyteuticus,

106 an cenſualis? nam † emphyteuta intra biennium, aut triennium penſionem ſoluere ceſſans, cadit iure emphyteutico *l.2. Cod. de iure emphyteutic. cap. potuit. extra locati.* † cenſitus autem etſi per mille annos annuam penſionem ſoluere ceſſet, iure, quod in prædio cenſuali habet, non cadit, gloſſa & Innocentius *c. conſtitutus. de religioſ. domibus*, Bartolus *l.1. §.1. ff. de publican. & vectigalibus.* Grauetta *conſil.204. num.20.* Couarruuias *lib.3. reſolut. cap.7. num.1.* Menochius *de præſumptionib.*

107 *lib.3. præſumpt.* 107. *num.*11. Quinimò † non valet pactum cenſuali contractui appoſitum, vt biennio, aut triennio cenſu non ſoluto ius contractus pereat, fiatq; res ipſa cenſu grauata, commiſſa: niſi cenſus fuerit reſeruatiuus, hoc eſt, res, ſuper qua conſtitutus eſt cenſus, fuerit cenſitoris, qui tranſlato dominio ius cenſus ſibi reſeruauit, vt fusè docuimus proximo præcedenti capite, traditque Couarruuias *præallegato loco, num.*1.

108 Secunda vtilitas eſt, quia † emphyteuta alienans rem emphyteuticam inconſulto domino, cadit iure

109 ſuo, non ſic † cenſitus, qui rem cenſualem abſque cenſitoris conſenſu, ſinè periculo amiſsionis alienare poteſt, Ferrarius *in formula libelli, quo agitur ad ficti præſtationem, verbo fictum, num.7.* Decius *conſil.*164. *num.* 4. Menochius *dicta præſumption.* 107. *num.* 13. Idque

110 † vſque adeò verum eſt, quòd non valeat in contrarium pactum, quo ſub pœna priuationis, & caducitatis rei cenſualis, cenſitus rem alienare prohibetur: niſi cenſus fuerit reſeruatiuus, per ea quæ præcedenti capite fusè diximus, & tradit Petrus Follerius *de contractibus cenſualibus, verbo, cenſus, numero quadrageſimo primo.*

Secun-

Secunda Quæſtio eſt: *Vtrùm † in dubio, hoc eſt, cui non apparet, vtrùm cenſus ſit reſeruatiuus, an conſtitutiuus, præſumatur cenſus fundiarius, vel impoſititius?* 111

In † qua quæſtione Couarruuias *lib.3 reſolut. cap.* 112
10.*num.5.verſic.Secundò conſiderandum.* & Petrus Binſfeld.*c.in ciuitate,quæſt.13 concluſ.2.de vſuris.* putant, in dubio, cùm non apparet an cenſitor cenſito tradiderit rem ſeruato cenſu, an verò ſuper re aliena conſtituerit ſibi cenſum, præſumendum eſſe rem ipſam cenſitoris traditamq́; cenſito, cum reſeruatione annuæ penſionis & præſtationis, adeoque in dubio reſeruatiuum, non conſtitutiuum cenſendum, præſertim quoties annua præſtatio cenſus nomen habet: ea ratione permoti,
quòd nomen † cenſus propria ſignificatione in iure Ca- 113
nonico denotet cenſum reſeruatiuum, ſeu fundiarium, non conſtitutiuum, ſeu impoſititium. *c. conſtitutus, de religioſ. domib.* In quo doctiſsimis viris non aſſentior: nam nomen cenſus non ſolùm reſeruatiuum propriè ſingnificat, ſed iuris Pontificii conſtitutionibus cenſus propriè appellatur, quidquid alteri datur in ſignum, & recognitionem ſiuè ſubiectionis, ſiuè iuriſdictionis, ſiuè Imperii, ſiuè dominii, ſiuè iure cenſus conſtitutiui, teſte ipſo Couarru. *dict. cap.7. in principio.* Deindè etſi admittatur, quòd ſecundùm antiquos Canones nomen cenſus ad cenſum reſeruatiuum propriè referatur: attamen cùm cenſus, qui ab annis trecentis plus minus ſunt comparati, regulariter ſint conſtitutiui, non reſeruatiui, vt fatentur Couarruu. &

annuo cenſu, tunc præſumitur cenſus reſeruatiuus, & nõ emphyteuticus, & dictio, in emphyteuſin, impropriè pro cenſu poſita cenſetur, Imola *cap. ad audientiam. de rebus Eccleſ. non alienand.* Iaſon *l. 1. num.* 48 *C. de iure emphyteut.* Decius *conſil.* 164. *num.* 3. Iacobus Menochius *de præſumpt. lib.* 3 *præſumpt* 106. *num.* 6. Nauarra *cap. ſi fœneraueris* 14. *quæſt* 3. *nu.* 110 *& ſeq.* ratio † eſt, quia per contractum emphyteuticum non transfertur dominium directum; ſed vtile tantùm: ergò eo ipſo, quòd quis transfert omne ius, quod habet in prædio, dominium directum ſimul concedit, & per conſequens contractum cenſualem reſeruatiuum, non emphyteuticum celebrat, ne diſpoſitio ſecum pugnet, & corruat, *iuxta l. vbi repugnantia. ff. de regul. iuris.* Menochius *de præſumpt. l.* 1. *præſ.* 26. *num.* 6. Idque † procedit, etſi dictum ſit, cõcedo tibi hoc prædium in emphyteuſin, vel cenſum, nam & tunc præſumitur contractus cenſualis, & non emphyteuticus, ea ratione, quia ex verbis, *vel in cenſum* præſumitur receſſum à conceſſione emphyteutica *l. ſi quis ante, ff. de adquirenda poſſeſſ.* vbi ſi quis primò conduxit, poſtea precariò rogauit, diceſſiſſe à conductione videtur, ita Menoch. *de præſumpt. lib.* 3 *præſumpt.* 106. *num.* 8 *& ſeqq.* Permagni † enim intereſt, vtrùm contractus cenſualis præſumatur reſeruatiuus, an conſtitutiuus; Nam plurima pacta in cenſu, titulo emptionis vel æquipollente conſtituto, damnantur, quæ in cenſu reſeruatiuo tolerantur. Sicq; † *extrauagantes Martini & Calixti. ſub titulo, de empt. & vendit. Conſtitutio quoq; Pii V.* quibus plurima cenſus conſtitutioni adiecta pacta reprobantur, de cenſibus fundiariis, vel reſeruatiuis intelligendæ non ſunt, ſed ſolùm de cenſibus impoſititiis, & quidem titulo emptionis conſtitu-

119 120 121 122

 ſtitu-

ſtitutis. Nauarra *ſæpecit. cap. ſi fæneraueris* 14. *quæſt.* 3. *nu.* 98. Ludouicus Molina *de contract lib. diſput.* 381 *verſicul. Dubium eſt.*

123 Tertia Quæſtio: *Vtrùm † in dubio emptionis titulo conſtitutus præſumatur cenſus?*

Ad hanc quæſtionem reſpondendum eſt ſequenti concluſione: Cum de annui reditus origine ex diuturna præſtatione conſtat, neque tamen per literas, aut teſtes apparere poteſt, quo titulo ſit conſtitutus, in dubio emptionis titulo impoſitus præſumitur: ratio
124 concluſionis eſt, quia † eo contractu præſumitur conſtitutus cenſus, qui eſt vſitatior, & frequentior. *l. quòd ſi nolit.* §. *qui aſſiduo, ff. de ædilitio edicto. l. ſemper in ſtipulationibus,* vbi Decius *ff. de regulis iuris. l. ſi fundus ff. de euictionibus l. licet.* 1. *C. locati. l. vel vniuerſorum. vbi gl. ff. de pignorat. action. l. certi condictio.* §. *ſi numos. ff. ſi cert. petatur.* Couarruuias *lib.* 3 *reſolut. cap.* 10. *num.* 5. Me-
125 nochius *de præſumpt.* 109. *num.* 5. atqui † cenſus frequentius, & ſæpius emptionis, quàm alio titulo conſtitui ſolent, vt probant *Maximiliani I. Caroli V. & Rodolphi II. iam ſæpè allegata conſtitutiones,* Carolus Molinæus
126 *de commerciis, quæſt.* 20. *num.* 213. Porrò † quod ſubiungit Molinæus hanc præſumptionem non eſſe ſufficientem probationem, cùm multi ſint modi, ſeu tituli redituum impoſititiorum, puta, legati, donationis, permutationis, dotis, diuiſionis, hæreditatis, ſententiæ, emptionis, &c. ideoque eum, qui certum titu-

lum

lum præſendit probare debere. *l. ei qui dicit ff. de probationibus.* quòd iuris præſumptio, qua cenſus titulo emptionis cenſetur comparatus, ſit leuis, & infirma, neque ab onere probandi releuans, neque illud in aduerſarium transferens, Menochius *lib.* 1. *præſumptionum. quæſtione* 33. Id admiſerim ſi alii modi in prouincia ſint ſoliti, & conſueti, verùm quia in Romano Imperio in partibus Germaniæ alii modi ſunt rari, & inſoliti, arbitror hanc præſumptionem, qua cenſus titulo emptionis conſtitutus iudicatur, eſſe fortem, vrgentem ab onere probandi releuantem, potiſsimùm ſi in contractu cenſuali, aut literis cenſualibus precii mentio fiat, nam eo ipſo probatur cenſus emptitius: ratio eſt, quia precii † mentio emptionem, & venditionem arguit. *l.* 1. *ff. de contrahenda emptione*, Couarruuias *citato lib.* 3. *reſolutio. cap.* 10. *num.* 5. *verſicul. Secundò.* Menochius *lib* 3. *præſumpt.* 104. *num.* 38. *per l. fin.* vbi gloſſa & Bartolus *C. de prædiis decurion. lib.* 11. *& præſumptione* 107. *num.* 13. 127

Quarta Quæſtio: *Vtrùm † in dubio cenſus præſumatur redimibilis, vel irredimilis?* 128

Redimibilem † præſumi aſſerunt Carol. Molinæ. *de contractibus, quæſtion.* 5. *num.* 128. Petrus Binsfeldius *cap. in ciuitate. quæſtion* 3 *concluſ.* 3. *extra de vſuris*, duplici moti ratione: Prior eſt, quòd in dubio ſemper pro eo, quod leuius eſt, & minus, ſit præſumendum. *l. ſemper in obſcuris. ff. de regulis iuris. l. qui concubinam.* §. *cùm ita, ff. de legat. tertio. cap. ex parte, de* 129

 cenſib.

cenſib.c.in obſcuris, de reg.iur.in 6. atqui cenſus redimi-
bilis minus grauis eſt debitori, quàm irredimibilis, ergò
&c. Poſterior eſt, quod contractus emptionis cenſus ſit
admodum odioſus, magnam cum mutuo ſub vſuris aſ-
finitatem habens, ideoque in fauorem venditoris iu-
130 dicandus. Quæ argumenta leuia ſunt. Nam † ad prius
131 reſpondetur, † in dubio inſpiciendum primò, quid fre-
quentius fieri ſoleat, *d l.ſemper in obſcuris, ff. de reg.iur.*
l.ſemper in ſtipulationibus, eod.tit. & ſi quod eſt veriſimi-
lius, aut frequentius diſcerni nequeat, tùm demum, &
in ſubſidium ſequendum id, quod minimum eſt, per-
allegatam *l.ſemper in ſtipulationib. & l.ſemper in obſcu-
ris.* vbi Decius *num.1.ff.de reg.iuris*, atqui in caſu propo-
ſito res tàm dubia non eſt, quin ex natura contractus
veriſimiliter colligi poſſit contrahentium volunta-
tem fuiſſe, quòd abſque pacto redimendi, cenſus con-
tractum celebrare cogitent. Ad poſterius dicitur eſſe
quidem hunc contractum emptionis cenſus odioſum,
non tamen indè effici, aut conſequi, quòd in vendito-
ris fauorem ſemper ſit interpretatio facienda, ne con-
tra mentem contrahentium alteram partem lædi, &
decipi contingat.

132 *Sit † itaq; ad quæſtionem reſponſio & concluſio*; quo-
ties de annui reditus titulo emptitio conſtat, nec ta-
men liquidum eſt per ſcripturam, aut teſtes, an eam le-
gem & pactum habeat, vt redimi poſſit, quòd in dubio
contractus præſumatur irredimibilis, abſque pacto re-
dimendi celebratus, Couarruuias *dicto lib.3 cap.10 nu.
5.verſic. Quartò quoties,* Menoch. *lib.3.præſumpt.*109.
133 *num.*13. Ratio concluſionis eſt multiplex: Prima, † quod
non eſt de contractus ſubſtantialibus, aut naturalibus,
ſed accidentalibus, id contractui ineſſe non præſumi-
tur,

tur, nam † accidens ſeparabile ineſſe non iudicatur, atqui † pactum redimendi non eſt de emptione cenſus ſubſtantialibus, aut naturalibus, ſed accidentalibus. *l. 1. & toto tit. Cod. de pactis inter empt. & vendit.* igitur in dubio pactum redimendi contractui non ineſt: Secunda, † contractus ſecundùm naturam ſuam 136
celebratus præſumitur. *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati*. Iacobus Menochius *de præſumptionib. lib. 3. præſumption. 38. num. 6.* atqui † natura contractus emptionis 137
eſt, vt rei emptæ dominium penes emptorem ſit perpetuò, atque irreuocabiliter, ergò &c. Tertia, † cùm 138
conceſsio referri non poteſt magis ad temporale, quàm perpetuum, tunc in dubio quod poteſt eſſe temporale, & perpetuùm, præſumitur perpetuum. *l. obligationum. §. placet. ff. de actionibus & obligationibus.* Bartolus *l. ſi adulterium. § 1. ff. ad leg. Iuliam. de adulteriis.* Iacobus Menochius *de præſumptionib. lib. 2. præſumpt. 16. num. 16 l. ſufficit.* vbi Bartolus & Iaſon *ff. de condiction. indebiti.* Andreas Tyraquellus *de retractu conuent. § 2. gloſſa 1. num. 39.*

Vitiatur concluſio prmò, † ſi ex prouinciæ con- 136
ſuetudine cenſus redimibiles frequentius, quàm irredimibiles emi ſoleant, eo enim caſu ex frequentiori, regionis vſu, & conſuetudine cenſus iudicatur redimibilis, ita Couarruuias *præcit. loco, num. 5. verſiculo, Tertiò ſi.* ratio eſt, quia † contractus iuxta regionis & contrahentium conſuetudinem celebratus præſumitur. 140
l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iuris. Menochius *lib. 3. præſumpt 38. & 43.*

Secundò vitiatur concluſio, † quandò precium 141

annui reditus valdè eſt exiguum, ita vt inſpecto tempore contractus id pretium in annuo reditu irredimibili foret iniquum, puta, ſi centum empti ſint quinque, nam tunc cenſus præſumitur redimibilis, etſi in ipſa ſcriptura conſtitutionis non fuerit pactio redimendi expreſſa, Carol. Molinæus *de contractibus. quæſt.5. num.* 128 Couarruuias *dicto loco, verſic. Quartò*, Petrus Binſfeldius *citato cap. in ciuitate, quæſt.13. concluſ.* 4. *de vſuris.* dicens, attendendum eſſe an pro more patriæ precium cenſus conueniat redimibili vel irredimibili: Sic ſi viginti quinque aureis vnus fuerit emptus, & centum quatuor eſſent comparati, cenſus iudicandus foret irredimibilis; Sin autem viginti vnus, & centum quinq; eſſent empti, contractus cenſualis redimibilis præſu-
142 meretur. Probatur † hæc emptio *Maximiliani Primi Anno* 1500. *Caroli Quinti*, *Anno* 1548. *Auguſta & Rodolphi Secundi Anno* 1577. Francofurti editis conſtitutionibus, quibus emptio cenſus, qua centum emuntur quinque non aliter cenſetur licita, quàm ſi redimendi facultas penes venditorem perpetuò, ſemperque exiſtat, quacunque tandem forma literæ ſint conceptæ, hoc eſt, etſi pactum ſit factum ne cenſus redimi queat.

143 Tertiò † vitiatur concluſio, ſi annui reditus conſtitutio, & titulus allegatus neque teſtibus, neque literis, ſed ex diuturno tantùm præſtatione, hoc eſt, decem annorum perceptione probetur: nam tunc cenſus præſumitur redimibilis, ſecundùm Couarru. *præallegato loco. verſic. Quintò*, *vbi ea ratione*, quòd in tali dubio leuius & minus ſit præſumendum.

144 Quod † ſublimitat Couarruuias niſi præſtatio annua facta ſit ex cauſa reditus annui perpetui, & irredimi-

dimibilis: nam ſi in prima, vel qualibet alia præſtatione expreſſa ſit cauſa annui reditus perpetui, & irredimibilis, ea præſtatio in vim confeſſionis probat plenè, donec de errore in contrarium doceatur, cùm confeſſio etiam extra iudicium parte præſente, atque acceptante facta, plenè probat. *l. Publia. §. fin. ff. depoſiti. l. cùm de indebito. §. final. ff. de probationibus. l. generaliter. Cod. de non numerata pecunia.* Carolus Molinæus *de contractibus, quæſtione vigeſima, numero centeſimo octauo, & 112.*

Vltimò † declaratur concluſio, quòd locum non habeat in cenſibus frumentariis, hoc eſt, iis qui non in pecunia, ſed in fructibus, puta vino, frumento &c. ſunt conſtituti, nam hi perpetuò, & ſemper ſunt redimibiles, etſi pactum redimendi ad contractum adiectum non ſit: quinimò † cenſus frumentarii hodiè prorſus ſunt prohibiti, & ſi in frumento emantur, mutantur in pecuniarios, atque de viginti florenis vnus ſolùm florenus penſionis loco ſoluitur, nec curatur, quanto fructus ſint empti, ita Inuictiſſimus Imperator *Rodolphus Secundus peculiari conſtitutione edita Francofurti Anno* 1577. *titulo decimo nono*, hoſce frumentarios cenſus in pecuniarios transformauit, eoſque perpetuò redimibiles eſſe voluit: ratio conſtitutionis eſt, quia † frumenti, & vini valor certus non eſt, ſed iam augetur, iam diminuitur, & qui cenſus frumentarios emere cogitant, exſpectant occaſionem, hoc ē. annonæ vilitatem, cum maximo venditoris cenſus damno: Idem in his *Auſtriacis prouinciis peculiari conſtitutione ſanciuit Archidux Ferdinandus fœliciſſimæ* 145 146 147

recordationis: Idem in Hiſpania conſtitutum teſtatur Couarruuias *lib 3. reſolut. cap. 10. num 3.*

104. Cæterùm † has *Imperatoris Rodolphi II & Ferdinandi Archiducis* conſtitutiones de cenſibus poſt conſtitutiones editas emptis, non de iis, qui antè ſunt comparati, hoc eſt, de futuris tantùm, non præteritis emptionibus exaudiendas eſſe ex Andr. Gaill. *lib. 2 obſeruatione nona*, iam antè ſub initium capitis quinti, docuimus.

CA

CAPVT OCTAVVM, QVIBVS MODIS IVS CENSVS EXTINGVATVR ET FINIATVR.

SVMMARIA.

1 *Nihil tam naturale eſt, quàm vnumquodq́; eo genere diſſolui, quo colligatum eſt.*

2 *Primus modus finiendi cenſum.*

3 *Elapſo tempore ad quod conſtitutus eſt, expirat cenſus.*

4 *Victalitium expirat morte ementis.*

5 *An tempus ſit modus introducendæ, aut finiendæ obligationis, ad interpretationem l.obligationum ferè, §.placet, ff. de act. & obligat.*

6 *Quandò cenſus præſumatur temporalis vel perpetuus.*

7 *Cenſus diuerſis titulis conſtitui poteſt.*

8 *Annua penſio conſtituta titulo contractus præſumitur perpetua, adeoq́; tranſitoria ad hæredes.*

9 *Quilibet non tantùm pro ſe, ſed etiam hæredibus ſuis contrahere & paciſci creditur.*

10 *Penſio per viam gratiæ conſtituta, in dubio ad hæredes tranſit.*

11 *Cenſus titulo gratiæ à principe conceſſus in dubio perſonalis præſumitur.*

13 *Priuilegium principis decet eſſe permanſurum.*

14 *Priuilegium principis contra concedentem interpretandum quàm ampliſſimè.*

15 *Priuilegium ex gratia conceſſum in dubio cenſetur perſonale.*

16 Con-

16 *Coniectura ex quibus colligi poteſt, quandò priuilegium gratioſum ſit reale: remiſſiuè.*

17 *Legatum annui reditus in dubio præſumitur perſonale, & numeris ſeqq.*

18 *Annuum legatum cenſetur cauſa alimentorum relictum.*

19 *Legatum alimentorum hæredibus legatarii non debetur.*

20 *Legatum annuum pro primo anno purum eſt, pro ſequentibus conditionale.*

21 *An & quandò legatum conditionale ad hæredes tranſmittatur?*

22 *Cenſus titulo legati relictus, facta mentione hæredum, eſt perpetuus.*

23 *Item ſi relinquatur ſub dictione, Perpetuò.*

24 *Legata annua ſub nomine appellatiuo relicta præſumuntur ad hæredes tranſitoria.*

25 *Legatum Principi, Epiſcopo &c. relictum, tranſit in dubio ad ſucceſſorem, & num. ſeq.*

27 *Annuum legatum Canonicis, Ciuibus &c relictum, non ſolùm præſentibus, ſed & futuris debetur.*

28 *Ex coniecturis quandoq; colligitur legatum ſub nomine appellatiuo relictum, eſſe perſonale non reale.*

29 *An legatum vxori relictum debeatur ſecundæ, quam legans mortua prima duxit?*

30 *An legatum annuum Epiſcopo conſanguineo relictum ſit perſonale?*

31 *Legatum Auguſtæ non cenſetur dignitati, ſed perſonæ tributum.*

32 *Auguſta dignitatem habet ab Auguſto.*

33 *Annuum legatum communitati relictum præſumitur reale & durat quandiu ſtat ſalua communitas.*

34 *Vniuerſitas non perit, etſi ſinguli de ea pereant.*

35 *Cenſus ſecundò finitur reluitione.*

36 *Vtrùm ad impediendum curſum penſionum requiratur depoſitio, An verò ſufficiat realis prætii oblatio?*

37 *Opinio prima requiri depoſitionem.*

38 *Notatur tacitè Andreas Fachineus.*

36 Opi-

39 *Opinio ſecunda ſufficere realem precii oblationem, ſinè depoſitione: Quæ verior.*

40 *Oblatio realis vim ſolutionis habet: & cur? vt num. ſeq.*

42 *Non ex tempore depoſitionis, ſed oblationis realis inhibetur curſus vſurarum.*

41 *Vſuræ non debentur ſi creditor ſit in mora accipiendi pecuniam.*

44 *Verus intellectus l. tutor pro pupillo. §. 1. ff. de adminiſt. tutor.*

45 *Reſpondetur argumentis primæ opinionis, & qui ſint effectus oblationis, qui realis depoſitionis, oſtenditur.*

46 *Non extante aut mutata moneta antiqua, an, & qua moneta reluitio fieri debeat?*

47 *Precium ſimpliciter inter contrahentes expreſſum, intelligitur conſtitutũ in moneta vſuali, & frequentata in loco cõtractus.*

48 *Contractus ſecundùm conſuetudinem loci, & in moneta conſueta, celebratus præſumitur.*

49 *Vetere moneta in qua reluitio fieri debuit, non extante, quomodò redimendus ſit cenſus?*

50 *Si moneta conuenta adhuc extet, nec valor eius adhuc mutatus ſit, non tenetur debitor accipere monetam alterius materiæ, etiam proba, ad æſtimationem monetæ promiſſæ: & cur? num. ſeq.*

51 *Inuito creditori aliud pro alio ſolui nequit.*

52 *Creditor cogitur accipere monetam diuerſæ formæ & characteris, dum tamen vtrumq; ſit eiuſdem materiæ.*

53 *An debitor contra creditorem præſcribere poſſit, vt penſiones & capitale, in alia quàm conuenit moneta, accipiat: & n. ſeq.*

55 *Obligatus ad aureos florenos, in auro ſolutionem facere debet, & obligatus ad argenteam monetam, poteſt ſoluere in quavis moneta argentea*

56 *Reprobatur eorum opinio, qui dicunt ex generali conſuetudine aurum pro argento, & contra ſolui poſſe.*

57 *Fachineus ſibi contrarius.*

58 *Moneta mutari poteſt extrinſecè intrinſecè, & vtroq; modo ſimul.*

59 *Mutato valore monetæ ſolutio fieri debet ſecundùm tempus contractus, contra communem.*

60 *Ob metum mutationis monetarum, valet pactum, vt certa moneta, in certo numero, & ſub certa æſtimatione ſoluatur.*

61 *Vtrùm verba,* Gutte oder Reiniſche Gülden / *intelligantur de aureo, an de argenteo Imperiali floreno.*

62 *Nomine* Reiniſche wolwichtige Gulden / oder Reiniſch in Goldt / *intelliguntur aurei floreni*, oder Goldtgülden.

63 *An ſi mometa mutetur quo ad bonitatem intrinſecam, ſolutio facienda ſit ſecundùm æſtimationem temporis contractus, an verò ſolutionis.*

64 *Opinio prima, ſolutionem faciendam eſſe ſecundùm æſtimationem temporis contractus.*

65 *Olim maius fuit pondus aureorum nummorum, quàm hodiè.*

66 *In mutuo æquè bonum reddendum.*

67 *Vinum nouum non rectè redditur pro vetere.*

68 *Si menſura mutetur, debitor tenetur reddere mutuum ſecundùm menſuram temporis contractus.*

69 *Creditor non tenetur aliud pro alio accipere, ſi indè damnum patiatur*

70 *Opinio noſtra, ſi moneta mutetur quo ad bonitatem intrinſecam, ſolutionem rectè fieri, ſecundùm æſtimationem monetæ, quæ eſt tempore ſolutionis.*

71 *Hanc opinionem conſuetudo probat, vt num. 73.*

72 *In moneta quatenus tali, valor impoſititius principaliter ſpectatur.*

73 *Noua moneta, etſi quoad pondus aliquantum minuatur, eiuſdem tamen eſt valoris, cuius vetus.*

74 *Solutio argumentorum primæ opinionis.*

75 *Valor magis pertinet ad ſubſtantiam monetæ, quàm materia.*

76 *In mutuo pecuniæ valor impoſititius, in mutuo aliarum rerum fungibilium materia principaliter ſpectatur.*

77 *Intellectus c. cum Canonicis, de cenſibus.*

79 *Me-*

78 *Moneta tàm intrinſecè, quàm extrinſecè mutata, ſolutio facienda eſt iuxta valorem, quem habuit tempore contractus.*
79 *Si moneta quæ fuit tempore contractus, amplius non extet, quomodò facienda ſit ſolutio?*
80 *Vtrùm licitum ſit pactum, vt tàm cenſus, quàm aliæ res maiori precio reuendantur, quàm fuerint emptæ.*
81 *Opinio prima: Hoc pactum etiam in emptione aliarum rerum à cenſu non eſſe licitum.*
82 *Vtrùm ex modicitate precii, & pacto redimendi, contractus præſumatur vſurarius? & num. 87.*
83 *Inter contrahentes iuſtitiæ commutatiuæ ratio adhibenda eſt. & num 83.*
84 *Opinio noſtra: Hoc pactum in emptione aliarum rerum à cenſu non eſſe illicitum.*
85 *Rerum precia non ſunt ſemper certa.*
86 *Soluuntur argumenta primæ opinionis.*
89 *Expenſæ & meliorationes, quas primus emptor, bona fide fecit augent redemptionis precium.*
90 *An primus emptor, expenſas quas in fraudem ſecundi emptoris fecit, repetere poſſit?*
91 *Non valet pactum: vt cenſus maiori precio reluatur, quàm fuerit emptus.*
92 *Precia rerum lege vel conſuetudine definita, conſiſtunt in indiuiſibili.*
93 *Precium cenſus redimibilis eſt hodiè conſtitutionibus Imperii definitum.*
94 *Valet pactum, vt cenſus minori precio redimatur, quàm fuerit emptus.*
95 *Pacta quæ venditoris commodum, & emptoris grauamen continent, in emptione cenſus ſunt licita.*
96 *Vtrùm iuri reluendi cenſum longiſſimo tempore præſcribatur?*
97 *Opinio prima affirmans.*
99 *Infinitas euitanda.*

cenſib. c. in obſcuris, de reg. iur. in 6. atqui cenſus redimibilis minus grauis eſt debitori, quàm irredimibilis, ergò &c. Poſterior eſt, quod contractus emptionis cenſus ſit admodum odioſus, magnam cum mutuo ſub vſuris affinitatem habens, ideoque in fauorem venditoris iudicandus. Quæ argumenta leuia ſunt. Nam † ad prius
130
131 reſpondetur, † in dubio inſpiciendum primò, quid frequentius fieri ſoleat, *d l. ſemper in obſcuris, ff. de reg. iur. l. ſemper in ſtipulationibus, eod. tit.* & ſi quod eſt veriſimilius, aut frequentius diſcerni nequeat, tùm demum, & in ſubſidium ſequendum id, quod minimum eſt, per allegatam *l. ſemper in ſtipulationib. & l. ſemper in obſcuris.* vbi Decius *num.* 1. *ff. de reg. iuris*, atqui in caſu propoſito res tàm dubia non eſt, quin ex natura contractus veriſimiliter colligi poſſit contrahentium voluntatem fuiſſe, quòd abſque pacto redimendi, cenſus contractum celebrare cogitent. Ad poſterius dicitur eſſe quidem hunc contractum emptionis cenſus odioſum, non tamen indè effici, aut conſequi, quòd in venditoris fauorem ſemper ſit interpretatio facienda, ne contra mentem contrahentium alteram partem lædi, & decipi contingat.

132 *Sit* † *itaq. ad quæſtionem reſponſio & concluſio*; quoties de annui reditus titulo emptitio conſtat, nec tamen liquidum eſt per ſcripturam, aut teſtes, an eam legem & pactum habeat, vt redimi poſſit, quòd in dubio contractus præſumatur irredimibilis, abſque pacto redimendi celebratus, Couarruuias *dicto lib.* 3 *cap.* 10 *nu.* 5. *verſic. Quartò quoties*, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 109. *num.* 13. Ratio concluſionis eſt multiplex: Prima, † quòd
133 non eſt de contractus ſubſtantialibus, aut naturalibus, ſed accidentalibus, id contractui ineſſe non præſumitur,

tur, nam † accidens ſeparabile ineſſe non iudicatur, atqui † pactum redimendi non eſt de emptione cenſus ſubſtantialibus, aut naturalibus, ſed accidentalibus. *l.1.& toto tit. Cod. de pactis inter empt. & vendit.* igitur in dubio pactum redimendi contractui non ineſt: Secunda,† contractus ſecundùm naturam ſuam celebratus præſumitur. *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati.* Iacobus Menochius *de præſumptionib. lib. 3. præſumption. 38. num. 6.* atqui † natura contractus emptionis eſt, vt rei emptæ dominium penes emptorem ſit perpetuò, atque irreuocabiliter, ergò &c. Tertia, † cùm conceſsio referri non poteſt magis ad temporale, quàm perpetuum, tunc in dubio quod poteſt eſſe temporale, & perpetuùm, præſumitur perpetuum. *l. obligationum. §. placet. ff. de actionibus & obligationibus.* Bartolus *l. ſi adulterium. §. 1. ff. ad leg. Iuliam. de adulteriis.* Iacobus Menochius *de præſumptionib. lib. 2. præſumpt. 16. num. 16 l. ſufficit.* vbi Bartolus & Iaſon *ff. de condiction. indebiti.* Andreas Tyraquellus *de retractu conuent. §. 2. gloſſa 1. num. 39.* 136 137 138

Vitiatur concluſio prmò, † ſi ex prouinciæ conſuetudine cenſus redimibiles frequentius, quàm irredimibiles emi ſoleant, eo enim caſu ex frequentiori, regionis vſu, & conſuetudine cenſus iudicatur redimibilis, ita Couarruuias *præcit. loco, num. 5. verſiculo, Tertiò ſi.* ratio eſt, quia † contractus iuxta regionis & contrahentium conſuetudinem celebratus præſumitur. *l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iuris.* Menochius *lib. 3. præſumpt. 38. & 43.* 136 140

Secundò vitiatur concluſio, † quandò precium

 annui 141

annui reditus valdè eſt exiguum, ita vt inſpecto tempore contractus id precium in annuo reditu irredimibili foret iniquum, puta, ſi centum empti ſint quinque, nam tunc cenſus præſumitur redimibilis, etſi in ipſa ſcriptura conſtitutionis non fuerit pactio redimendi expreſſa, Carol. Molinæus *de contractibus. quaſt.5. num.* 128 Couarruuias *dicto loco, verſic. Quartò*, Petrus Binſfeldius *citato cap in ciuitate, quaſt.13. concluſ 4. de vſuris.* dicens, attendendum eſſe an pro more patriæ precium cenſus conueniat redimibili vel irredimibili: Sic ſi viginti quinque aureis vnus fuerit emptus, & centum quatuor eſſent comparati, cenſus iudicandus foret irredimibilis: Sin autem viginti vnus, & centum quinq; eſſent empti, contractus cenſualis redimibilis præſumeretur.

142 Probatur † hæc emptio *Maximiliani Primi Anno* 1500. *Caroli Quinti, Anno* 1548. *Auguſta & Rodolphi Secundi Anno* 1577. Francofurti editis conſtitutionibus, quibus emptio cenſus, qua centum emuntur quinque non aliter cenſetur licita, quám ſi redimendi facultas penes venditorem perpetuò, ſemperque exiſtat, quacunque tandem forma literæ ſint conceptæ, hoc eſt, etſi pactum ſit factum ne cenſus redimi queat.

143 Tertiò † vitiatur concluſio, ſi annui reditus conſtitutio, & titulus allegatus neque teſtibus, neque literis, ſed ex diuturno tantùm præſtatione, hoc eſt decem annorum perceptione probetur: nam tunc cenſus præſumitur redimibilis, ſecundùm Couarru. *præallegato loco, verſic. Quintò, vbi ea ratione*, quòd in tali dubio leuius & minus ſit præſumendum.

144 Quod † ſublimitat Couarruuias niſi præſtatio annua facta ſit ex cauſa reditus annui perpetui, & irredimi-

dimibilis: nam ſi in prima, vel qualibet alia præſtatione expreſſa ſit cauſa annui reditus perpetui, & irredimibilis, ea præſtatio in vim confeſſionis probat plenè, donec de errore in contrarium doceatur, cùm confeſſio etiam extra iudicium parte præſente, atque acceptante facta, plenè probat. *l. Publia. §. fin. ff. depoſiti. l. cùm de indebito. §. final. ff. de probationibus, l. generaliter. Cod. de non numerata pecunia.* Carolus Molinæus *de contractibus, quæſtione vigeſima, numero centeſimo octauo, & 112.*

Vltimò † declaratur concluſio, quòd locum non habeat in cenſibus frumentariis, hoc eſt, iis qui non in pecunia, ſed in fructibus, puta vino, frumento &c. ſunt conſtituti, nam hi perpetuò, & ſemper ſunt redimibiles, etſi pactum redimendi ad contractum adiectum non ſit: quinimò † cenſus frumentarii hodiè prorſus ſunt prohibiti, & ſi in frumento emantur, mutantur in pecuniarios, atque de viginti florenis vnus ſolùm florenus penſionis loco ſoluitur, nec curatur, quanto fructus ſint empti, ita Inuictiſſimus Imperator *Rodolphus Secundus peculiari conſtitutione edita Francofurti Anno 1577. titulo decimo nono*, hoſce frumentarios cenſus in pecuniarios transformauit, eoſque perpetuò redimibiles eſſe voluit: ratio conſtitutionis eſt, quia † frumenti, & vini valor certus non eſt, ſed iam augetur, iam diminuitur, & qui canſus frumentarios emere cogitant, exſpectant occaſionem, hoc ē. annonę vilitatem, cum maximo venditoris cenſus damno: Idem in his *Auſtriacis prouinciis peculiari conſtitutione ſanciuit Archidux Ferdinandus fœliciſſima*

145

146

147

recordationis: Idem in Hiſpania conſtitutum teſtatur Couarruuias *lib 3.reſolut.cap.10.num 3.*

104 Cæterùm has *Imperatoris Rodolphi II & Ferdinandi Archiducis* conſtitutiones de cenſibus poſt conſtitutiones editas emptis, non de iis, qui antè ſunt comparati, hoc eſt, de futuris tantùm, non præteritis emptionibus exaudiendas eſſe ex Andr. Gaill. *lib.2 obſeruatione nona*, iam antè ſub initium capitis quinti, docuimus.

CAPVT OCTAVVM, QVIBVS MODIS IVS CENSVS EXTINGVATVR ET FINIATVR.

Svmmaria.

1 *Nihil tam naturale eſt, quàm vnumquodq; eo genere diſſolui, quo colligatum eſt.*

2 *Primus modus finiendi cenſum.*

3 *Elapſo tempore ad quod conſtitutus eſt, expirat cenſus.*

4 *Vitalitium expirat morte ementis.*

5 *An tempus ſit modus introducendæ, aut finiendæ obligationis, ad interpretationem l. obligationum ferè, §. placet, ff. de act. & obligat.*

6 *Quandò cenſus præſumatur temporalis vel perpetuus.*

7 *Cenſus diuerſis titulis conſtitui poteſt.*

8 *Annua penſio conſtituta titulo contractus præſumitur perpetua, adeoq; tranſitoria ad hæredes.*

9 *Quilibet non tantùm pro ſe, ſed etiam hæredibus ſuis contrahere & paciſci creditur.*

10 *Penſio per viam gratiæ conſtituta, in dubio ad hæredes tranſit.*

11 *Cenſus titulo gratiæ à principe conceſſus in dubio perſonalis præſumitur.*

13 *Priuilegium principis decet eſſe permanſurum.*

14 *Priuilegium principis contra concedentem interpretandum quàm ampliſſimè.*

15 *Priuilegium ex gratia conceſſum in dubio cenſetur perſonale.*

16 Con-

39 *Opinio ſecunda ſufficere realem precii oblationem, ſinè depoſitione: Qua verior.*

40 *Oblatio realis vim ſolutionis habet: & cur? vt num. ſeq.*

42 *Non ex tempore depoſitionis, ſed oblationis realis inhibetur curſus vſurarum.*

43 *Vſura non debentur ſi creditor ſit in mora accipiendi pecuniam.*

44 *Verus intellectus l. tutor pro pupillo. §. 1. ff. de adminiſt. tutor.*

45 *Reſpondetur argumentis primæ opinionis, & qui ſint effectus oblationis, qui realis depoſitionis, oſtenditur.*

46 *Non extante aut mutata moneta antiqua, an, & qua moneta reluitio fieri debeat?*

47 *Precium ſimpliciter inter contrahentes expreſſum, intelligitur conſtitutũ in moneta vſuali, & frequentata in loco cõtractus.*

48 *Contractus ſecundùm conſuetudinem loci, & in moneta conſueta, celebratus præſumitur.*

49 *Vetere moneta in qua reluitio fieri debuit, non extante, quomodò redimendus ſit cenſus?*

50 *Si moneta conuenta adhuc extet, nec valor eius adhuc mutatus ſit, non tenetur debitor accipere monetam alterius materiæ, etiam probæ, ad æſtimationem monetæ promiſſæ: & cur? num. ſeq.*

51 *Inuito creditori aliud pro alio ſolui nequit.*

52 *Creditor cogitur accipere monetam diuerſæ formæ & characteris, dum tamen vtrumq; ſit eiuſdem materiæ.*

53 *An debitor contra creditorem præſcribere poſſit, vt penſiones & capitale, in alia quàm conuenit moneta, accipiat: & n. ſeq.*

55 *Obligatus ad aureos florenos, in auro ſolutionem facere debet, & obligatus ad argenteam monetam, poteſt ſoluere in quauis moneta argentea*

56 *Reprobatur eorum opinio, qui dicunt ex generali conſuetudine aurum pro argento, & contra ſolui poſſe.*

57 *Facbineus ſibi contrarius.*

58 *Moneta mutari poteſt extrinſecè intrinſecè, & vtroq; modo ſimul.*

59 *Mutato valore monetæ, ſolutio fieri debet ſecundùm tempus contractus, contra communem.*

78 *Moneta tàm intrinſecè, quàm extrinſecè mutata, ſolutio facienda eſt iuxta valorem, quem habuit tempore contractus.*

79 *Si moneta quæ fuit tempore contractus, amplius non extet, quomodò facienda ſit ſolutio?*

80 *Vtrùm licitum ſit pactum, vt tàm cenſus, quàm aliæ res maiori precio reuendantur, quàm fuerint emptæ.*

81 *Opinio prima: Hoc pactum etiam in emptione aliarum rerum à cenſu non eſſe licitum.*

82 *Vtrùm ex modicitate precii, & pacto redimendi, contractus præſumatur vſurarius? & num. 87.*

83 *Inter contrahentes iuſtitiæ commutatiuæ ratio adhibenda eſt. & num 83.*

84 *Opinio noſtra: Hoc pactum in emptione aliarum rerum à cenſu non eſſe illicitum.*

85 *Rerum precia non ſunt ſemper certa.*

86 *Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

89 *Expenſæ & meliorationes, quas primus emptor, bona fide fecit augent redemptionis precium.*

90 *An primus emptor, expenſas quas in fraudem ſecundi emptoris fecit, repetere poſsit?*

91 *Non valet pactum: vt cenſus maiori precio reluatur, quàm fuerit emptus.*

92 *Precia rerum lege vel conſuetudine definita, conſiſtunt in indiuiſibili.*

93 *Precium cenſus redimibilis eſt hodiè conſtitutionibus Imperii definitum.*

94 *Valet pactum, vt cenſus minori precio redimatur, quàm fuerit emptus.*

95 *Pacta quæ venditoris commodum, & emptoris grauamen continent, in emptione cenſus ſunt licita.*

96 *Vtrùm Iuri reluendi cenſum longiſsimo tempore præſcribatur?*

97 *Opinio prima affirmans.*

99 *Infinitas euitanda.*

99 *Præſcriptio longiſſimi temporis eſt odioſa.*

100 *Vtrùm actio perſonalis 30. annor ſpacio tollatur? & n. 144.*

101 *An dictiones, Semper, in perpetuum, pacto de retrouendendo adiectæ, excludant longiſſimi temporis præſcriptionem?*

102 *An, ſi pactum de retrouendendo iuratum ſit, facultas redimendi cenſus longiſſimo tempore excludatur?*

103 *Ius reluendi cenſum non extinguitur 10. annis, contra Ancharanum, & cur? num. ſeq.*

104 *Actio perſonalis durat 30. annos.*

105 *An iuri reluendi cenſum, præſcribatur 30. annis, tàm bona, quàm mala fide.*

106 *Vtrùm in eo, qui eſt actione perſonali obligatus, dari poſſit bona fides? remiſſiuè.*

107 *An primus venditor oblato reuenditionis precio, retentione vti poſſit, ſi poſt triginta annos rei poſſeſſionem nanciſcatur?*

108 *Opinio Couarruuiæ de præſcriptione iuris reluendi in cenſibus redimibilibus.*

106 *Natura emptionis perpetua eſt, nec tollitur temporis præſcriptione.*

110 *Inducta ad vnum effectum, non debent eius contrarium operari.*

111 *Per præſcriptiones occurritur iuri agendi, non iuri excipiendi.*

112 *Annuæ præſtationes cenſentur factæ, ex titulo præcedenti.*

113 *Annui reditus redimibiles minori precio emuntur, quàm irredimibiles.*

114 *Opinio ſecunda iuri reluendi cenſum nullo vnquàm tempore præſcribi, quæ noſtra eſt, vt num 133.*

115 *An quæ meræ facultatis ſunt, præſcriptione tollantur?*

116 *Facultati altius tollendi ædes, ne mille quidem annis præſcribitur.*

117 *Ius gladii præſcriptione non amittitur.*

118 *In omni præſcriptione neceſſaria poſſeſſio vel quaſi.*

119 *Sciens ſe ex pacto ad reuendendum obligatum, nullam habet poſſeſſionem vel quaſi.*

120 *Ven-*

120 *Venditor eſt in quaſi poſſeſſione iuris redimendi.*

121 *Malæ fidei poſſeſſor nullo vnquam tempore præſcribit.*

122 *Vtrùm ſciens ſe ex pacto ad reuendendum obligatum, ſit in mala fide, antequàm ei à primo venditore offeratur pretium.*

123 *Hæres legato 30 annis aduerſus legatarium præſcribit, etſi ſciat id verè relictum eſſe. & num. 138.*

124 *Alia eſt natura facultatis acceptandi legatum, alia facultatis redimendi rem ex pacto, & num. ſeq.*

126 *Opinio tertia diſtinguens inter bonæ & malæ fidei poſſeſſorem quoad præſcriptionem iuris reluendi.*

127 *Hæc tertia opinio videtur principium petere.*

128 *Duo caſus quibus emptor ſub pacto de retrouendendo, poteſt eſſe in bona fide.*

129 *Caſus prior.*

130 *Caſus poſterior.*

131 *Opinio quarta problema eſſe poſſe, An iuri reluendi in emptione aliarum rerum à cenſu, præſcribi poſſit.*

132 *Vtrùm in Quæſtionibus problematicis iudex & conſulens, modo hanc, modo illam partem ſequi poſſit.*

134 *Duplex facultas aliquid faciendi cum iure formato coniuncta.*

134 *Probatur hæc diſtinctio facultatis aliquid faciendi.*

136 *Seruitutes ruſticæ ſolo non vſu amittuntur.*

137 *Seruitutes vrbanæ non amittuntur non vſu, ſed prohibitione opus eſt.*

139 *Vtrùm legatario competat ius ad legatum ſimpliciter?*

140 *Facultas redimendi rem venditam, ſolo non vſu non amittitur.*

141 *Reſpondetur ad argumenta opinionis affirmantis.*

142 *Præſcriptioni 30. annorum, tacitè renunciari poteſt.*

143 *An præſcriptio ob bonum publicum principaliter ſit introducta.*

145 *Tertius modus amittendi cenſum.*

146 *Vti præſcriptione 30. annorum ius cenſus acquiritur ita & amittitur.*

147 *Si 30. annis nulla penſio ſoluatur, præſcribitur vniuerſo iuri*

169 *Opinio prima affirmans.*
170 *Quandò tertius poſſeſſor hypothecariæ creditori competenti præſcribat? & num 178.*
171 *Opinio noſtra negans.*
172 *Agere non valenti, non currit præſcriptio.*
173 *Ciuilis poſſeſſio vel quaſi, non eſt penes poſſeſſorem prædii, ex quo alius penſionem ſoluit, ſed penes cenſitorem, & numero 75.*
174 *Interruptio impedit præſcriptionem.*
175 *Reſpondetur argumentis primæ opinionis.*
176 *Duo eandem rem, eodem modo poßidere nequeunt.*
177 *Sola naturalis poſſeßio ad præſcriptionem non ſufficit.*
179 *Vltimus modus amittendi cenſum.*
180 *Vtrùm prædio cenſuali perempto, pereat & ius cenſus?*
181 *Opinio prima negans.*
182 *Huius opinionis ratio & fundamentum, & num. 184.*
183 *Pignore & hypotheca peremptis, obligatio perſonalis nihilominus ſalua manet, & num 239.*
185 *Opinio ſecunda affirmans.*
186 *Vocabula ad res ſignificandas inuenta ſunt.*
187 *Venditione perfecta periculum rei venditæ ad emptorem pertinet.*
188 *Debitor ſpeciei, eius interitu liberatur.*
189 *Opinio Binsfeldii, diſtinguentis inter cenſus, qui olim emebantur & hodiernos.*
190 *Reprobatur hæc opinio.*
191 *Cenſus alius perſonalis, alius realis, & quid vterq;?*
192 *Cenſus perſonalis alius purus, alius mixtus, vbi vtriusq; deſcriptio.*
193 *Tribus modis cenſus conſtitui poteſt, ſuper bonis alicuius.*
194 *Reditus eſt ius & conſequenter relatio.*
195 *Ius cenſus reſidet in eo, cui penſio debetur, & quæ relatiua illi iuri reſpondeant.*
196 *Obligatio qua venditor cenſus realis emptori ad annuam præſtationem, obſtringitur, non eſt principalis, ſed acceſſoria contra Couarr. & alios.*

197 *Res ex qua cenſus venditur, principaliter eſt obligata.*

198 *Obligatio ſoluendi penſionem realem, ſequitur rem non perſonam.*

199 *Cenſus merè perſonalis non expirat morte cenſitoris, ſed obligat etiam hæredes illius.*

200 *Pacta & ſtipulationes in dubio tranſeunt in hæredes tàm actiuè quàm paſſiuè.*

201 *Defunctus & hæres vna perſona cenſentur.*

202 *An vitalitium idem ſit cum cenſu merè perſonali?*

203 *An cenſus dicatur ideò perſonalis, quod ſuper perſona conſtituatur?*

204 *An & quandò cenſus perſonalis in hæredem, qui ſit perſona infructifera, paſſiuè tranſire poſſit.*

205 *Venditore cenſus merè perſonalis ſine hærede mortuo, perit ius cenſus.*

206 *Cenſus ſuper bonis, rebus, & iuribus, tùm vniuerſali, tùm indefinita oratione conſtitutus, quia mixtus eſt, non perit, etſi omnes venditoris res perierint, & num* 210.

207 *Ius laborum perſonæ, continetur nomine, Rerum, Bonorum, & iurium.*

209 *Vocabula, res & bona, ſunt tranſcendentia.*

209 *Vno ex diuerſis principalibus extincto, non extinguitur protinus & alterum.*

211 *Oratio indefinita in materia neceſſaria, & ex veriſimili mente contrahentium, æquipollet vniuerſali.*

212 *Ius lucrorum hominis eſt ius.*

213 *Cenſus realis extinguitur, rebus ſuper quibus ſeu limitate, ſeu ſimpliciter, in indiuiduo ſeu ſpecie conſtitutus eſt, peremptis, & num.* 216.

214 *Rei interitus, vti ſeruitutis, ita & ius cenſus realis extinguit.*

215 *Cenſus eſt quædam quaſi ſeruitus.*

217 *Contractus cenſualis ratione emptoris eſt odio plenus.*

218 *Cenſus realis ſemel extinctus non reuiuiſcit, etſi in locum rei deſtructæ, alia reponatur.*

Digitized by Google

219 *Noua ædificia non ſunt eadem cum prioribus.*

220 *Cur, cum in pignore area obligetur, non idem fiat in cenſu reali.*

221 *Cenſus realis non perit, re ſuper qua conſtitutus eſt, culpa cenſiti perempta.*

222 *Qui culpa ſua damnum dat, id reſarcire tenetur.*

223 *An cenſitor prohibere poſſit, ne cenſitus prædii cenſualis formam & ſtatum mutet?*

224 *An parte prædii cenſualis perempta, pereat & ius cenſus, pro parte.*

225 *Reſpondetur ad bullam* Pii Quinti Pontificis *Maximi, qua conſtituitur, vt re partim perempta, cenſus & pro parte diminuatur.*

226 *Cenſitus & emphyteuta comparantur in ſolutione penſionis, ſi res cenſualis & emphyteutica perierit.*

227 *Intellectus l.4.§.quare.ff.de cenſibus.cum ſimilib.*

228 *Cenſus publicus imponitur pro menſura prædiorum, & numero iugerum, cenſus verò priuatus præſtatur pro ratione precii, quod pro iure cenſus datur.*

229 *An ſemper? quæ eſt ratio totius ad totum, eadem ſit partis ad partem.*

230 *Argumentum à ſimili magis ad docendum quàm probandum confert.*

231 *Vtrùm ob paucorum annorum ſterilitatem, cenſitor penſionem remittere aut minuere debeat.*

232 *Cenſitor non emit penſiones, ſed ius ad illas.*

233 *In optione cenſiti eſt, penſionem vel ſoluere, vel prædium ſterile deſerendo, ſe ab onere cenſus liberare.*

234 *Cur non vt colonis ob ſterilitatem penſio remittitur, ita etiam remittatur cenſitis.*

235 *Non ideò ſtatim remittenda eſt penſio, quod prædium cenſuale pauciores hoc, quàm conſtitutionis tempore fructus ferat.*

236 *Licitum eſt pactum, vt pereunte re ſuper qua cenſus conſtitutus eſt, venditor ad penſiones præſtandas perſonaliter ſit obligatus, contra Nauarram.*

237 *Nulla propter hoc pactum ſpecialis compenſatio venditori eſt facienda, contra Ludovvicum Molinam.*

238 *In cenſu mixto re pereunte, obligata remanet perſona.*

240 *Prædio, quod demonſtrandi tantùm cauſa in cenſu merè perſonali appoſitum eſt, perempto, cenſus non perit.*

141 *Vtrùm cenſitus cenſitori, an contra, terminos, fines, numerum, & amplitudinem prædiorum cenſualium oſtendere cogatur?*

242 *Opinio prima, cenſitorem debere terminos &c. prædii cenſualis oſtendere cenſito: Idem de domino feudi, & emphyteuſeos dicendum.*

243 *Nemo cogitur oſtendere poſſeſſionis ſuæ titulum, Fallit vt num. 267. & tribus ſeqq.*

244 *A reo nulla exigenda probatio, Fallit vt num. 271.*

245 *Actore non probante reus abſoluitur, etſi de ſuo nihil præſtiterit.*

246 *Nemo contra ſe probationem facere tenetur.*

247 *Reus ſua documenta ad actoris intentionem fundandam edere non tenetur.*

248 *Quæ contra me ſunt inſtrumenta proferre non cogor.*

249 *Opinio ſecunda cenſitum debere terminos &c. prædii cenſualis oſtendere cenſitori.*
Idem de vaſallo & emphyteuta dicendum.

250 *Præſumptio iuris eum pro quo militat, releuat ab onere probandi: Idq; in aduerſarium transfert.*

251 *Pro cenſitore præſumptio eſt, quòd cenſitus prædium cenſuale poſſideat, & eius poſſeſſorem ſciat.*

252 *Poſſeſſio vel quaſi transfert onus probandi in aduerſarium, & num. 262.*

153 *Poſſeſſio in dubio præſumitur iuſta.*

254 *Cæteris paribus pro poſſeſſore iudicatur.*

255 *Cenſitus, vaſallus, emphyteuta tenentur literas renouationis, & inueſtituras ſuas exhibere, illiúsq; titulum ſuæ poſſeſſionis probare.*

256 *Inſtrumenta communia tenetur reus actori edere, & n. 272.*

257 Do-

257 *Dominus proprietatis etiam vtile dominium vindicare poteſt, niſi dominus vtilis illud ad ſe pertinere probet, & cur?*

258 *Si cenſitor aut proprietarius ſit fiſcus aut pia cauſa, debent illi inſtrumenta edi ex ſpeciali priuilegio.*

259 *Cenſito, emphyteutæ, vaſallo, prædiorum ſuorum terminos oſtendere nolentibus, an omnia illorum bona præſumantur cenſualia emphyteutica, feudaliaq́; & num. ſeq.*

261 *Cenſitus emphyteuta, vaſallus, qui ſe tales eſſe negant non tenentur oſtendere fines &c. ſuorum prædiorum.*

262 *Cenſitus, emphyteuta, vaſallus, qui longo vel longiſſimo tempore penſionem ſoluerunt, docere debent, ſe id per errorem feciſſe.*

263 *In feudo & emphyteuſi recens conſtitutis, tenetur dominus directus prædiorum feudalium, & emphyteuticorum limites oſtendere.*

264 *In cenſu conſtitutiuo recens comparato tenetur cenſitus limites prædii cenſualis oſtendere.*
In cenſu reſeruatiuo, tenetur ad hoc cenſitus.

265 *Si cenſitor dominus feudi & emphyteuſeos, fines & inſtrumenta prædiorum mala fide petant, rectè illis denegantur.*
Et quandò dicantur hoc mala fide, petere.

266 *Creditor & dominus directus prædiorum cenſualium limites, inſtrumenta &c petens de calumnia iurare debent.*

267 *Reſpondetur ad argumenta primæ opinionis.*

268 *Is contra quem petitione hæreditatis agitur, tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis.*

269 *Petitio hæreditatis non datur contra eum qui titulo ſingulari poſſidet & cur: remiſſiuè.*

370 *Is contra quem præſumptio iuris militat, tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis.*

272 *Inſtrumenta communia reus actori edere debet.*

273 *Vtrùm inſtrumenta cenſiti, emphyteutæ, vaſalli, ſint communia, An ipſorum priuata?*

274 *An, & quandò differant edere, exhibere, tradere inſtrumentum, & aliquid probare inſtrumento?*

Digitized by Google

Ad cuius reſolutionem tres caſus ſunt diſtinguendi: *aut* † enim cenſus eſt conſtitutus titulo contractus: 7
aut titulo gratiæ à principe factæ: *aut* denique titulo legati.

Primò caſu concluſio eſt, quòd † annua penſio 8
conſtituta titulo contractus præſumatur perpetua, adeoque ad hæredes tranſitoria. *l. ſi Stichum, § ſtipulatio. ff. de verborum obligationib.* ratio eſt, quia † contrahentes 9
& paciſcentes præſumũtur etiam contrahere & paciſci pro hæredibus. *l. ſi pactum. ff. de probationibus. l. veteris. C. de contrah. ſtipulat.* And. Gaill *lib. 2. obſeruat. 2 n. 27* Menoch. *de præſ. lib. 3. præſ.* 47.

10
Secundo caſu concluſio eſt, quòd † penſio per viam gratiæ conſtituta in dubio ad hæredes tranſeat, Baldus *l. apud Iulianum, § ſi quis alicui, ff. de legat.* 1. Alexander *l. qui tali. num. 2. ff. ſoluto. matrimon.* ratio eſt, quia † conceſſio gratioſa in dubio realis non perſona- 11
lis cenſetur, ideoque ad hæredes tranſit. Menoch. *dicto lib. 3. præſumpt. 103. n. 29.*

Declaratur † *concluſio*, primò, quòd procedat, ſi an- 12
nuus cenſus à principe ſit conſtitutus, ſecus ſi ab inferiore ſit conceſſus, nam hic præſumitur perſonalis, Menochius *dicto loco. num.* 31. ratio prior eſt, quia † pri- 13
uilegium principis decet eſſe manſurum. *cap. decet. de regul iuris. in 6*, poſterior eſt, quia † priuilegium prin- 14
cipis contra concedentem quàm ampliſſimè eſt interpretandum. *l fin. ff. de conſtitutionib. princip.* Decius *l. in omnibus. ff. de reg. iur. n. 2. & 7.*

Secundò † *declaratur concluſio*, quòd procedat in con- 15
ſtitutione cenſus, ſecus in conceſſione priuilegii: nam hoc ex gratia conceſſum cenſetur perſonale, Andreas Gaill *dicto loco, numero vndecimo.* niſi ex † con- 16

iecturis, quòd ſit reale colligi poſſit, quas refert Menochius *præcit. præſumpt.* 103.

Tertio caſu concluſio eſt, quòd † legatum annui
17 reditus in dubio præſumatur perſonale, legatariique morte finiatur, adeoque ad hæredes non tranſeat. *l.* 4. *& l. in ſingulos annos, ff. de annuis legat. l. cùm Titia, ff.*
18 *ad l. Falcid.* ratio † prior eſt, quia annuum legatum cenſetur cauſa alimentorum relictum, *l. cùm hi. §. ſi in annos*
19 *ſingulos. ff. de tranſact.* atqui legatum † alimentorum hæredibus legatarii non debetur. *l. ſi cùm præfinitione. ff. quandò dies legator. cedat.* ratio poſterior eſt, quia lega-
20 tum † annuum pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus uerò conditionale, ſi viuat legatarius. *cit. l.* 4. *ff. de*
21 *annuis legat.* atqui † conditionale legatum antè conditionis euentum ad hæredes non tranſmittitur. *l. vnica. § ſi autem aliquid ſub conditione. Cod. de caduc. tollend.* Couarruuias *lib.* 3. *reſolution. cap.* 9 *circa finem, verſicul. Quartò. &c.*

22 Limitatur concluſio primò, ſi † hæredum facta ſit mentio, quo caſu morte legatarii ius cenſus non ex-
23 tinguitur. *l. in annalibus. C. de legatis.* aut † ſi ſub dictione *perpetuò* legatum relinquatur hunc in modum, lego annuatim decem perpetuò ſoluenda, Couar. *lib.* 3. *reſolut. cap.* 9. *num.* 11. *verſic. Quintò illud &c.* Menochius *de præſumptionibus. lib.* 3. *præſumption.* 103. *num.* 38. *& ſequenti.*

Secundò declaratur concluſio, vt non procedat,
24 ſi † ſub nomine appellatiuo annuum quid fuerit relictum, nam tunc in dubio legatum ad ſucceſſores eſt tranſitorium.

25 Hinc infertur primò, quòd † legatum principi relictum, dignitati cenſeatur factum, vndè principe mortuo

tuo ad ſucceſſorem tranſit legatum. *l. quod principi, ff. de legat* 2.

Secundò infertur, quòd † legatum Epiſcopo factum, dignitati præſumatur datum, ideoque mortuo hoc Epiſcopo, ſucceſſori legatum debeatur. 26

Tertio colligitur, quòd † annuum legatum Canonicis, aut ciuibus relictum non ſolùm præſentibus, ſed etiam futuris debeatur. *c. quoniam Abbas. de offic. de leg.* Notanter dixi, in dubio: nam † coniecturæ eſſe poſſunt, quæ ſuadent, quòd legatum etiam ſub nomine appellatiuo relictum, perſonæ fuiſſe conceſſum, adeoq; perſonale, & non reale eſſe. Sic legatum vxori relictum, non debetur ſecundæ poſt teſtamentum mortua prima ductæ. *l. ſi quid earum, §. fin. ff. de legat.* 3. Couarruuias *c requiſiuiſti num. 3. de teſtament.* ratio eſt, quia de futura vxore non præſumitur cogitaſſe teſtator: Sic legatum † annuum Epiſcopo conſanguineo relictum perſonale non reale cenſetur. Couarru. *dicto loco.* Menochius *de præſumpt. lib* 4. *præſumpt.* 111. *& ſeq.* ratio eſt, quia conſanguinitatis intuitu relictum cenſetur: Sic † legatum Auguſtæ relictum, perſonæ non dignitati tributum iudicatur. *l. ſi Auguſta ff. de legat.* 2. ratio eſt, quia † Auguſta dignitatem non à ſe, ſed ab Auguſto habet, ita Couarru. *citato loco, num.* 4. *l. quod Principi. ff. de legat.* 2. *cùm l. ſi Auguſta* concordat.

27 (Tertio colligitur) · 28 (Notanter dixi) · 29 (Sic legatum vxori) · 30 (annuum Epiſcopo) · 31 (Sic legatum Auguſtæ) · 32 (quia Auguſta)

Tertiò non procedit concluſio † in legato annuo relicto alicui communitati, puta, Eccleſiæ, Reipublicæ, Ciuitati &c. nam huiuſmodi legatum annuum reale non perſonale præſumitur, ideoque ne centum quidem annis finitur, ſed debetur quamdiù ſtat ſalua communitas. *l forma § quanquàm. ff. de cenſib.* ratio eſt, quia † ſemper dicitur eadem communitas, reſpublica, 33 34

& collegium, etſi ſinguli de vniuerſitate pereant, ac intereant. *l. proponebatur. ff. de iudiciis.* Couarruuias *præallegat. lib. 3. reſolution. cap. 9. num. 10. verſiculo, Quamobrem, &c.*

35 SECVNDVS MODVS EXTINGVENDI CENSVS EST præſcriptio, ſeu reemptio, vel reluitio, cùm videlicet ex pacto de retrouendendo cenſus diuenditus iterum emitur, atque redimitur: nam huiuſmodi pactum valere conſtat ex noſtris extrauagantibus, *Caroli V. & Rodolphi II.* Imperatorum conſtiturionibus iam ſæpius allegatis.

Hoc loco nonnullæ Quæſtiones diſcutiendæ oriuntur.

36 Prima eſt: *Vtrùm † ſufficiat oblatio realis: an verò requiratur realis depoſitio precii, cum cenſitor precium realiter oblatum, acceptare recuſat, ad effectum impediendi curſum penſionum?*

In qua Quæſtione repugnantes Doctorum exiſtunt ſententiæ. Nam † oblationem realem non ſuf-
37 ficere, ſed depoſitione opus eſſe cenſet gloſſa *l 2 Cod. de pactis inter empt. & vendit.* Bartolus & Salycetus *l, ſi à te. Cod. eod.* idem Bartolus, Salycetus & alii *in l. acceptam. C. de vſuris.* Alexander, Socinus & alii *in l qui*
38 *Romæ. §. Seiam. ff. de verborum obligationib.* Andreas † Fachineus olim in Academia Ingolſtadiana collega mihi honorandus *controuerſ. iuris lib. 2. cap. 41.* qui, dum ait

ait ſufficere oblationem realem precii, niſi aduerſa pars accipere recuſet, nihil noui adfert, nec vult aliud, quàm ſi creditor oblatam pecuniam recipere detrectet depoſitio requiratur ad effectum, vt actio quæratur vt vſurarum & penſionum curſus impediatur, vt fructus rei adquirantur, quòd dum aſſerit, nihil noui adfert: nam ſi creditor oblatam pecuniam acceptet, ceſſat quæſtio, quæ tunc ſolùm eſt, cùm oblatam pecuniam recipere detrectet creditor, mouenturque ſequentibus argumentis.

Primum eſt *ex l. ſi à te. C. de pact. inter empt. & venditor.* vbi Diocletianus & Maximianus ſanciunt, ſi ſe ſubtrahat emptor primus, quòd denunciationis, & obſignationis, depoſitionisq; remedio ſuo iuri debitor conſulere poſſit.

Secundum deſumitur *ex l. nec debitores. C. de pign. act.* vbi iidem Auguſti conſtituunt, quòd ddbitores reddita creditori pecunia, aut eo non acceptante, oblata, conſignata, ac depoſita pecunia duplicem habeant actionem, rei vendicationem, & pignoraticiā directam.

Tertium eſt *ex l. ſi per te, & l. acceptam. C. de vſuris.* vbi Philippus Imperator decernit, vſurarum curſum & ius pignoris non aliter tolli, quàm ſi mutua pecunia oblata, & non ſuſcepta, conſignata in loco publico deponatur.

Quartum eſt, *ex l. mulier. ff. de lege commiſ.* vbi obſignatione ſacculi cum pecunia opus eſt, ne emptor contra pactum commiſſorium egiſſe dicatur.

Deniq; pro ea opinione adfertur textus *in l. 2. C. de iure emphyt.*

Contrariam † opinionem, nempè oblationem realem abſque depoſitione ſufficere defendunt, 39

 Bald.

Bald. & Alberic. *d. l acceptam. C. de vſuris.* [redacted]. *de commerciis. quaſt. 39. num.* 206. & alii relati à Fachin. *lib. 2. cap.* 41. In quorum ſententiam ego co, ſequentibus à dductis argumentus.

40 Primò † *l. qui decem. 72. ff de ſolutionib.* vbi poſt oblationem realem periculum amiſſionis pecuniæ ad creditorem pertinere Iureconſultus reſpondet.

Nec infringitur vis argumenti, ſi dicatur, *in d. l. qui decem.* non hoc agi, an debitor offerens pecuniam, actionem conſequatur, aut à penſionibus præſtandis liberetur, ſed an poſt oblationem realem, periculum amiſſionis pecuniæ ad creditorem, vel debitorem per-

41 tineat. Nam ex † eo, quòd poſt realem oblationem periculum amiſſionis pecuniæ ad creditorem ſpectet, neceſſariò ſequitur, quòd oblatio realis vim ſolutionis habeat, obligationemque extinguat, & per conſequens vſurarum, & penſionum curſum impediat, atque actionem pariat.

Secundò per *l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* Nec tollitur vis argumenti, ſi dicatur *in d. l. 2.* contrahentes in ſpecie pactos eſſe, vt quandocunque pecunia offerretur, fundus reſtitueretur. Negatur enim Alexandrum Imperatorem *in cit. l. 2. verbo, obtuliſſent,* eam vim facere, quaſi contrahentes in ſpecie ita ſint pacti, vt ſi pecunia realiter offerretur, fundus reſtitueretur: nam idem abſque dubio reſpondiſſet Imperator, etſi contrahentes alio verbo, puta, reddidiſſet, dediſſet, fuiſſent vſi.

42 Tertiò probatur † per *l. ſi creditrici, C. de vſuris,* vbi definitur, quòd ex tempore oblationis realis, non depoſitionis, vſurarum curſus inhibeatur.

43 Quartò moneor † *l. qui Romæ, §. Seia. ff. de verbor. oblig.*

oblig vbi ſi creditor eſt in mora accipiendi pecuniam vſuræ non debentur.

Denique adducor † authoritate Marcelli *l. tutor pro pupillo* § 1 *ff de adminiſtr tutor*, vbi Vlpianus eos, qui realem oblationem ſufficere aiunt, notat, id eſt, reprehendit, atq; depoſitionē requiri vult; *Marcellus* oblationem realem ſufficere iuſtius dicit, *vbi ex Antonio Contio* notandum, verba illa *Vlpiani* melius in medio, quàm in fine §. ſtare, vt indè intelligatur, Vlpianum à Marcello reprehendi, & Marcelli ſententiam tanquàm vltimam probari, quidquid ibi dicat gl. Aliter exponit *d.* § *Molinæus dict. quaſt. 39. num. 297.* dicens, tutorem antè redditas rationes obtuliſſe pecuniam, vndè non mirum, ſi ad vſuras obligetur. 44

Ad † contrariæ opinionis argumenta vna adcommodatur reſponſio: nam ad eff. ctum vt quæratur actio debitori, impediatur curſus vſurarum & penſionum, tollatur ius pignoris, & ſpectet periculum amiſsionis pecuniæ ad creditorem, realis oblatio ſufficit: At ad reliquos effectus, vt debitor pleniſsimè ſit liberatus, & ſecuriſsimè ei ſit conſultum, & ſic ad benè eſſe, atque in cautelam abundantiorem requiritur depoſitio, ita reſpondet Carol. Molinæus *dicta quaſt. 39. n. 297.* 45

Secunda Quæſtio: *Si † moneta antiqua, ſub qua fieri debet redemptio, non reperiatur tempore redemptionis, aut mutata ſit, vtrùm reluitio habeat locum, & qua moneta precium ſit ſoluendum?* 46

In huius Quæſtionis reſolutione duo caſus principales ſunt diſtinguendi. *Aut* enim eſt conuentum inter contrahentes, qua ſpecie monetæ redemptio fieri debeat: *Aut* non eſt conuentum.

47 Priori caſu concluſio eſt, ſi† de precio inter contrahentes conuentum ſit ſimpliciter, nec expreſſum genus, aut qualitas monetæ, precium conſtitutum intel-
48 ligitur in moneta vſuali, ac frequentata in loco contractus: ratio eſt, quia † contractus ſecundùm loci conſuetudinem celebratus præſumitur, & in moneta vſuali ac conſueta *l. ſemper in ſtipulationib.* vbi Decius & Cagnol. *ff. de reg. iur l. Imperator. in fin. ff. de lega. 2. l. ſi ſeruus plurium § final ff de legat.* 1. Mynſingerus. *centur.* 4. *obſ.* 14.

Poſteriori caſu iterum duo caſus ſunt diſtinguendi: *Aut* enim periit moneta, atque extincta prorſus eſt, ita, vt amplius non extet: *aut* extat.

49 Priori caſu concluſio eſt, ſi † vetus moneta, in qua, vt fieret redemptio, conuentum eſt, amplius non extet, in moneta vſuali, ſeu currenti fieri poteſt ſolutio, & redemptio, ad valorem tamen, & intrinſecam bonitatem monetæ antiquæ, quæ tempore contractus in vſu erat. *cap. cum Canonicis de cenſibus* Carolus Molinæus *de commerc. quæſtione centeſima.* Couarruuias *de collatio. veteris numiſmat. capite ſeptimo.* §. *vnico. num.* 2. Andreas Gaill *lib.* 2. *obſeruat.* 73. *num.* 6. Mynſingerus *cent.* 4. *obſer.* 1.

Poſteriori caſu, hoc eſt, cùm moneta antiqua, in qua vt precium ſolueretur, conuenit, adhuc extat, denuò duo caſus ſunt diſcernendi.

Aut † enim valor monetæ non eſt mutatus,
50 ſed vnus, idemque eſt vtroque tempore: & tunc res

ſalua

ſalua eſt, nam reddere tenetur pecuniam debitor in
ſpecie monetæ conuentæ, nec monetam alterius ma-
teriæ, etiam probam ad monetæ promiſſæ æſtima-
tionem recipere cogitur creditor: ratio eſt, quia † aliud 51
pro alio inuito creditori non ſoluitur. *l. 2. §. 1 ff. ſi cer-
tum petatur*, vbi Bartolus, Alexander, Aretinus & alii,
idem Bartolus *l. Paulus ff de ſolutionib.* Antonius & Ab-
bas *cap quanto, de iureiurand.* Couarruuias *citato loco.
num.* 1. Sin † autem eiuſdem ſit materiæ, puta, vtraque 52
moneta argentea, cogitur creditor monetam diuerſæ
formæ & characteris accipere, ad eamque æſtimatio-
nem, quæ debetur, ſolutio rectè fit, ita Couarruuias
d. loc. verſ. Secunda concluſio.

Declaratur concluſio, quòd † etſi in alia ſpecie
& materia, quàm conuentum eſt, penſiones annuæ 53
aliquot annis ſint ſolutæ, quòd tamen neque eas im-
poſterum, neque capitale in moneta alterius mate-
riæ, quàm conuentum ſit, recipere cogatur creditor. gl.
cap. cùm peruenit & cap. cum canonicis. de cenſibus. Andr.
Gaill. *lib 2. obſeruation.* 73. niſi † monetæ conuentæ fue- 54
rit præſcriptum, hoc eſt, ſolutio in alia moneta ſupra
quadraginta annos facta, quæ quinto capite diximus.
Hinc eſt, quòd † obligatus ad aureos florenos ſoluen- 55
dos ſolutionem in auro facere teneatur, & obligatus
ad argenteam monetam, in qualibet argentea moneta
proba ſolutionem facere queat, vti habetur ordinatio-
ne monetarum *à Ferdinando Imperatore Anno* 1559. *edi-
ta in princip.* §. Die jetzt gemelte gemeine/ *etc.* Ex qua Im-
peratoris ordinatione liquidò † conſtat, falſam eſſe eo- 76
rum opinionem qui aſſerunt, ex generali conſuetudine
aliud pro alio, adeoq; argentum pro auro ſolui poſſe, de

qua in vtramque partem diſputat Couarru. *præallegato loco, num.*1. nam obligatum ad aurum ex generali conſuetudine in auro ſolutionem facere debere aſſerit *Imperator Ferdinandus dicto* §. Die jetzgemelte gemeine.
57 & † prædictam conſuetudinem extare negat Fachineus *controuerſ. iuris lib.* 2. *c* 9. *&* 10 *propè finem*, quanquàm idem Fachineus *eodem libro, capit.* 49. *contrarium aſſerat.*

58 Aut † verò moneta in obligationem deducta, eſt mutata, quo caſu rurſus tria membra ſunt diſcernenda: *Aut* enim mutatio eſt extrinſeca tantùm, accidens in valore: *Aut* intrinſeca tantùm, contigens in materia, vel pondere tantùm: *Aut* denique eſt extrinſeca, & intrinſeca ſimul contigens tàm in materia, quàm valore.

59 Primo caſu diuerſæ exiſtunt Doctorum ſententiæ. Communis † opinio eſt, quoties pecunia eodem pondere & materia manentibus augetur vel minuitur extrinſecus, quo ad valorem, vel æſtimationem tantùm, quòd ea mutatio antè moram noceat & proſit creditori, per conſequens, quòd ſolutio ſit facienda iuxta valorem, quem tempore ſolutionis habuit moneta, Couar. *dicto cap.* 7. §. *vnico. num* 3 vbi plurimos allegat Gall *lib.* 2. *obſeruat.* 73. *num.* 9 iuxta hanc opinionem debitor qui centum, verbi gratia, aureos florenos debet, totidem, hoc eſt, centum aureos numero reddere tenetur, ſiuè valor ſit diminutus ſiuè auctus.

Verùm ego *ſupra cap* 5. contrariam opinionem veriorem eſſe probaui, quòd videlicet ſolutio ſit facienda iuxta valorem, quem tempore contractus moneta habuit, & per conſequens, quòd mutatio pecuniæ, quo ad bonitatem extrinſecam noceat, & proſit ipſi debitori. Sic ſanè iuxta hanc concluſionem non tot numero

quot

quot accepit debitor reddere obligatur, ſed ſi valor accreuit, incrementum illud, quod veteri moneta intra ſolutionis tempus acceſſit, deducere, atque pauciores florenos aureos ſoluere poteſt: Sin verò monetæ valor intra ſolutionis tempus decreuit, quod valorem tempore debiti contractus currentem ſupplere teneatur: ita hanc opinionem defendunt, & explicant Anton. & Abb. *c. quanto. de iureiur.* Carolus Molineus *de contractib. quaſt. 92.* Curt. Senior & Iunior *l. cum quid. ff. ſi cert. petat.* Mynſinger. *cent. 4. obſeruat. 1.* eique accedere videtur Couarr. *dicto §. vnico, num. 3. verſiculo, Concluſio quarta.*

Limitatur † concluſio vt non procedat, ſi ob metum mutationis monetarum inter contrahentes ſit conuentum, vt certa moneta, in certo numero, & ſub certa æſtimatione ſoluatur, qua pactione inita, nulla mutationis numiſmatis habetur ratio: Vndè ſi in inſtrumento dicatur, Daß der Gültkauff vmb hundert Gulden in Golt beſchehen / vnnd ein jeder Gulde zu 15. batzen gerechnet ſeye / auch die Widerlöſung mit hundert Golt gulden beſchehen / vnd jeder Golt gulden nicht höcher dann zu 15. batzen gerechnet werden ſolle / ſoluet debitor ſeu reemptor centum aureos florenos numero nec curatur, quòd valor ſit auctus, vel diminutus. *l. penult. §. ſi mancipia*, vbi Imola & Alexander *ff. ſolut. matr.* Barr. *l. Paulus. ff. de ſolutionib.* Couarruuias *dicto cap. 7. §. vnico num. 15. verſiculo, Septima concluſio.* Albert Brun. *tract. de augmento. concl. vlt. limitat. 8. colum. 3.* Nauarra *2. parte decreti cap. 17. num. 294.* Quid † autem ſi cenſuales literæ contineant, quòd vnus florenus annui reditus, ſit venditus pro viginti florenis, cum pacto redimendi eundem pro viginti bonis florenis, Daß ein 90 61

Gulden Gelts vmb zwantzig Gulden verkaufft/ vnnd das derſelbig Zinß mit zwantzig Reiniſch/ oder guten Gulden möge widerkaufft/ vnnd abgelößt werden ? vtrùm verba, Reiniſch oder guten Gülden / intelligantur de aureo floreno; an argenteo Imperiali ? Reſpondet Mynſingerus *centur*.1. *obſeruatione* 65. quòd intelligi debeant floreni vſuales monetæ argenteæ, qui ex imperii
62 valuatione valet quindecim bacios: niſi † cenſuales literæ mentionem faciant de ponderoſis florenis, vel aureis, Von wolwichtigen Reiniſchen Gulden / vel, quod in idem recidit, Reiniſch in Goldt / nam eo caſu floreni non argentei, ſed aurei intelligendi eſſent.

Secundo caſu communis eſt Doctorum con-
63 cluſio, quòd † mutatio pecuniæ intrinſeca, hoc eſt, in materia tantùm contingens antè moram noceat, &
64 proſit debitori, id eſt, quòd † pecunia mutata in materiæ bonitate, vel pondere, ſolutio ſit facienda ſecundùm eam bonitatem, quam habuit tempore contractus, non autem iuxta eam quam habuit tempore ſolutionis, Bartolus *l. cum quid ff. ſi certum petatur*, Panormitanus *cap. quanto, colum. penult. de iureiurando*. Albertus Bruuus *tractatu de augmento & diminut. concluſ. vltim. limitation*.1. Tyraquellus *de vtroq. retractu, lib*.2. § 1. *gloſſa* 18. *num*.16. & alii relati à Couaruuia *d* § *vnico. num*.2. & 3. Itaque † ſecundùm hos Doctores, ſi quis an-
65 tà 160 annos, (quo tempore aurei numi materia, & pondus fuit maius, quàm ſit hodiè vti conſtat ex reformatione *Friderici III. Anno* 1442 *Francofurti facta, rub. ſeu titulo penultimo*, & Ferdinandi Imperatoris ordinatione monetarum, *Anno* 15,9. *Auguſtæ ſancita, rubric*. Vnd ſeind diß die frembde ſilbere Müntz) contraxiſſet, atque centum aureos ponderoſos in materia reddere promi-

promiſiſſet, quòd non ſatisfaceret obligationi, ſi aureos centum eius bonitatis intrinſecæ, quàm hodiè habent, ſolueret. Probant hi ſuam ſententiam, primò, mutata moneta, quo ad bonitatem extrinſecam, ſolutio facienda eſt iuxta eam bonitatem quam habuit tempore contractus: igitur idem dicendum eſt, cùm intrinſecè numiſma mutatur. Secundò *per l. cùm quid. ff. ſi cert. petat.* vbi Pomponius reſpondet, cùm † quid mutuum dederimus, etſi non cauimus, vt æquè bonum nobis redderetur, non licere debitori deteriorem rem reddere, veluti 66
† vinum nouum pro vetere: Tertiò, ſi † tres amphoræ 67
vini, aut modii frumenti mutuo ſint dati, atq; menſura 68
antiqua mutata, profectò reſtitutio eſt facienda iuxta eam menſuram, quæ fuit tempore contractus, Molina *de contractibus. tract. 2. diſput* 312. Quartò *per c. cùm Canonicis. ext. de cenſibus*. Quintò, creditor † vbi damnum 69
paſſurus eſt, aliud pro alio accipere non tenetur, *l. Paulus aliâs, debitorem, ff. de ſolutionib.* atqui hoc caſu creditor damnum pateretur, quia diminutos non tàm facilè expendere poſſet.

Contrarium † aſſerunt Iohannes Faber *in auth. hoc niſi. Cod. de ſolutionib.* idem in principio *inſtitution. quib. mod. tollitur obligatio*, Carol. Molineus *de contract. quæſt.* 110. Geminianus *conſil.* 137. Romanus *conſil.* 123. Menochius *conſ.* 49 *num.* 38. quibus adſtipulari videtur Couarr *de collat. veter. numiſm. c. 7. §. vnico, verſic. Tertia concluſio*. Ratio prima eſt, quia in † moneta, quatenus 70
moneta eſt non materia, ſed valor impoſititius principaliter, vel vt alii volunt, tantùm ſpectatur. *l. 1. ff de contrahend. emption.* vbi Paulus ait, pecuniam ſuum vſum non tàm ex ſubſtantia, quàm qualitate præbere id eſt, vt exponit Couar. *citat. cap. 7. num. 2, verſ. Sic locus* 71

Ariſtotelem, in nummis ipſa ſubſtantia materialis non conſideratur, ſed quantitas, hoc eſt, valor impoſititius. Secundò probatur hæc opinio ex voluntate eius, qui
72 monetam intrinſecè mutat: nam † princeps aut Reſpublica bonitatem numi intrinſecam tantùm mutans, id velle videtur, vt noua moneta in veteris locum ſuccedat, idem quod vetus valeat, non habita ratione mutationis materiæ: neque enim mutatio intrinſeca ideò fit, vt moneta minus valeat, ſed ob publicam cauſam materia quidem variatur, vno tamen & eodem pecuniæ valore, vſuque permanente: Quò fit, quòd valore eodem exiſtente, eadem ſit vis, eadem operatio, idemque vſus pecuniæ antiquæ & nouæ. Denique hæc opinio conſue-
73 tudine eſt approbata: Conſtat † enim olim omnes, tàm argenteas, quàm aureas monetas ponderoſiores, melioresque fuiſſe, atque extitiſſe, quàm hodiè ſint, nihilominus reluitiones, ſeu redemptiones pagorum & caſtrorum iure antichreſeos oppignoratorum fieri in bonitate intrinſeca, quam tempore ſolutionis habent, non contractus: nam qui debet centum, verbi gratia, antè ducentos annos in obligatione deductos, quo tempore aurei fuêre ponderoſiores, ſoluens centum aureos eius ponderis, & bonitatis intrinſecæ, quàm hodiè habet aureus, obligationi ſatisfaciat.
74 Ad † primum contrariæ opinionis argumentum
75 reſpondetur, negando conſequentiam: ratio eſt, quia † valor magis pertinet ad ſubſtantiam monetæ, quàm materia: nam à valore ſuam vim, vſum & æſtimationem capit pecunia. Ad ſecundum & tertium dicitur aliud
76 † eſſe in vino & frumento, aliiſq; rebus fungibilibus, aliud in pecunia: nam in mutuo vini, aut frumenti quantitas materialis, in mutuo pecuniæ valor impoſititius

titius principaliter ſpectatur. Ad † *c. cum Canonicis*, dicitur, id intelligendum eſſe, cùm moneta tàm intrinſecè, quàm extrinſecè eſt mutata, Molin. *d. q.* 100. Cou. *d.* §. *vnico, num.* 2. *verſic. Tertia concluſio.* In vltimo negatur creditorem pati damnum. 77

In tertio caſu, hoc eſt, cùm † moneta tùm extrinſecè, quàm intrinſecè eſt mutata, communis eſt Dd. concluſio, quòd ſolutio ſit facienda iuxta valorem quem habuit tempore contractus, Couarr. *dicto cap* 7. §. *vnico. num.* 2. *verſic. Tertia concluſio*, Carol. Molinæus *de contractib. quæſt.* 106. ratio eſt, quia tali caſu antiqua moneta non dicitur amplius extare, ſed periiſſe: conſtat autem quòd † ſi moneta antiqua amplius non extet, quòd ſolutio ſit facienda in moneta quidem vſuali ad valorem monetæ antiquæ extinctæ, *cap. cum Canonicis, ext. de cenſib.* 78 79

Tertia Quæſtio: *Vtrùm † reemptio ſeu reluitio cenſus ex pacto competens maiori precio licitè fiat, quàm eius emptio ſit facta?* 80

Quæ de cenſu proponitur Quæſtio, eadem de aliarum rerum immobilium reemptione moueri poteſt: Nam ſi domus, aut alius fundus cum pacto redimendi vendatur, quæſtionis eſt vtrùm valeat pactum, vt maiori precio redimatur, quam emptus ſit: Primò itaque de rerum immobilium corporalium: Deindè de cenſu reemptione diſſeremus.

In prioris Quæſtionis deciſione Dd. non concordant: Nam plurium ſententia eſt, quòd pactum de re- 81

demptione, ſeu reemptione rei immobilis ſit illicitum, quandò intercedit pactum, vt reemptio maiori, quàm emptio, precio fiat, Conradus *de contractibus. quæſtion.*84. *concluſ.*4. Angelus *in ſumma, verbo, vſura* 1.*num.*66. Syluester *eodem verb.* 2. *quæſtione* 15. Guido Papæ *de vſuris. num.*18 Binsfeld.*cap. in ciuitate, quæſt.*6. *concluſion.*9. *de vſuris*: moti duobus argumentis: Prius
83 deducitur ex † *c. illo vos de pignoribus*, vbi ex precii modicitate, & pacto redimendi contractus arguitur vſurarius, quare ſi emptor minus, quàm redemptor numeret precium contractus cenſetur illicitus. Poſterius eſt,
83 quia † iuſtitiæ commutatiuæ ratio exigit, vt in emptione & redemptione par ſit contrahentium conditio, & par numeretur precium.
84 Contrariam † opinionem defendunt Iohannes à Medina *de vſuris, quæſtion. vltima.* Couarruuias *lib.*3. *reſolutio. cap.*9. *num.*3. Ludouicus Molina *de contractibus, diſputation.*376. quibus ego aſſentior, ea ratione ad-
85 ductus, quia † rerum precia creſcunt, & decreſcunt, euenire que poteſt, quòd domus, verbi gratia, tempore venditionis valeat mille, tempore autem reemptionis æſtimetur mille quingentis: quare pactum, vt reemptio maiori fiat precio, quàm emptio, iniquum non eſt.
86 Ad † prius contrariæ opinionis argumentum ex *capit. illo vos, de pignoribus*, deſumptum: reſpon-
87 deo negando † ex duobus tantùm, hoc eſt, pacto redimendi, & precii modicitate contractum præſumi vſurarium: nam Pontifex præter prædicta duo expendit & alia, puta, quòd pactum fuerit factum, vt fructus in ſortem computentur, quod pactum contractui mutui ſub pignore naturale eſt: item quòd emptor
conſue-

conſueuerit vſuras exercere: Hinc eſt, quòd crebrius obtinuerit iudicis arbitrio relinquendum, quandò contractus præſumendus ſit vſurarius, ſi pactum redimendi contineat, Couarruuias *lib.* 3 *reſolut. cap* 8. *num.* 4. *verſiculo Caterùm*, Menochius *de præſumpt. lib* 3. *præſumpt* 122. *num.* 40, Andreas Fachineus *controuerſ. iuris. lib.* 2. *c.* 12.

In poſteriori argumento admitto † inter contrahentes iuſtitiæ commutatiuæ æquitatem obſeruandam eſſe, verùm rerum precia ſemper eſſe eadem eo inficias: Illud extra controuerſiam eſt, quandò emptor bona fide rem emptam neceſſariis, vel etiam vtilibus impenſis meliorem fecit, quòd maius precium pro ratione meliorationis à reemente repetere poſſit, Binsfeldius *cap. in ciuitate, quæſtione ſexta, concluſione decima.* Notanter dictum eſt, bona fide, nam ſi † emptor, verbi gratia, caſtri aut pagi in fraudem contractus magnas expenſas in re empta faceret, vt miſerum reemptorem à reemptione, ſeu reluitione deterreret, vtputa, qui ad refuſionem iàm magnæ ſummæ ſufficiens non ſit, grauiſſimè peccaret, easque nullo iure repetere poſſet. Binsfeldius *dicta concluſione* 10. Iacobus Menochius *tractatu recuper remed.* 15 *num.* 521. *per elegantem l. in fundo. ff. de rei vendicatione.* 88 89 90

In poſteriori Quæſtione † vno ore concludunt Doctores omnes, quòd non valeat pactum, vt reluitio ſeu redemptio cenſus maiori fiat precio, quàm emptio ſit facta: ratio eſt, quia † quandò rerum precia lege, vel conſuetudine ſunt taxata, & definita, tunc precium conſiſtit in indiuiſibili, ita quòd maius dare ſit prohibitum & illicitum, Scotus 4. *ſentent. diſt.* 91 92

15.*quæſtion* 2. Dominicus de Soto *de iuſtit. & iure. lib.*6. *quæſt.* 2. *art.*3. Alfonſus à Caſtro *lib. de poteſtat. legis pœnalis cap.*12. Iohan. à Medina *C. de reſtit. quæſt.*37. Nauar. 2.*parte Decreti cap.* 23. *num,* 88. Binsfeld. *dicto c. in ciuitate, quæſt.*1. *præſuppoſito* 4. *& concluſ.*2. *&* 3. Couarru.
93 *lib.*2. *reſolut. cap.*3. *num.*5, atqui hodiè † nouiſſimis Imperii conſtitutionibus, puta, *Maximiliani I. Caroli V. & Rodolphi II.* precium cenſuum redimibilium eſt definitum ad rationem viginti pro vno, ergò &c. Illud pu-
94 gna † caret, quòd valeat pactum, vt redemptio cenſus fiat minori precio, quàm emptio eſt facta: ratio eſt, nam
95 omnia † pacta, quæ venditoris cenſus fauorem, & commodum continent & emptoris cenſus grauamen habent ſunt licita per ſupradicta.

97 Quæſtio vltima: *Vtrùm † pacto, ſeu facultati cenſuum redimendi ſpacio triginta vel quadraginta annorum præſcribatur?*

In qua quæſtione grauis eſt Dd. inter ſe digladiatio: Alii aiunt: alii negant, alii diſtinguunt: alii problema eſſe volunt.

97 Aientem † partem, quòd ſcilicet ius redimendi ex pacto competens triginta annorum ſpacio tollatur defendit gloſſ. *l. pignori. ff. de vſurpat. & vſucap. verbo, alieno*, Angel. §. *omnium. num.* 54. *inſtit. de actionibus.* idem *conſil.*55. Balbus *de præſcriptionibus.* 4 *parte.* 5 *part. principal. quæſt.*3. Bald. *conſil.*303. *lib.*1. *num.*3. Alexand. *conſil.*228. *lib.*6. *& alii plures allegati à Tyraquell. lib.*2 *de retract,*

retract. §.1.*glo.*2 *num.*7. Couarruuias *lib.*1.*reſolut cap.*9. Guill. *lib.*2.*obſeru.*18. Anton. Gabriel. *commun. concluſ. lib.*5.*de præſcript.concluſ.*6. Binsfeld. *c.in ciuitate.quaſt.*7. *concluſ.*17.*de vſur.* Rationes pro hac ſententia adferuntur ſequentes: Prima vt infinitas † euitetur, hoc eſt, ne 98
in infinitum emptor maneat obligatus ad reuendendum contra *l.ſi quis vina.* § *fin.ff.de periculo & commodo rei vend.l.qui bona* §.*fin.ff.de damno infect.* natura enim infinitum adhorret authore Ariſtotele 3.*phyſic.* & *lib.*1.
*de generat.animal cap.*1. Secunda, præſcriptio † triginta 99
annorum eſt odioſa, hoc eſt, in odium eius, contra quem tendit introducta: ergò ei renunciari non poteſt Bart.*l.nemo poteſt.ff.de legat.*1. atqui ſi pacto redimendi non præſcribitur per pactum huiuſmodi præſcriptioni tacitè renunciatur. Tertia & præcipua ratio eſt, quòd
† ius, quo emptor cogitur venditori rem emptam re- 100
uendere, competat venditori ex pacto de retrouendendo, adeoque actione perſonali, quæ actio perſonalis triginta annorum ſpacio tollitur. *l.ſicut.l.omnes.C.de præſcript.*30.*vel.*40.*annor.* igitur ſi elapſis triginta annis actionem perſonalem in iudicium deducat venditor, exceptione præſcriptionis excluditur: Exiſtimantque
† Angelus, & reliqui, redimendi facultatem tolli præ- 101
ſcriptione 30. annorum etiam ſi emptor promiſerit venditori rem ipſam reuendere ſemper, quandocunq; in perpetuum quoties precium fuerit redditum, ea ratione, quòd dictiones, ſemper, quandocunq;, in perpetuum, &c. pacto de retrouendendo adiectæ, longiſſimam præſcriptionem non excludant. *gl in l. in cogitatione.ff.ad Syllan.* Bald. *l.*1.*ff.ſolut. matrim.per l.minor.*§.*qui ſtatu liberum.ff.de euiction. l.prætor ait.*§.*hoc interdictum.ff.de noui oper.nunciat.*§ 1.*inſtit.de perpet. & temp.*

 act.

act.gl.in cap.1.verbo,quandocunq. & ibi Bald.*col.1.de feudo dato in vic.leg.commiſ.gl.l.1.Cod.de bon. matern.* Cou. *lib.1.reſolut.cap.9.n.4.*

102 Secundò adeò † placet prædictis Dd. quòd redimendi facultas præſcriptione 30: annorum extinguatur, quòd id verum eſſe cenſeant, etiamſi pactum retrouendendi fuerit iuratum, Iaſon *l.ſi mater.C.de inſtit. & ſubſtit.* Balb. *praalleg.loco.* Quod reſtringit Couarru. *dicto loco*, vt procedat vbi iuramentum apponitur ad ſimplicem promiſſionem reuenditionis, ſeu ad pactum de retrouendendo: Secus ſi iuramentum fuerit præſtitum pro ipſius præſcriptionis expreſſa renunciatione, nam illud triginta annorum præſcriptionem impedit, Felin. *in rub. de praſcriptionibus,num.*15. & ibi Alciatus *num.* 69. Anton. Gabriel.*commun.concluſ.lib.5. tit.de praſcript.concluſ.6.num.*13. Hanc Angeli, & aliorum opinionem ſequitur Couarr. *alleg. c. 9.* nonnullis adhibitis limitationibus,

103 Prima † limitatio eſt, quòd procedat in præſcriptione triginta annorum, non autem ea, quæ eſt decem annorum, ideoq; falſam cenſet Anchorani opinionem, ſcribentis *in conſil.*331. ius redimendi 10. anno-

104 rum præſcriptione tolli: Cum enim † actio ex pacto de retrouendendo nata ſit perſonalis. *l ſi ſterilis.§ ſi tibi.ff. de actionibus empti.* perpetuò, hoc eſt, triginta annos durat. *dicta l.ſicut.& l.omnes.Cod.de praſcription.*30. *vel* 40.*annorum.*

105 Secundò † declarat vt procedat, vbi hæc triginta annorum præſcriptio bona fide perfecta fuerit, ſecus

106 vbi mala fide proceſſerit: Vtrùm † autem in debitore, qui actione perſonali eſt obligatus, dari poſſit bona fides ad effectũ, vt actioni perſonali præſcribat, id poſtea diſputabimus. Ter-

Tertio † reſtringit hanc Angeli, & aliorum opinionem, vt ſolùm procedat, cùm venditor actione ad rem redimendam ex pacto vtitur: Secus eſt, ſi venditor rei ipſius conſecutus poſſeſſionem vti voluerit retentione, oblato precio emptori rem petenti: nam tunc obtinebit rem precio oblato, nec præſcriptione 30. vel. 40. annorum à redemptione excludetur, ſequitur hanc interpretationem Ant. Gabriel. *d.concl.6.n* 11. 107

Quartò, † cenſet Couar. *cit.lo.n* 8. communi Ang. & aliorum Dd. opinioni locum non eſſe in cenſibus & reditibus redimilib. h.e. cum pacto redimendi conſtitutis, in iis n. redemptioni perpetuò vſq; ad mille annos abſq; vlla temporis præſcriptione locum eſſe contendit, motus ſequentibus argumentis. Primò, ius offerendi, ſeu redimendi coniunctum iuri excipiendi, ſeu exceptioni nulla vnquàm præſcriptione tollitur, Bart. *l. pignori. ff. de vſucap. per l. Paulus, §. 1. ff. quib. mod. pignus vel hypoth. ſoluat.* vbi, qui poſſidet pignus, ius offerendi perpetuum habet, poteritq; poſt 30. an. quandocunq; velit eo vti, atq; ad rem ipſam retinendam pecuniam offerre. Cynus *l. cùm notiſſimi. §. ſed cùm. C. de praſcr. 30. vel 40. an.* Ang §. *action. n* 52 *col* 32 *Inſt. de act.* Tyraq. *de retract. conuent. §. 1 gl. 2. n.* 29. Nauar. *c. ſi fæneraueris. 14. q. 3. nu.* 96. Ant. Gabriel. *commu. concluſ. lib. 5. de praſcript. concl.* 7. *num.* 3. atqui in hac emptionis cenſuum ſpecie ius redimendi coniunctum eſt iuri excipiendi, ſeu cum exceptione, nam cum emptor agit ad reditus annui ſolutionem, venditor excipit quo ad futuras minimùm penſiones, offerendo precium redemptionis: vndè ſicuti natura † exceptionis perpetua eſt, nullaque temporis præſcriptione tollitur. *l. purè. §. ſi. ff. de doli mal. except.* ita & ius offerendi eidem exceptioni coniun- 108 109

110 ctum vltra 30. annos durat. Secunda ratio eſt, quia † inducta ad vnum effectum, non debent operari contrarium. *l. cùm tale, § fin. ff. de condit & demonſt.* atqui
111 † præſcriptiones ob id introductæ ſunt, vt per eas occurratur iuri agendi, non autem iuri excipiendi, ſeu retinendi, cùm ad hoc ipſum tendant. *l. ſicut. C. de præſc. 30. vel 40. annorum.* Quò fit, quod æquum ſit, iuſtique conſonum præſcriptiones non impedire ius excipiendi, vel retinendi, ad cuius conſeruationem introductæ
112 ſunt præſcriptiones. Tertia in qualibet annua præſtatione interrumpitur præſcriptio, quia † præſtatio tacitè cenſetur facta ex titulo præcedenti, ad illumque refertur. glo. *l. 2. C. de adquir. poſſeſſ.* Bart. *in l. cùm ſolus. ff de vſucap. per l. cùm ex pluribus. ff. de ſolutionib.* gloſ. *l. quadam mulier. ff. de rei vendicat.* Maſchard. *de probat. vol 3. concl.* 1310. titulus autem habet illam qualitatem redemptionis, quæ in qualibet præſtatione repetitur, & renouatur minimum tacitè. Quarta hi annui † reditus redimi-
113 biles minori, quàm irredimibiles precio emuntur, quo fit, quòd facultas redimendi ad contractus iuſtitiam pertineat, ſitque de neceſſitate iuſtitiæ, quare præſcriptione tolli non poteſt. Couarruuiæ opinioni adſentiuntur Decius *l. petens. col. 3. C. de pact. & conſil. 164. vlt. dubio.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund rub. 5. § 3.* Tyraquell. *de retractu conuent. § 1 gloſ. 2. num* 29. Carol. Molinæ *de contract quæſt. 17. num. 104. & quæſt. 19.* Binsfeld *c. in ciuitate. quæſt. 7. concluſ 17. ext. de vſur.*

114 Negantem † partem. quòd videlicet iuri, & facultati offerendi, ſeu retrahendi rem venditam nunquàm ne mille quidem annis præſcribatur, defendunt Cynus *l. cùm notiſſimi. §. ſed cùm. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.* Fabia. a Monte *tract. de empt. 3. quæſt. 7. quæſt. circa princip.*

princip. Chaſſan. *conſil* 11. *& in conſue. Burgund. rub.* 5. §. 1. Andreas Gaill *lib.* 2. *obſ.* 18. *num.* 4. Mynſing. *cent.* 1. *obſ.* 16 quibus locis in Camera ſecundùm eum iudicatum eſſe vterque teſtatur, Fachineus *lib.* 2. *controuerſ. iur. c.* 13. Et mouentur ſequentibus rationibus. Prima, ea quæ † ſunt meræ facultatis præſcriptione minimè tolluntur. 115
l. viam publicam. ff. de via publica. atqui ius redimendi conſiſtit in libera venditoris voluntate, & facultate, ita, vt rem venditam reluere poſsit, quandò velit: ergò præſcriptione tolli nequit huiuſmodi facultas: Huic rationi reſpondet Couar. *d. lib.* 1. *reſolut. cap.* 9. *num.* 2. dupliciter: Primò, quò ea quæ ſunt facultatis publicæ præſcriptione non amittantur, ea verò, quæ ſunt facultatis priuatæ eſſe præſcriptibilia, ſecundùm Bald. *in l licet. C. de iure deliber per l. in bello.* §. *ſi quis ſeruum. ff de captiu. & poſtlim. reuer. l. fin. ff. de vſucap. l. ſi quiſquam. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.* Secundò reſpondet Couar. ſuſ as propoſitionem in his obtinere, quæ ſunt meræ facultatis & ad factum pertinent: non in iis, quæ iuris ſunt, & ex aliquo iure competunt, ſicuti eſt facultas ſeu ius adeundi hæreditatem, petendi legatum, nam huiuſmodi facultas cum iure priuato coniuncta 30. ann. amittitur: Quæ diſtinctiones arg. vim nõ tollunt: nam etſi regula illa, qua traditur facultati meræ non præſcribi, rectè limitetur procedere in facultate publica, item in his, quæ meræ ſunt facutatis, non iis, quæ iuris ſunt, & ex iure competunt: attamen nec omni facultati priuatę, nec omni iuri priuato ex facultate cõpetente præſcribitur. 116
Nam primò facultati † altius tollẽdi des, ne mille quidẽ præſcribitur annis, *l. hæc autem iura. ff de ſeru. vrb. præd. l. ſi quis alta.* §. *ſi ff quemad ſeru. amit.* Molin. *in conſ. Pariſ.* §. 1 *gl.* 4 *n.* 11. Guido Papæ *q.* 298. *Rochus Curt. c fi. de conſ.*
 ſect.

*ſect.4.num.*75.Gabriel *commun concluſ.lib* 5.*de praſcript. concluſ.*12.*n.*6. Couar. *c.poſſeſſor.2 part.*§.4.*num* 6 *de R.*
117 *I.in* 6. Eadem ratione † facultati & iuri animaduertendi in facineroſos,hoc eſt,iuri gladii ne mille quidem annis præſcribitur,Balb *de praſcript.*4.*parte*,5.*partis princ. quaſt.*4. Gaill *lib.*2.*obſ.*60. *num.*6. Maſchard. *de probat. vol.*2.*concluſ.*946.*num* 11.

118 Secundò, in † omni præſcriptione neceſſaria eſt poſſeſſio, vel quaſi *ca.ſinè poſſeſſione, de reg. iur. in* 6. at-
119 qui † ſciens ſe ex pacto ad reuendendum obligatum nullam habet poſſeſſionem, vel q: *non* poſſeſſionem, vt clarum eſt,quia ea eſt rerum corporalium:*non* q: poſſeſſionem,quia ſcit non ſolùm venditorem habere facultatem redimendi, ſed etiam ſe ad reuendendum ſemper, & quandocunq; abſque temporis definitione eſſe obſtrictum: ergò in eo nulla eſt quaſi poſſeſſio immunitatis,& libertatis ab obligatione: probatur argumen-
120 tum, quia † venditor eſt in quaſi poſſeſſione iuris redimendi: ergò emptor non eſt in quaſi poſſeſſione libertatis.

121 Tertium argumentum eſt, malæ † fidei poſſeſſor nullo vnquàm tempore præſcribit.*c.poſſeſſor. de reg.iur.*
122 *in* 6. *cap. fin. de praſcript.* atqui † ſciens ſe ex pacto ad reuendendum obligatum,notitiam habet rei alienæ, hoc eſt, iuris alteri competentis: igitur conſcientiam habet læſam, adeoque malam fidem, & per conſequens præſcribere nequit. Quod ſi dicas emptorem non eſſe in mala fide, etſi ſciat ſe ad reuendendum obſtrictum, antequàm à venditore ei offeratur precium, ea ratione, quòd quandò alicui non abſolutè competit ius, ſeu actio, ſed ſub conditione, ſi hoc vel illud fecerit vel præſtiterit, quòd antè conditionis euentum, & exiſten-

tiam

tiam reus, ſeu debitor non ſit in mala fide, exemplo † hæredis, qui etſi rem Titio legatam ſciat, attamen præſcriptione eſt tutus, ſi 30. an. legatarius legatum petere differat, Anch. *d. c. ſine poſſeſſione. de R. I. in* 6. & alii relati á Cou. *d. c. 9 n. 5. verſ. Quartò obſtat.* Nam ego id, cum emptor ſciat venditori ius redimendi competere, ſeque cùm precium fuerit oblatum, ad reuendendum debere eſſe paratum, ſequitur, quòd etiam ante oblationem ſit in mala fide: Nec ſimile † eſt, quòd de legatario adfertur: *Primò*, quòd legatario antè legati acceptionem ius, 124
ſeu actio non competat: at venditori cum pacto ab initio contractus actio ad rem redimendam eſt quæſita. Couar. *dicto cap. 9. num. 5. propè fin.* Fachin. *lib. 2. controu. iur. cap. 13. Deinde* alia † eſt natura facultatis acceptandi 125
legatum, alia facultatis redimendi rem ex pacto, vt paulò poſt dicemus.

Tertia † opinio eſt Couarr. *quid. cap. 9. nu. 6.* di- 126
ſtinguit inter bonæ & malæ fidei poſſeſſorem, dicens, ſi is, qui ex pacto reuendere eſt obligatus, ſit in bona fide, quòd locum habeat præſcriptio, procedatq́; opinio aiens *Angeli & alior*: Sin verò in mala fide, quòd præſcriptio non procedat, atq́; hoc caſu locum habeat opinio negans. Hæc † opinio videtur petere principium: 127
nam hoc ipſum quæſtionis eſt, an videlicet & quandò in eo, qui ad reuendendum ex pacto eſt obſtrictus, dari poſſit, vel detur bona fides? Ego † tamen ab hoc vi- 128
tio virum acutiſſimum, atque de iure optimè meritum excuſari poſſe cenſeo: quia is alio in loco duos refert caſus, quibus actio perſonalis, & per conſequens ius redimendi præſcriptione tolli poſſit. Prior † eſt in eo, 129
qui cum pacto emit, ſed antè 40. annos, & immemor pacti ignorantia probabili putat ſe rem liberè,

& abſque pacto redimendi emiſſe, quo caſu cùm ſit in q: poſſeſſione libertatis rei emptæ, bonamque fidem habeat, iuri offerendi præſcribere poteſt, ita Couarruuias *c. poſſeſſor. 2. parte.* §. 8. *num.* 1. *verſic. Primus caſus*, & hoc ſenſu accipiendum eſt, quod tradit idem Couarruuias *d. l. loc.* §. 11. *num.* 4 *verſ. Tertiò infertur*, dicens, in dubio non probata ab actore mala fide, præſumendam in foro iudiciali bonam fidem, adeoque præſcriptionem actionum perſonalium procedere: ea enim præſumptio indè ducitur quòd in præſcribente præſumatur ignorantia pacti: adeoq; bona fides. Secundò † contingere poteſt, quòd in eo, qui ad reuendendum ex pacto eſt obligatus, ſit bona fides, ſi is ſit hæres emptoris, qui reuendere promiſit: nam hæres hoc pactum probabiliter ignorat, *l. qui in alterius. ff. de R. I.* adeoq; rem ipſam vt liberã, abſq; pacto redimẽdi grauatã poſſidere bona fide, & per conſequens iuri offerendi præſcribere poteſt, ita Cou. *c. poſſeſſor 2 part.* §. 8. *num.* 12. *verſic. Quintò bona fides. &* §. 11. *num.* 4 *verſ. Quintò illud*, Ludouicus Molina *lib.* 1. *diſp.* 66. dicens in actionibus perſonalibus currere præſcriptionem, ſi debitor ſit in bona fide, hoc eſt, ſe debitorem ignoret, ſecus ſi ſit in mala fide, hoc eſt, ſe debiorem ſciat.

171 Quarta † opinio eſt Petri Binsfeldi, qui *in c. in ciuitate, quæſt.* 7. *concl.* 18. aſſerit, vtrùm facultati redimendi 30. annis præſcribi valeat, apud ICtos problema eſſe poſſe, ea motus ratione, quòd argumenta vtriusque opinionis æquè ſint probabilia, & ponderoſa. Hæc ſententia quæſtionem vniuersè non reſoluit, nam multi ſunt, qui vtramque opinionem æquè veriſimilem negant, Itaque eos tantùm hæc opinio tranquillos reddit,

qui

qui vtramque æquè probabilem putant: Verùm num † is,qui vtramq; æquè veriſimilem cenſet,in iudicando, 132
vel reſpondendo de iure vnam neceſſariò eligere debeat, an verò iam hanc, iam illam in iudicando, vel reſpondendo de iure ſequi debeat, quæſtionis eſt? Et quidem quòd vnam eligere poſſit, dubium non eſt, Binsfeld. *c. nauigantis. de vſuris. quæſt.*10: *concl.*7. Quòd etiam vnam neceſſariò optare cogatur aſſerit Menoch. *de præſumpt. lib.*2. *quæſt.*71. *num.*38. cui in hoc aduerſatur Dominicus de Soto *de iuſtit. & iure, lib* 3 *quæſt.*6. *artic.* 5. *in fine*, dicens, ſi abſit ſcandalum, quòd iam hanc, iam illam ſequi poſſit iudex, & aduocatus: Quod ego admiſerim, ſi & theoricè, & practicè æquè probabiles ambas, atq; ſe iam hanc, iam illam ſequi poſſe cenſeat: ſecus, ſi theoricè tantùm vtramq; æquè veriſimilē opinetur: verùm num hanc, vel illam ſequi poſſet, dubitet practicè, nam tunc vnam eligere tenetur, per ea quæ tradit Couarruuias *de ſponſal.* 2 *part. cap.*7. §. 2. *n.*10. & *c. poſſeſſor.* 2. *parte.* §. 7. *num.*4.

Vt † tandem in tanta opinionum diuerſitate meam exponam ſententiam: Ego cum iis ſentio, qui 133
iuri offerendi ex pacto competenti 30. annis præſcribi poſſe negant, & præter argumenta ſupra adducta moueor ſequenti: Nam † facultas aliquid faciendi cum iure 134
ſpecifico, & formato coniuncta eſt duplex: Quædam enim eſt facultas, quæ vſum requirit, ita quidem quòd ſi facultate ſua quis non vtatur, ius non vſu amittat: Quædam verò eſt facultas, quæ actum, & vſum ad iuris conſeruationem non requirit: Huius † diſtinctionis veritas ex differentia præſcriptionis ſeruitutum intelligi 135
poteſt: nam ſeruitutes ruſticæ, vt eſt via, iter, actus, aquæductus, paſtus, ſolo non vſu facultatis amittuntur, 136

hoc eſt, eo ipſo perduntur, quòd is cui ea competunt, facultate non vtatur, & is, qui ſeruitutem debet, prædii ſui libertatem præſcribet, etſi alteri ſeruitutem deberi ſciat: ratio eſt, quia facultas vtendi ſeruitute eius eſt naturæ: vt ſi in actum, & vſum non deducantur, ius ſeruitutis amittatur: alia † eſt ratio ſeruitutum vrbanorum prædiorum, vt eſt ſeruitus tigni immittendi, domum altius tollendi, ſtillicidii auertendi &c. nam facultas ad hæc iura competens ſolo non vſu non amittitur, ſed ad præſcribendas eas ſeruitutes facto opus eſt, hoc eſt, prohibitione eius, qui ſeruitutem debet. *l. 5. & 6. ff. de ſeruitut. vrban. præd. l. ſi quis alia. §. final. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. l. 4. §. fin. ff. de vſucap.* Ludouicus

137 (marg.)

138 Molina *diſput. 66.* Aliud exemplum † eſt in legatario, qui facultatem agnoſcendi legatum cum iure domi-

139 nii ad legatum habet (nam † quòd cenſent nonnulli ius ad legatum ſub conditione, ſi legatum agnouerit legatarius, competere, id falſum eſt, nam dominium rei legatæ ante acceptationem poſt aditionem hæreditatis legatario competit, Couarruuias *capitulo Raynaldus. §. 1. de teſtamentis.*) qua facultate ſi intra triginta annos non vtatur, amittit ius legati, hæresque præſcriptione tutus eſt, etſi rem alteri legatam ſciat: ratio eſt, quia huiuſmodi ius ex ſolo non vſu facultatis

140 amittitur: diuerſum † eſt in facultate offerendi, vel redimendi rem venditam, nam ea eius eſt naturæ, quòd ſolo non vſu non amittatur, quemadmodum enim ad ſeruitutes vrbanorum prædiorum conſeruandas facultatis vſu non eſt neceſſe: ita ad retinendam facultatem redimendi vſu, & actu facultatis opus non eſt.

141 Ad aientis † opinionis primum argumentum reſpon-

reſpondeo, idnullius eſſe ponderis: poteſt enim quis pro ſe, ſuisq; hæredibus ad centum, & eo amplius annos obligari, nec, hoc eſt dare infinitũ categorematicè.

In ſecundo argumento negatur † præſcriptioni tacitè renunciari non poſſe, vt tradit Dynus *in l. nemo. ff. de leg.* 1 Nec † verum eſt, quòd aſſerit Bart. *dicta l. nemo*, quòd præſcriptio ob publicum bonum principaliter ſit introducta: Nam præſcribentis vtilitatem principaliter concernit & per conſequens ei renunciari poteſt. *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.* Couar. *c. quamuis. 2. part. §. 2. num. 6.* 142 143

Ad vltimum reſpondetur † præſcribi quidem omni actioni perſonali triginta vel quadraginta annis etiam mala fide ſecundum ius ciuile: verùm ius Canonicum requirit bonam fidem, qua caret is, qui ex pacto ſcit ſe ad reuendendum eſſe obligatum, & obſtrictum. 144

TERTIVS MODVS AMITTENDI CENSVS eſt præſcriptio 30. annorum, nam ſicuti † ex annuis præſtationibus 30. annis factis ius cenſus acquiritur, ita ex intermiſſis annuis præſtationibus ius cenſus perditur, *text. eſt in l. cùm notiſſimi. §. fin. C. de praſcript. 30 vel 40. annor:* 145 146

Ampliatur concluſio, ſi † 30. annis penſio nulla accipiatur, quòd non ſolùm præteritis penſionibus, hoc eſt, iis, quæ antè triginta annos ceſſerunt, ſed etiam futuris, adeò que vniuerſo iuri cenſus præſcribatur, per *text. dicti §. finalis.* 147

Verùm † hæc præallegati §. interpratatio pugna non caret. Nam Martinus † antiquus gloſſator, quem refert Accurſius *dicta l. cùm notiſſimi. §. finali.* cenſet, ſingulis annis ſingularum praſtationum 148 149

præſcriptiones inchoare, atque ſingulis 30. annis v-
nius anni penſionem antè 30. annos debitam præſcri-
ptione amitti, non autem futuras, aut eas penſiones,
quæ citra 30. annos debentur, quodq; ſolùm præteritæ,
nunquam a. futuræ penſiones pręſcriptione perdantur.
atque adeò ſingulis triginta annis vni penſioni tantùm
illi nimirum, cuius dies ante triginta annos ceſſit, nun-
quàm autem vniuerſo iuri cenſus pręſcribatur. *Martini*
opinionem ſequuntur Guido Papæ, *quæſt.* 406. Gaill
lib. 2. obſeruat. 33, dicens, tot eſſe præſcriptiones, quot
ſunt anni. Probantque hi ſuam ſententiam *ex dicto §.*
fin. citatæ l. cùm notiſſimi, vbi ait Imperator: In annuis
præſtationibus amittendis præſcriptionem non ab
exordio obligationis, ſed ab initio cuiusque anni, &
menſis eſſe computandam: ſi præſcriptionis exordium
ab initio cuiusque anni eſt ducendum, ergò inferunt,
quo ad futuras præſtationes præſcriptio non currat,
150 cùm initium anni illarum nondum venerit. Hæc †
d. §. fin. expoſitio mihi non probatur: *tùm* quia §. gene-
raliter loquitur, nec eſt cauſa diſtinguendi: *tùm*, quia
Imperator caſum dubitabilem decidere voluit: at extra
dubium eſt, quòd vna penſio non exacta 30. annorum
præſcriptione amittatur: *tùm*, quia ſequeretur, quòd
dubitabilem caſum, vtrùm nimirum vniuerſali iuri
cenſus pręſcribi poſſit, indeciſum Imperator reliquiſſet:
tùm, quia omnes actiones perſonales 30. vel 40. anno-
rum præſcriptione amittantur, nec ab ea regula actio
perſonalis ad ius cenſus competens ſpeciatim excipia-
tur: *tùm* denique, quia ſi à Caio Titius penſionem exi-
gat, Caiusque ius cenſus neget, atque à tempore contra-
dictionis, & negationis 30. anni elabantur, profectò iuri
cenſus Caius præſcripſit.

Iohan-

Iohannes † itidem antiquus gloſſator *dict. §. fin.* aliter intelligit, diſtinguens reditum annuum ex vltima voluntate debitum, ab eo, qui per contractum inter viuos eſt comparatus. Priori caſu Martino adſtipulatur, ea ratione motus, quòd legatum † annuum non ſit vnum, ſed multiplex, *l. ſi Stichum. §. ſtipulatio ff de verb. obl. l. ſenatus. § ſi ff. de don. cauſ. mort, l. cùm in annos. ff. de annuis legat.* cùm igitur tot ſint legata, quot ſunt anni ſequitur quòd præſcriptio vnius annui legati præſcriptionem alterius anni non importet. Poſteriori caſu opinantur amitti vniuerſum ius cenſus, etiam pro futuris præſtationibus, eo ducti argumento, quòd annuus † reditus ex ſtipulatione, aut alio contractu quæſitus, ſit vnus. *d. l. ſi Stichum. §. ſtipulatio ff de verbor. obligation.* quo fit, quòd totum ius etiam pro futuris præſtationibus præſcriptione triginta annorum amittatur: Sequitur hanc Iohannis opinionem Gomez. *variar. reſolut. titul à qualitate contractuum. num. 45. & multi alii ab eo relati.* 152 153

Hæc † diſtinctio eſt contra expreſſum text. *ſæpe d. §. fin,* qui annuam penſionem debitam ex legato vel contractu, quo ad præſcriptionem æquiparat. Nec † valet laborioſiſsimi Accurſii effugium, dicentis, æquiparari in eo, quòd vtroque caſu præſcriptio inchoet à tempore ceſſationis ſolutionis annuarum penſionum, non autem in modo præſcribendi: Nam quòd in modo præſcribendi diſtinguantur, neque ex textu colligitur, neq; ratio ſuadet, neq; ad rē facit, quòd legatū annuū dicatur multiplex, ſtipulatio verò annua vna: Nam etſi † legatū annuū eo ſēſu dicatur multiplex, quòd pro primo anno ſit purum, pro ſequentibus conditionale ſi legatarius ſequentibus annis vixerit, & hoc nomine ad hæredes lega- 154 155 157

in quaſi poſſeſsione libertatis *l. cùm fundum. ff. de vi, & vi armata.* Andreas Gaill *lib. 2. obſeruation 75.* ergò accedentibus reliquis requiſitis, hoc eſt, bona fide, debito tempore, iuri cenſus ex legato debito non tantùm iure ciuili, ſed etiam Canonico præſcribet: poſſe | autem euenire, quòd legatum cenſus bona fide negetur, exemplis probari poteſt, puta, ſi verba teſtatoris ſint ambigua, ſi legatum triginta annis non fuerit agnitum, ſi, qui hæredi ſucceſsit, tabulas teſtamenti nunquam legerit: Deniquè probatur, qui decem annuatim debet, ſi quinque tantùm ſoluat, non vt partem, ſed vt totum, bona fide putans ad quinque tantùm ſe teneri, reliquis quinque etiam iure Canonico præſcribit Salycetus *ſæpecitat. l. cùm notiſsimi. §. final. C. de præſcriptione 30. vel. 40. annorum.* & ibi Baldus, Balbus *de præſcript. 4. parte, 4. partis princip. quæſt 5.* Petrus Follerius *de contractib cenſua, verbo, cenſus, num.* 106. ergò & is, qui bona fide ſe nihil debere putat, iuri cenſus vniuerſo ex legato debito præſcribit. 161 162

Ex quo ſecunda † colligitur ampliatio, quòd iuri cenſus præſcribatur in vniuerſum, ſiuè titulo contractus, ſiuè vltimæ voluntatis fuerit conſtitutus, *ſæpe alleg. §. finali.* 163

Tertiò † ampliatur, quòd non ſolùm ſecundùm ius ciuile, ſed etiam Canonicum in annuis reditibus præſcriptio currat, licet diuerſimodè: nam iure ciuili cum mala fide, at iure Canonico non niſi cum bona fide præſcribitur, Petrus Follerius *citat. verbo, cenſus, num.* 106. & 107. 164

Limitatur † concluſio primò, vt procedat in cenſu priuato, non publico, qui principi debetur, cui ne centum quidem annis præſcribitur. *lege* 165

à prædii poſſeſſore petit, qui emptionem præſcriptionis obiicit, quòd cum titulo, bona fide, & longiſsimo tempore prædium pro libero poſſederit: Quæritur quid iuris?

Et † videtur, quòd Caii exceptio præſcriptionis ſit legitima: Primò quia habet titulum, quia emit, habet bonam fidem, quia prædium cenſu grauatum fuiſſe ignorauit, fuit in quaſi poſſeſsione libertatis, quia nulla vnquàm penſio ab eo fuit exacta, vel præſtita: denique adeſt tempus ad præſcriptionem ſufficiens, quia 30. annis poſſedit: ergò & iuri cenſus, & iuri hypothecæ eſt præſcriptum. 169

Deindè, quia † tertius poſſeſſor hypothecariæ creditori competenti longo tempore præſcribit. *l. 1. C. ſi aduerſ. credit. præſcript. opponatur.* 170

Verùm † his nihil morantibus concludendum, & dicendum, tertium prædii cenſualis poſſeſſorem neq; prędii libertatē, neq; hypothecarię aduerſus cenſitorem præſcripſiſſe, ſed caſu quo cenſitus penſionem ob paupertatem amplius præſtare nequeat, ad annuas penſiones eſſe obligatum, Chaſſan. *d. rub.* 11. §. 2. *n* 36. Grauetta *de antiq. temp.* 4 *parte, verb. abſolutis, n.* 31. fusè Foller. *de contractibus cenſualib. verbo, cenſus. num.* 108. Probatur deciſio primò per text. elegantem *in l. quamuis* §. 1 *ff. de adquir. vel amit. poſſeſſ.* Secundò, quia † non valenti agere non currit præſcriptio, *c* 1. *C. de annali except. l.* 1. §. *ſi quis autem. ff. de itinere, actuuè priuato*: atqui dominus cenſus, ſeu creditor aduerſus tertium prædii poſſeſſorem agere non poteſt, cùm enim præſtationes annua à Titio ſemper fuerint ſolutæ, contra Sempronium nulla datur actio. Tertiò cenſitor, † qui ſingulis annis penſiones recipit, retinuit ciuilem quaſi poſſeſsionem cen- 171 172 173

 ſus in

cenſus in prædio,ſuper quo cenſus eſt conſtitutus quod pro iure cenſus eſt obligatum : ergo Sempronius prædium vt liberum ciuiliter poſsidere, adeoq; præſcribere non potuit,ita *Grauetta & Foller.cit.loc* Quartò interruptio
174 ptio † præſcriptionem impedit, non ſolùm quo ad actionem perſonalem,ſed etiam hypothecariam,*l.ſi C.de annal.except.*atqui per realem penſionis ſolutionem ſingulis annis factam interrumpitur præſcriptio , nam ſolutio penſionis fit tanquàm ex re tali, Cou.*lib.* 1.*reſol. c.9.n.*8 Foller.*d.lo.n.*109.

175 Ad † prius argumentum reſpondetur negando Sempronium emptorem prædium emptũ ceu liberum ciuiliter poſſediſſe: nam cenſitor,cui ex tali prædio penſionis ſolutio eſt facta, ciuilem quaſi poſſeſsionem iuris cenſus ex tali prædio debiti, & iuris hypothecæ,in tali prædio ſemper retinuit,quò fit, quòd Sempronius prædium emptum quaſi liberum ab onere cenſus ciuiliter
176 poſsidere non potuit,cùm duo † eandem rem eodem reſpectu , & eodem poſſeſsionis modo poſsidere nequeãt,
177 ſolaq; † naturalis poſſeſsio , altero habente ciuilem, ad præſcriptionem non ſufficiat,Cou.*c.poſſeſſor.2 part.init. n.7.verſ.Naturalis,& verſ.Quamobrem.& 1.reſol.c.9.n. 8.verſ.Quintò illud.*

178 Ad poſterius † dicendum, *citatam l.* 1. *C.ſi aduerſ. credit.præſcript.opponat.*intelligendam eſſe, in caſu,quo creditori neque debetur, neque ſoluitur annua præſtatio, tunc enim ciuilis quaſi poſſeſsio iuris pignoris decem annis amittitur, Couarr *d.cap.poſſeſſor.2.parte.*§.1. *num.*3. at nos verſamur in caſu , quo ſingulis annis penſiones accipiuntur, quaſi poſſeſsio iuris prædii , ex quo cenſus debetur, retinetur, adeoque ciuilis poſſeſsionis adeptio & præſcriptio impeditur.

VLTI-

VLTIMVS † MODVS AMITTENDI 179
CENSVM EST, ſi prædium cenſuale, ex quo cen-
ſus debetur pereat, vel chaſmate, vel incendio, vel terræ
motu, vel aquarum inundatione, nam prædio perem-
pto, extinguitur ius cenſus.

Verùm † hic modus inter Dd. admodum eſt con- 180
trouerſus. Nam † Dominicus de Soto *de iuſtit. & iure.* 181
lib.6.quæſt.5.art 1. Couarruuias *lib.3.reſolut.cap.7.num.*
5.verſ. Quartò ſi contractum. Andreas Gaill *lib.2.obſeru.*
*7 num.*13. & Petrus Follerius *de contract. cenſuar. verbo,*
cenſus, num 116. interitu rei, ſuper qua cenſus eſt com-
paratus, ius cenſus interire negant, cenſentes, in † con- 182
ſtitutione cenſus obligationem principalem eſſe per-
ſonalem, prædium autem, ſeu fundum, ex quo cenſus
venditur, annuaque penſio percipitur, hypothecæ
loco apponi, pro certiori penſionis annuæ ſolutio-
ne, quo fit, quòd ex earum ſententia, prædio, ſeu
fundo deſtructo, maneat venditor cenſus nihilominus
obligatus, cùm † ea ſit hypothecæ natura, vt etiamſi pe- 183
rierit prędium nihilominus debitor ſoluere cenſum te-
neatur *l. ſeruo. C. de pign. l. pignus. C. de pign. act.* Probatq́;
† hanc ſuam ſententiam Couarr. ex Martini & Calix- 184
ti Pontificum extrauagantibus, quibus adſeritur, quòd
deſtructis rebus, ex quibus cenſus eſt conſtitutus
& comparatus, venditor cenſus ad precium empto-
ri reddendum cogi nequeat: ergò, infert Couarruuias,
prædiis extinctis remanet venditor cenſus actione
perſonali ad penſionem ſoluendam obligatus: ete-
nim ſi perditis prædiis ius cenſus periret, minimè
neceſſe fuiſſet dicere, quòd venditores ad precium red-
dendū cogi nequirent. Deindè, ſi deſtructis prædiis ius
cenſus finiretur, id à ſummis Pontificibus omiſſum non

fuiſſet, ſed æquè expreſſum, atque illud de precio non reſtituendo fuit commemoratum.

185 Verùm † ab hac ſententia Ludouic. Molina *de contract. tract. 2. diſput.* 383. iure diſcedit: Primò, ſi in emptione cenſus ex certo prædio facta principalis obligatio ſemper eſt perſonalis, prædiumque hypothecæ loco tantùm accedit, nulla eſt inter mutuum ſub vſura hypothecamq;, & emptionem cenſus differentia, niſi no-

186 minis: Secundò † vocabula inuenta ſunt, vt res ſignificent, *auctore Ariſtotele 1. pertherm. & I. C. in l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſuppellect. legata.* neque enim præſumendus eſt quiſquam dicere, quòd mente non cogitauit: ergò qui alteri vendit ius cenſus ex certo prædio, non hypothecæ, ſed venditionis contractum celebrat

187 vendens alteri ex prædio ius cenſus. Tertiò, † venditione perfecta periculum rei venditæ ad emptorem pertinet. *toto tit. C. & ff. de peric. & commod. rei vendit.* ergò deſtructo prædio ex quo cenſus eſt emptus, perit ius

188 cenſus: Quartò debitor † ſpeciei, hoc eſt alicuius indiuidui, liberatur ſi res, hoc eſt, indiuiduum ſeu ſpecies caſu fortuito, ſinè ſua culpa pereat. *l. ſi ex legati cauſa l. ſi ſeruum ff. de verborum obligationib.* atqui is qui vendit cenſum ex certo prædio, eſt debitor ſpeciei. igitur interitu eius liberatur: Deniquè confutatur prædicta opinio ex duabus noſtris extrauagantibus: nam quòd deſtructis rebus, ſuper quibus cenſus eſt conſtitutus, venditor ad precium reddendum cogi nequeat, id ideò accidit, quia rei interitu ius cenſus extinctum eſt: itaque dictas duas extrauagantes contra *Couarruuiam* retorquemus, atq; ex iis Couarruuiæ deſumptum argumentum hoc modo confutamus, quòd non ideò deſtructis prædiis ad precium reddendum venditor cogi nequeat, quaſi ius

cenſus

cenſus remaneat ſaluum, ſed quia finitum eſt, & ex-
tinctum.

Petrus † Binsfeldius animaduertens hanc Co- 189
uarruuiæ & aliorum opinionem abſolutè defendi non
poſſe, *in cap. in ciuitate, quæſt. 12. concluſ. 4. & 12 extra de
vſuris.* fingit quandam inter cenſus, qui olim fuêre em-
pti, & inter eos, qui hodiè comparantur, diſtinctionem
& differentiam, aſſerens, quòd reditus, qui olim tem-
pore *Martini & Calixti* comparabantur, ſuper certis
rebus emebantur, ita quòd conſtituens, eiuſque hære-
des non tenebantur, ad penſionis ſolutionem, niſi ra-
tione rei, & quamdiu rem poſſiderent, quodque per-
empta re, peribat ius cenſus, nec vlla remanebat in
venditore obligatio perſonalis, quòd cenſus iſti anti-
qui fundentur in re ipſa fructifera, quæ de contractus
cenſualis ſubſtantia erat: At in noſtris cenſib. qui hodiè
emuntur, cenſet Binsfeld. quòd principalis obligatio ſit
perſonalis, atque prædium ſolùm hypothecæ loco ac-
cedat, ideoque deſtructa re, hoc eſt, hypotheca, ius cen-
ſus non perimi: Hæc † Reuerendiſſimi, iuxta ac Doctiſ- 190
ſimi viri diſtinctio mihi non probatur, *tùm*, quia nullo
iure fundatur: *tùm* quia etiam olim cenſus perſonales
fuêre in vſu, & liciti vti conſtat ex Conrad. *de contract. q.
74. & 95. tùm*, quia nonnulli inter quos eſt Cou. *d. c. 7. n.
5. ex Martini & Calixti extraua.* cenſus perſonales proba-
ri aſſerunt: *tùm*, quia etiam hodiè cenſus reales conſti-
tuuntur, vt ex inſtrumentis deſuper confectis conſtat,
& liquet, licet infrequentius, & rarius.

Itaque vt in hac quæſtione, quid iuris ſit, intelliga-
tur, ſciendum † primò cenſum eſſe duplicem, perſona- 191
lem, & realem: Perſonalis eſt, cùm ex, in, & ſuper per-
ſona fructifera cenſus conſtituitur: Realis eſt, qui ita

 collo-

collocatus eſt in re aliqua, vt in illa & ex illa debeatur cenſus, resque ipſa afficiatur.

192 Secundò ſciendum † eſt, cenſum perſonalem eſſe duplicem, quidam enim eſt ſimplex, & purus, quidam mixtus. Simplex eſt, cum perſona fructifera ex ſua perſona cenſum vendit, nulla re hypothecæ loco, nominata, vt ſi Doctor iuris agens Aduocatum, aut Profeſſorem, carensq; bonis immobilibus, ex ingenii ſui & profeſſionis ſuæ lucro, & fructibus alteri ius cenſus vendat, aut alius prædiis, & fundis abundans, ex ſua perſona alii cenſum vendat, nullo prædio hypothecæ loco aſſignato. Mixtus eſt, cùm quis ſuper ſua perſona cenſum conſtituit, atq; pro ſecuritate prædium hypothecæ loco obligat, Molina *de contract. tract. 2. diſp. 383.*

193 Tertiò † notandum, cenſum realem tribus modis conſtitui poſſe: *aut* enim ex omnibus rebus, bonisq; tàm mobilibus, quàm immobilibus, iuribusq; venditur cenſus, addito dictioni, rebus & bonis ſigno vniuerſali, *omnibus*, adeoq; oratione vniuerſali, hunc in modũ, vẽdo tibi cẽſum ex omnibus bonis, rebus, iuribusq;, quæ habeo, poſſideo: *aut* ſecundò venditur cenſus ex bonis, rebus, & iuribus oratione indefinita, hũc in modũ, vẽdo tibi cẽſum ex rebus bonis, iuribusq; meis: *aut* deniq; vẽditur cenſus ex re particulari, ſpecifica & indiuidua, vt ſi ex tali agro, vinea, prato, ſito in tali loco, habenteque tot iugera, cenſus vendatur.

194 Quartò noſcendum, cùm † reditus ſit ius quoddã, ius a. ſit relatio, & reſpectus relationis ad alterum, in quo ius competit, relatio a. omnis ad alterũ referatur, quòd
195 iuri † cenſus, in eo, cui penſio debetur, reſcindendi, tria particularia relatiua reſpondeant: Primum eſt, penſio ipſa, quę debetur, puta, vinũ, frumentum, pecunia &c. Secun-

Secundum eſt, obligatio rei, h. e. prædii, & fundi, ex quo pēſio debetur: Tertium eſt, obligatio hominis cēſum vē dētis, qui ad annuam penſionem præſtandam eſt obſtrictus: Hæc tertia & vltima obligatio ſēper eſt perſonalis, etſi cenſus ſit realis, comitaturq́; ſemper rem ipſam, ex qua cenſus debetur, Molina *d. diſp.* 383. Binsf. *c. in ciuitate. q. 9. verſ. His adiungendum, de vſur.* Porrò, hæc † ho- 196
minis obligatio, qua venditor cenſus realis ad annuam præſtationē eſt obſtrictus, principalis non eſt, vt voluere *Cou.* Gaill *& alii* paulò antè citati, ſed acceſſoria, & conſequens ius cenſus: nam venditor cenſus eo ipſo, quòd ex re ſua alteri ius cenſus vendit, in conſequentiā ad an
nuas penſiones perſonaliter obligatur: quò † fit, quòd 197
res ipſa, ex qua cenſus venditur, principaliter ſi obligata, atq́; in ea ius emptū, perſona v. quæ cenſum vēdidit, ſecūdariò ad annuas præſtationes ſit obligata, nō ſimpliciter & abſolutè, ſed donec, quamdiu, & quatenus rē ex
qua cēſus eſt venditus, poſſideat. Hinc † eſt, ſi res, ex qua 198
cenſus eſt cōparatus, ad tertiū tranſeat poſſeſſorē, quòd emēs, non vēdens ad annuā penſionē prçſtandam obligetur: nam hæc obligatio ſoluendi penſiones ſequitur rem ipſam, *clem.* 1 & ibi gl. *de cenſib. l. reſcripto, §. ſciendū. ff. de mun. & honor.* Grauetta *conſ.* 217. *n.* 5. Foller. *de contract. cenſ. verb. cenſus. n.* 96. Molina *d. diſp.* 383.

His ita præmiſſis, ſit † prima concluſ. ſi cenſus ſit 199
merè, & purè perſonalis, mortuo eo, qui cenſum ex ſua perſona cōſtituit, non extinguitur ius cenſus, ſed trāſit in hæredes, Cou. *lib. 3. c. 7. n. 6. verſ. Quod item*, argumēto à cōtrario ſenſu, Molin. *d. lo verſ. Cum hoc diſcrim.* Ratio
prima eſt, quia † pactū & ſtipulatio in dubio preſumitur 200
realis, h. e. trāſitoria ad hæredes actiuè & paſſiuè Mēoch. *de præſ. lib.* 3 *præſ.* 47. *nu.* 5. Secunda, quia † defunctus &

hæres vna perſona cenſentur, Menochius dicto loco. Tertia eſt, quia nemo centum florenis, verbi gratia, cenſum quinque florenorum, ad vitam tantùm venditoris, & non hæredum ſimul emere præſumitur.

202 Quòd ſi † obiicias, cenſum victalicium eundem eſſe cum cenſu perſonali, illumque ad hæredem non tranſire: ergò nec cenſum perſonalem: Reſpondeo negando antecedens, nam in victalicio cenſu aliud eſt precium, atque in cenſu perſonali perpetuò.

203 Quòd ſi † iterum opponas, cenſum perſonalem eſſe eum, qui cum perſona extinguitur ſicut & pactum perſonale dici, quòd perſonam non egreditur, ſed cum perſona interit. *l. ſi tibi decem. §. ſi quis paciſcatur, l. idem in duob. §. pactum. ff. de pact.* ideoq; ad hæredes non tranſire: Nego antecedens, non enim dicitur cenſus perſonalis, quòd cum perſona intereat, ſed quia ſuper perſona, & non re conſtituitur.

204 Quòd ſi † amplius inſtes, ac dicas, cenſum perſonalem ſuper perſona fructifera ſolùm conſtitui poſſe: at non omnem hæredem eſſe perſonam fructiferam, & per conſequens non in omnem hęredem tranſire cenſum perſonalem: Reſponderi primò poſſet, multos *Doctores* eſſe in ea opinione, quòd cenſus perſonalis ſuper perſona conſtitui poſſit, nullo habito reſpectu, ſitnè fructifera, nec ne: imò quòd huiuſmodi emptio tantò ſit iuſtior, quantò minus grauet venditorem: Verùm, quia hæc opinio antea à nobis eſt refutata, reſpondeo ſecundò, ſi hæredis perſona prorſus ſit infructifera, & nulla adſint bona hypothecata, quòd exſpiret ius cenſus eo modo, quo exſpirat, ſi perſona, quæ tempore emptionis fuit fructifera, poſtea nullius redderetur frugis, vel res, ex qua cenſus eſt emptus, fieret perpetuò ſterilis.

Secun-

Secunda † concluſio, mortuo eo, qui ex ſua perſona cenſum vendidit, ſinè hęrede, ius cenſus omninò extinguitur, Couarru. *d.c.7 n.6, verſic. Quod item.* Iacob. Venent. *de annua præſtat. quæſt* 30. 205

Tertia † concluſio, ſi cenſus ſit omnibus alicuius bonis, rebus & iuribus impoſitus, peremptis omnibus bonis, tàm mobilibus, quàm immobilibus non perit ius cenſus, ſed reſidet in perſona, quæ ad annuas penſiones remanet obligata: ratio prior eſt, quia huiuſmodi cenſus eſt mixtus partim realis, partim perſonalis, nam 206
† & ius laborum perſonæ continetur nomine rerum, 207
bonorum & iurium, res † enim & bona ſunt tranſ- 208
cendentia, tàm iura, & incorporalia, quàm corporalia comprehendentia, *tot. tit. inſtit. de reb. corporalib.* Arius Pinell. 1 *parte rub. C. de bonis matern. num.* 1. *& ſeq.* ratio
† poſterior eſt, quia ea videtur eſſe mens contrahen- 209
tium, quòd tàm ſuper perſona, quàm ſuper rebus cenſum conſtitutum velint: quò fit, quòd deſtructis rebus tanquàm vno ex mixtis principali alterum principale ex mixtis, ius laborum, induſtriæ & fructus remaneat.

Quarta † concluſio, conſtituto cenſu ſuper bonis, 210
rebus, & iuribus oratione indefinita, cunctis bonis, rebuſque deſtructis remanet ius cenſus in perſona, quæ
ad penſionem eſt obligata: ratio eſt, quia oratio indefi- 211
nita in materia neceſſaria, & ex mente veriſimili contrahentium, vniuerſali æquipollet Couarru. *lib.* 1. *reſol. cap.* 13. *num.* 9. altera ratio eſt, quia † ius lucrorum ho- 212
minis eſt ius, ergò ſuper eo iure conſtituitur cenſus: vndè colligitur, quòd in caſu tertiæ, vel quartæ concluſionis cenſus perſonalis cum reali ſit coniunctus.

Vltima † concluſio cenſus realis ſuper vno, vel 213
quibuſdam prædiis, ſeu fundis in ſpecie, ſeu indiuiduo

conſtitutus, prædio vel prædiis extinctis, in totum, & prorſus perit. Probatur concluſio primò per *Martini & Calixti* extrauagantes, in quibus, dum dicitur, quòd prædiis deſtructis venditor ad precium reddendum cogi nequeat, eo ipſo indicatur rei interitu cenſum perire: Secundò probatur per *Pii V. conſtitutionem Anno 68. editam.* Tertiò authoritate Doctorum: *Conradi quæſt.83. concluſ.10.* Iohan. à Lignano *c. in ciuitate, de vſur.* Nauar. *c. ſi fœneraueris 14. quæſt.3. num.76. 79 & 115.* Virginii de Bocatiis *tract. de interdicto vti poſſidetis. c.18. nu.25.* Follerii *de contractib. cenſualib. verbo, cenſus, num.120.* Molinæ. *diſput.383.* Binsfeldii *c. in ciuitate, quæſt.12. concluſ.2. 4 & 12. de vſuris.* Denique probatur duplici ratione: prior eſt, quia venditione perfecta periculum rei venditæ ad emptorem pertinet, *toto tit. ff. & C. de periculo, & commodo rei venditæ,* igitur perempta re, in qua ius cenſus eſt emptum, perit & cenſus: poſterior eſt, quia † ſicuti rei interitus ius ſeruitutis extinguit.

214 *l. vnus ex ſociis. §. fin. cum l ſeq. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. l ſi locus. ff. quemad ſeruit. amit. l 1. § ſi quis. ff. de itinere actuue priuato,* ita quoque interitu rei, in qua cenſus eſt

215 conſtitutus, perit ius cenſus, nam † cenſus eſt quædam quaſi ſeruitus.

216 Ampliatur † concluſio primò, vt procedat non ſolùm ſi limitatè ex prædio comparetur cenſus, ita, quòd conſtituens, eiuſque hæredes non teneantur ad ſolutionem penſionis, niſi ratione rei, & quamdiu rem ipſam poſſideant, ſed etiam ſi ſimpliciter, & indefinitè ex certo prædio cenſus vendatur. Hæc interpretatio eſt contra Couarruuiam, qui *lib.3. reſol. c.7. nu.5. verſiculo Quintò ſi,* putat non perire ius cenſus rei interitu, niſi limitatè ad rem conſtituatur. Probatur extenſio primò per

mò per Martini & Calixti extrauagantes, in quibus ſtatuitur, quòd peremptis prædiis, in quibus ſimpliciter, & indefinitè cenſus fuit conſtitutus, venditor ad precium reddendum cogi nequeat, non aliam ob cauſam, quàm quia rei interitu extinctus eſt cenſus: Secundò probatur ratione duplici: prior eſt, quia huiuſmodi cenſus eſt realis, & ſuper re certa conſtitutus: ergò rei interitu perit: poſterior, quia in dubio cenſus ex prædio venditus præſumitur, limitatè, tùm, quia † contractus 217
cenſualis ratione emptoris eſt odio plenus, ideoque reſtringendus, tùm, quia ea ratione contractus minus eſt ſuſpectus.

Ampliatur † ſecundò, vt procedat, etſi in locum 218
rei deſtructæ alia res reponatur, verbi gratia, incendio, vel terræ motu concidit domus, ex qua cenſus eſt venditus, aut vi aquarum deſtructum eſt molendinum, ex quo cenſus fuit debitus, atque in deſtructorum ædificiorum locum alia fuêre repoſita, profectò noua ædificia oneri cenſus ſubiecta non ſunt: ratio eſt, quia † no- 219
ua ædificia non ſunt eadem cum prioribus, ſed alia & diuerſa. *l. inter ſtipulantem. § ſacram ff. de verb. oblig. l. quod tamen*, §. 1. *ff. quib. mod. vſusfruct. amittat.* Nauar. *d. cap. ſi fæneraueris. num.* 18. Binsfeld. *pracit. c. in ciuitate, quaſt.* 12. *concluſ.* 2.

Quòd ſi † obiicias, res pignori obligata ſi mute- 220
tur, vt ſi domus hypothecata corruat, area remanet obligata, aut ſi ei aliquid accedat, quòd & id pignori ſit obligatum, *l. domo. ff. de pignorat. action. l. ſi fundus.* §. *ſi res. l. Paulus.* §. *domus. ff. de pignoribus.* Reſpondeo aliud in emptione cenſus, aliud in pignore eſſe conſtitutum: ratio diuerſitatis duplex eſt: prior, quia cenſus eſt odioſus, pignus fauorabile: poſterior, quia

cenſus neceſſariò conſtituitur ſuper re fructifera, quem fructum area non parit, pignus autem etiam ſuper re non fructifera conſtitui poteſt.

221 Limitatur † concluſio Primò, vt non procedat, ſi dolo aut culpa venditoris, ſeu cenſiti res cenſui ſubiecta pereat: nam eo caſu aut ſuper re alia cenſum conſtituere, aut ad intereſſe tenetur venditor. *l. repeti. ff. quib. mod. vſusfr. amittat.* Nauarra *dicto num* 118. & Binsfeld. *citata concluſione* 2. ratio eſt, quia † qui ſua culpa damnum dans, ad eius reſtitutionem tenetur. *ca fin. de iniur.* & † poteſt cenſitor cenſitum, ne rei formam, aut ſtatum mutet, puta, ex vinea agrum, ex agro piſcinam faciat, impedire, Petr. Foller. *de contractib. cenſua. verbo, cenſus, num.*117. Quemadmodùm enim dominus prædii ſeruientis in præiudicium eius, qui in prædio ſeruitutem habet, prædium deterius reddere nequit, aut mutare. *l. ſeruitutes. §. ſi antea ff. de ſeruit. vrbanor. prædior. l. ſed ſi quis. §. proprietarius ff. de vſufructu. l. etſi forte § fin. ff. ſi ſeruit. vendicet, l. ſi certo generi. §. ſi totus ff. de ſeruit. ruſt prædior.* Gaill *lib.2. obſ.*67. ita nec cenſitus in præiudicium cenſitoris prædium cenſuale mutare, aut deterius reddere poteſt.

222 223

224 Limitatur † ſecundò, vt procedat, ſi prædium cenſuale in totum intereat, ſecus ſi partim pereat: nam hoc caſu, ſi, quod de prædio cenſuali ſupereſt, tantum ferat, quantum ad annuam penſionem præſtandam ſatis eſt, partis interitu cenſus neque in totum, neque pro parte perit: ſin verò prædii pars, quæ ſupereſt, ad tantos fructus, quanti ad annuas penſiones pendendas requiruntur, non ſufficiat, tunc cenſus hactenus perit, quatenus fructus ad integrum reditum præſtandum non ſufficiunt, Nauarra *c. ſi fœnerauèris*, 14 *quæſt.* 3. *verſic. Decima nona*

*nona quæſtio. num.*115. Ludouic. Molina *diſput.*391.*clauſula* 8. Petrus Binsfeld.*c.in ciuitate,quæſt.*12.*concl.*2 *circa finem.de vſuris.*

Nec † obſtat Pii V. bulla in qua clauſula octaua 225
contrarium ſtatuitur, videlicet, quòd re partim perempta, ius cenſus partim pro rata pereat, etſi reliquum prædii tantos fructus, quanti ad annuas penſiones ſufficiunt, præſtet: Nam reſpondetur, Pontificis Summi conſtitutionem in Germania, & terris Imperii receptam non eſſe, ideoq; non obligare, Nauar. & Med. *cit. loc.* Bonius *de cenſib art.*12. Et probatur argum. à ſimili, deſumpto *ex* l.1.§.*fi.C.de iur.emphyt.* Quemadmodum †
enim ſi emphyteuſis in totũ pereat liberatur emphyteuta ob onere Canonis, ſin partim corrumpatur nullo 226
modo liberatur, ſed ad integrum Canonem præſtandum obligatur, niſi emphyteuta canonem ſoluat, nimis magnam, hoc eſt, fructibus tempore conſtitutionis æqualem, & reſpondentem, tunc enim ſi fructus, qui ex emphyteuſi deteriorata & maiorem partem perempta percipiuntur, canone ſint minores, pro rata canonem minui æquitas ſuadet: Ita quoque ſi prædium cenſuale totum deſtruatur, à penſione prorſus liberatur cenſitus: ſin verò partim intereat, ad integram penſionem remanet obligatus, niſi fructus tanti non percipiantur, quanti ad annuam penſionem ſunt neceſſarii, Clarus §.*emphyteuſis*, *quæſt.* 8. Rolandus à Valle *conſil.* 96.*num.*26.*lib.*1. Iohan. Sichard *in l.*1. *C.de iure emphyt. num.*28. And Gaill *lib.*2.*obſeruat.*23 *num.*24.

Nec † ſecundò obſtat. *l.*4.§. *quare.ff de cenſib. l.*2. 127
C.de alluuionib.l vnica. C. de collat. donator. in quibus legibus habetur, ſi agri portio chaſmate perierit, per cenſitorem cenſum releuari debere, et ſi vites mor-

facilius, quàm diſſimilitudinis, aut diſproportationis rationem reddere: nam in cenſu propoſito eá eſt diſſimilitudinis ratio, quòd prædio cenſuali in totum perempto, ius cenſus in totum neceſſariò pereat: at re cenſuali partim deſtructa, fieri poteſt, vt quod reliquum eſt de prædio cenſuali, tot, aut eo plures ferat fructus, quàm quot ad annuam penſionem ſoluendam ſint neceſſarii.

Limitatur † tertiò, vt non procedat, ſi ſaluo prædio ob calamitatem aliquam nulli fructus vno, duobus, aut tribus annis percipiantur, nam ob vnius, duorum, vel trium annorum ſterilitatem, & calamitatem annua penſio remittenda, aut minuenda non eſt: Nauarra *dicto c. ſi fœneraueris, num.* 117. Ludouicus Molina *diſput.* 391. *clauſul.* 8. Binsfeld. *cap. in ciuitate, quæſtione* 12 *concluſione* 3. *conditione* 9. *de vſuris.* ratio prima eſt, quia nullo iure cauetur, quòd ob paucorum annorum ſterilitatem penſio remitti debeat: Secunda, quia † non fructus, ſed ius ad penſiones emitur: Tertia, quia † in optione cenſiti eſt, vel penſionem ſoluere, vel prædium cenſuale ſterile deſerere, cenſitori relinquere, atque ea ratione ab onere cenſus ſe liberare, Nauarra & Binsfeld. *citatis locis*, Iacob. Venent. *de annua præſtat. quæſt.* 33. Quidquid † dicat Petrus Folerius, qui *tractatu de contractib. cenſualibus, verb. cenſus, n.* 120. diſtinguens inter paruum, mediocre, & magnum damnum aſſerit, ſicut penſio locationis, propter ſterilitatem, & calamitatem colonis remittitur, *c. propter ſterilitatem. de locato. l. licet, Cod. locati. l. ſi vno. l. ex conducto. §. ſi vis. l. merces. §. vis maior. ff. eodem.* Couarruuias *practicar. quæſtion. cap.* 30. ita & cenſito ob calamitatem penſio eſt minuenda. Nam reſpondetur, magnam eſſe inter locationē & em-

231 232 233 234

citato loco, aſſerenti, venditori cenſus ob huiuſmodi pactum compenſationem ſpecialem eſſe faciendam: Nam id pactum eſt ſecundùm naturam contractus, ideoque peculiari precii compenſatione non indiget.

Limitatur † deniquè concluſio, vt procedat in cenſu reali, ſecus ſi ſit cenſus perſonalis mixtus, hoc eſt, in perſona ſub hypotheca alicuius prædii conſtitutus: nam tunc re hypothecata deſtructa, ius cenſus non perit: ratio eſt, quia † pignore etiam perempto, obligatio perſonalis remanet ſalua, *l. pignus. C. de pignorat. act. l. ſeruo. C. de pignorib.* Molina *diſput.* 383. Idem † eſt iuris, ſi cenſus ſit perſonalis purus, & prædium demonſtrandi tantùm cauſa nominetur, vt intelligatur, ex quo prædio penſio debeat percipi, hoc modo, vendo tibi centum modios frumenti iure cenſus ſingulis annis ſoluendos, atque ex tali prædio præſtandos: nam & eo caſu prædio perempto, aut vendito, manet cenſitus ad annuam præſtationem obligatus: ita intelligit *l. fin. §. fin. ff. de contrahend emptione*. gloſſa *in l. hactenus, verbo, ab ea, ff. de vſufructu*.

238

239

240

Ab hoc loco non alienum duco diſputare: *Vtrùm † cenſitus, vël cenſitor fines, terminos, numerum, & amplitudinẽ rerum cenſualium oſtendere, & declarare teneatur?* 241

In tanta hominum malitia, & peruerſitate accidit non raró, quòd cenſiti, emphyteutæ, & vaſalli prædia cenſualia, emphyteutica, & feudalia diuidant, alie-

nent, vendant, permutent in dotem filiabus conſtituant, cenſum, canonem, & ſeruitia, quaſi prædia hiſce oneribus obnoxia, integra poſſideant, pręſtent, nonnunquam quoq; prædia integra poſſident, ſed certi inſtrumentum, reuerſales, & inueſturam eſſe deperditam, aut extare quidem, verum in iis nullam finium, prædiorum mentionem fieri, aut fieri quidem mentionē, ſed ſtudio inſtrumentum & inueſtituram occultantes, prædia cenſualia, emphyteutica, & feudalia ſe poſſidere negant, ea ſibi demonſtrari, reddi, reſtitui petunt, id ni fiat, penſionem porrò præſtare recuſant & detrectant. Quæritur itaq; , *vtrùm eorum petitio ſit iuſta, iuriq; conſentanea.*

242 Et videtur, quòd non ipſi, ſed dominus cenſus, emphyteuſis, & feudi prædiorum fines, terminos atq; amplitudinem oſtendere teneatur.

243 Primò, quia † nemo ſuæ poſſeſſionis titulum oſtendere cogitur. *l. cogi, C. de petition. hæredit.* vbi Arcadius & Honorius Imperatores cogi poſſeſſorem ab eo, qui expetit, titulum ſuæ poſſeſſionis dicere, inciuile eſſe reſcribunt: ergò cenſitus, emphyteuta, vaſallus inſtrumentum, reuerſales, inueſtituram, adeoq; titulum exhibere non tenetur.

244 Secundò, † à reo nulla probatio exigenda eſt, ſed
245 ab actore, † quo intentionem ſuam non probante,
reus etſi de ſuo nihil præſter, abſoluendus eſt. *l. fruſtra. l. actore. Cod. de probat, cap. cùm Eccleſia, in fine, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.* ergò dominus cenſus, emphyteuſis, & feudi, prædium cenſuale, emphyteuticum, & feudale, eiusque fines, & amplitudinem oſtendere compellitur.

246 Tertiò, † nemo contra ſe probationem facere tenetur, *l. nimis graue, C. de teſtib.* vbi Dioclet. & Maxim. nimis

mis graue, reſcribunt, eſt, quod petitis vrgeri partem aduerſam eorum, per quos ſibi negotium fiat.

Quartò, † nemo ſua documenta ad actoris intentionem fundandam edere tenetur. *l. 1. & l. qui accuſare, C de edendo.* 247

His quintò adſtipulatur, *l. inſtrumenta. C. de fideicommiſſis.*

Denique prædictis accedit textus elegans in *c. 11. de probat.* vbi *Rex Vinceſtriæ*, qui Imperatori certa ſeruitia debebat, petit à *Summo Pontifice*, vt Imperatori ſcribat, quatenus in chartophylacio requirat pacta inter Imperatorem & Reges Vinceſtriæ inita, vt ſciat, quę Rex Imperatori ſeruitia præſtare, & quid Imperator Regi ſeruare debeat: cui Pontifex reſcribit, ſe petitioni ſatisfacere non poſſe, atque ſibi obſtare, quòd † nulli ſit dicendum, ea, quæ contra te ſunt documenta, in medium proferre non debes. 248

Verùm † his & ſimilibus nihil morantibus, ad quæſtionem ſequenti concluſione reſpondetur: non dominus cenſus, emphyteuſis, & feudi, ſed cenſitus, emphyteuta & vaſallus, fines, terminos, amplitudinē, inſtrumenta, reuerſales, & inueſtituras prædiorum & rerum cenſualium, emphyteuticarū, & feudalium oſtendere, & declarare tenetur. Hanc concluſionem tenet gl *c. vnico. §. illud quoq; de prohib. feudi alien. per Feder.* gl *l. 2 verb. iurata fide C. quandò, & quib. quarta pars debet.* vbi Iohan. de Platea & alii, Angel. *l. ſi rem. ff. de rei vend* Iaſ. *l. 2. C. de iure emphyt. q. 13. num. 172.* Barth. Chaſſan. *in conſuet. Burg rub. 3. §. 4. & rub. 11. §. 6.* Speculat. *tit. de emphyt. quæſt 60. n. 76.* Carol. Molinæus 249

pepraſcript. gloſſa *l. ſi ſolennibus.* vbi Paulus de Caſtro *C. de fide inſtrum.* fuſiſsimè Ioſephus Ma:chard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1194. *vbi num.* 34. ait, eum qui in quaſi poſſeſsione recipiendi cenſum eſt, ab onere probandi releuari, Iacob. Menoch. *de praſumpt. lib.* 1. *quaſt* 33. *n* 4. dicens, quaſi poſſeſsionem præſumptioni æquiparari, Fuluius Pacianus *de probat. lib.* 1 *cap.* 16. *num.* 26 *& ſeq.* ergò pro cenſitore, & domino directo, quibus longo, aut longiſsimo tempore, penſio, canon, & ſeruitia ſunt præſtita, contra cenſitos, emphyteutas, & vaſallos eſt præſumptio, quòd prædia cenſualia, emphyteutica, & feudalia poſsideant, aut poſsidere debeant, & per conſequens, quòd ad eorum fines, & terminos oſtendendos, inſtrumenta, & inueſtituras edendas obligentur.

Ampliatur † concluſio primò, quòd non ſolùm fines prædiorum oſtendere, ſed etiam catalogos, hoc eſt literas renouationis, inueſtituras, & reliqua inſtrumenta exhibere, adeoque titulum ſuæ poſſeſsionis probare teneantur, Carol Molin. *in conſuet. Pariſienſ. tit.* 1. § 5. *n.* 4. Petrus Follerius *de contract. cenſuar. verbo cenſus nu.* 112. Ludouic. Molina *diſput.* 449. Ratio eſt duplex: tùm, quia † literæ huiuſmodi videntur eſſe communes, conſtat autem, quòd communia inſtrumenta ſint edenda *l. prator ait. ff. de edend.* tùm, quia † cenſitor, & dominus proprietatis intentionem ſuam habent fundatam, & niſi emphyteuta, & vaſallus vt. ſe dominium ad ſe ſpectare probent illud omninò vindicare poſſent. Aluarus Valaſc. *de iure emphyt quaſt* 8 *num.* 5. *&* 6. Molina *cit. loc.* vbi *notanter* addit, ſi † cenſitor. aut proprietarius ſit Fiſcus, aut pia cauſa, puta, Eccleſia, Monaſterium, &c. quòd iure ſpeciali, & ex priuilegio inſtrumenta iis edi debeant, *l.* 2. §. *Diuus. ff. de iure fiſci*, Aluarus Valaſcus

225 226 227 228

*dicta quæſtione octaua nu.*7. Andreas Gaill *lib.*1. *obſeruat.* 106 *num.*9.

259 Ampliatur † ſecundò, quòd ni fines prædiorum præfa:o modo declarentur, omnia cenſiti, emphyteutæ, vaſalliq́ue prædia præſumantur cenſualia, emphyteutica, feudalia. Speculat. *titulo de emphyteuſi, verſiculo, Sexageſimo ſecundò quæro, num.*79. Iaſon *l.* 2. *Cod. de iure emphyteutico quæſtion.*13. *num.*173. Franciſcus Curtius *tract. feudal.* 2. *parte*, 2. *partis princip. quæſt.*6. Moli-
260 na *præcit. diſput.* 449. Ego † quoad cenſitorem iſtam ampliationem approbo ſimpliciter: nam prædia omnia præſumuntur cenſualia, niſi cenſitus fundum certum, ex quo penſio longo, aut longiſſimo tempore fuit ſoluta, nominet: Verùm quoad emphyteutam, & vaſallum, eam non aliter admitto, quàm ſi Canonis, aut ſeruitiorum amplitudo id ſuadeat, aut alia inditia adſint, *Speculator præfato loco.* Hoc ſenſu intelligendus & exaudiendus eſt Petrus Follerius *dicto loco, num.* 112. & Petrus de Ferrariis *in practic. forma libelli, quo agitur ad ficti præſtationem, verbo ſuper ſolutione, numero* 4.

261 Limitatur † concluſio primò vt procedat, ſi cenſitus, emphyteuta, vaſallus ſeſe tales profiteantur, ſecus ſi ſe tales inficientur: nam hoc caſu cenſitor & dominus de iure ſuo docere, atq; ius cenſus, & directi dominii probare coguntur, Specul. *tit de emphyt. quæſt.*63. Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.* 8. *n.* 9. Ludouicus Molina *diſput.*449. Fuluius Pacianus *de probat. vol.*1 *c.*
262 1. *n.*86. Niſi † cenſitus, emphyteuta, vaſallus, longo aut longiſſimo tempore penſionem, canonem, & ſeruitia præſtiriſſet, quo caſu non domino cenſus, emphyteuſis & feudi, ſed cenſito, emphyteutæ, vaſallo rem non eſſe cen-

cenſualem, emphyteuticam, feudalem, ſeq; ex errore penſionem, canonem & ſeruitia præſtitiſſe probatio incumbit. Spec. *d. lo. q.* 63. *&* 64. *n.* 80 *& ſeq.* Pract. Papienſ. *forma libelli, quo agitur ad ſicti præſtationem, verb. ſemper ſoluit, n.* 2. Maſch *de prob. vol.* 3. *concl.* 1194. *nu.* 33. *& ſeq.* Ratio eſt, quia poſſeſsio & quaſi releuat ab onere probandi, idq; transfert in aduerſarium.

Limitatur † ſecundò, vt procedat in cenſu emphy- 263
teuſi & feudo antiquo, ſecus in cenſu, emphyteuſi & feudo recens conſtituto, nam hoc caſu cenſitor & dominus directus prædia eorumq; limites oſtendere cogitur, gl. Aluar. Præpoſit. *c. imperialem.* §. *illud, de prohibita feudi alien. per Feder.* Molinæus *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. § 5. *n.* 5. *quæſt.* 1. Petr Foller. *d. verb. cenſus. n* 112. *per l. Titius hæres. ff. de actionib. empti.* Quod † de cenſu admitto ſi is ſit re- 264
ſeruatiuus, ſecus ſi ſit conſtitutiuus: nam hoc caſu cenſitus prædii cenſualis limites oſtendere tenetur, *citata l. Titius hæres.*

Tertiò, quòd in concluſione dictum eſt, cenſitum 265
emphyt. vaſallum limites demonſtrare, inueſtituras, catalagos, & reliqua inſtrumenta exhibere debere, id procedit, ſi modo bona fide, puta, iuris tuendi cauſa finium nominatio, & documentorum exhibitio petatur, ſecus ſi mala fide, puta, ſi iam copiæ literarum habeantur, aut limites ſint certi, aut documentorum traditio, non exhibitio poſtuletur: nam his, & ſimilibus caſibus limitum demonſtratio, & documentorum exhibitio denegari poteſt. *l. cum ſeruo.* §. *fin. ff. de contrahend. emption. gl. l. Titius hæres, & l. creditor. ff. de actionibus empti.* Hinc
† eſt, quòd cenſitor, & dominus directus limitum de- 266
monſtrationem, & documentorum exhibitionem poſtulans iurare prius debeat de calumnia, hoc eſt, ſe præ-

ſitum, emphyteutam, vaſallum profitetur, qui longo aut longiſsimo tempore penſionem, canonem, & ſeruitia præſtitit, quique prædium cenſuale, emphyteuticum, feudale poſsidet, aut poſsidere debet, eſt præſumptio iuris, quòd prædii limites ſciat, atque poſsideat, & pro cenſitore, dominoq; proprietatis efficax eſt præſumptio: vndè non mirum, ſi ad prędiorum demonſtrationem, & documentorum editionem illi obligentur.

Ad ſecundum & tertium argumentum eadem accommodatur reſponſio, videlicet, regulam † illam qua 271 traditur, quòd actore non probante reus debeat abſolui, etſi de ſuo nihil pręſtet, plurimas habeat exceptiones, inter quas haud poſtrema eſt, quòd vitietur, ſi pro actore contra reum vrgens ſit, & efficax præſumptio; hæc enim actorem ab onere probandi releuat, idque in reum transfert, vti ſupra in probatione concluſionis fusè eſt oſtenſum.

Ad quartum reſpondet Ludoiucus Molina *dicta diſput.* 449. inſtrumenta, inueſtituras, & reliquas literas conſectas inter cenſitum emphyteutam, vaſallum, & dominos eſſe communes, ideoque edendas, etſi † e- 272 nim priuata documenta, quæ iure dominii ad aliquem pertinent, edenda non ſint: attamen communia, quæ iure dominii ad vtramque partem ſpectant, edi debent. Ego † de veritatis reſponſione dubito, nam inueſtitu- 273 ram, & catalogum, quem cenſitus emphyteuta, vaſallus ſuo precio redemit iure dominii non communia, ſed priuata ipſorum cenſitorum, emphyteutarum, & vaſallorum eſſe cenſeo, per tradita Andreæ Gaill *lib* 1. *obſeru.* 106. Paciani *de probat. vol* 1. *cap.* 66. Itaque ſecunda reſponſio eſt, aliud † eſſe edere, aliud exhibere, aliud trade- 274 re inſtrumentum, aliud denique inſtrumento aliquid proba-

probare: Edere eſt aduerſario copiam deſcribendi facere: Exhibere eſt in publicum proferre, inſpiciendi, legendique facultatem facere, adeoque extra ſecretum habere: Tradere inſtrumentum, eſt poſſeſsionem inſtrumenti in aduerſarium transferre: Probare inſtrumento eſt iudici de iure ſuo fidem facere: Itaque etſi cenſitus, emphyteuta, vaſallus, documenta ſua aduerſario ſuo edere, & tradere non teneantur: attamen exhibere, iisque ius ſuum probare coguntur, *ita citatam l. inſtrumenta. Cod. de fideicommiſſis*, intelligendam eſſe cenſet gloſſa *in l. Titius hæres, & l. creditor, ff. de actionibus empti.*

Ad vltimum dicitur, documenta illa, quæ Vinceſtriæ Rex ſibi communicari petiit, iure dominii ad Imperatorem ſpectaſſe, ideoq; Imperatorem ceu reum ad eorum editionem, exhibitionem, & traditionem compelli nec debuiſſe, nec potuiſſe: Secundò reſpondetur, Imperatorem fuiſſe in quaſi poſſeſsione obſequiorum à Rege præſtandorum, adeoq; Regi probationem incubuiſſe, atq; literarum exhibitionem calumnioſè petitam fuiſſe, iureque recuſatam, per ſupradicta in tertia limitatione, ita gloſſa *dict. c. 1. de probationib.*

Colophonis loco quæritur: *Si annuum cenſum domino præſtare recuſauerit vaſallus: Vtrùm feudum, in quo annuus reditus conſiſtit, amittat?*

Exiſtunt nonnulla feuda pro quibus ex conuentione, domino, cenſus annuus præſtari ſolet, quæritur. 275 itaq; ſi † vaſallus in præſtatione annuæ penſionis ceſſet, an iure ſuo cadat, in quo variæ & diuerſæ ſunt interpre-tum

tum ſententiæ. Innoc. † *in c. ad apoſtolica. de re iudic. in* 276
6. Baldus *in cap. qua in Eccleſiarum. de conſtitutionibus.* Alexander *conſil.* 11. *lib.* 5. exiſtimant vaſallum in ſolutione ceſſantem, à iure ſuo cadere, adducti ſequentibus argumentis.

Primò, † quia vaſallus non præſtans ſeruitia ius 277
feudi amittit. *cap. primo. §. ſed non eſt alia, qua fuerit prima cauſa beneficii amittendi.* Atqui præſtatio annua eſt quoddam ſeruitium, ergò &c.

Secundò, † quia ob non ſolutam annuam penſio- 278
nem, quam pro Regno Siciliæ Eccleſiæ Romanæ præſtare tenebatur, prædicto Regno Siciliæ primatus fuit Imperator, Fridericus *cap. ad Apoſtolica. §. præter hæc Regnum Siciliæ, de re iudicata in* 6.

Tertio, † donatio reuocari poteſt ſi pacta non ſer- 279
uentur, *l. vlt. C. de reuocand. donat.* Atqui feudum eſt donatio, ergò ſi hoc pactum non ſeruetur, quo penſio annua præſtari debeat, feudum meritò aufferri poteſt.

Deniq; † emphyteuta ob non ſolutam annuam 280
penſionem emphyteuſin amittit, *l.* 2 *C de iure emphyt. cap potuit, de locato.* Ergò ex eadem cauſa feudum amittitur. Probatur conſequentia, quia cum contrarium libris Feudorum non ſit conſtitutum iure communi, in feudis vtendum eſt *c.* 1. *de feudi cognitione.*

Contrariam † opinionem defendunt Specula- 281
tor *titulo de locato, § nunc de emphyteuſi quæſtione* 85. Ludolphus Schraderus *tract. feudali, parte* 9. *capite* 6. *nu.* 75. moti ſequentibus argumentis.

Primò, † quia cum multæ cauſæ priuationis feudi 282
diligenter enumerentur *in tit. qua fuerit prima cauſa beneficii amittendi*, nullo autem iure cautum ſit, quod

Digitized by Google

ob non ſolutum cenſum vaſallus iure ſuo cadat. Ergò &c.

283 Secundò, † quia Cenſuarius, licet per longiſsimum tēpus cenſum ſoluere neglexerit, iure ſuo non cadit, *vt ſup. dictum*. Atqui vaſallus in caſu noſtro, nihil aliud eſt quàm Cenſuarius, ergò &c.

284 Tertio, † vaſallus non offerens domino ſeruitium, feudum non amittit, quantocunque tempore ſteterit, ſi non fuerit interpellatus, *cap. licet ſi de feudo defuncti controuerſia ſit inter dominum & agnatos vaſalli*, ergò non amittet feudum, ſi in ſolutione annui reditus ceſſauerit, ſi non fuerit ad ſoluendum interpellatus vaſallus.

285 Vltimò, † contractus iam conſumatus & perfectus non reſcinditur ex eo, quòd alter non impleat, ſed ad implendum cogi poteſt. *l. inciuile, Cod. de rei vendicatione, l. non idcircò, Codice de rei vendicatione.*

286 Alii † variis modis diſtinguunt, vt videre eſt apud Andream Fachineum *controuerſiarum iuris, libro 7. cap.* 87. quorum diſtinctiones cum prædictus *Dominus Fachineus olim collega meus honorandus*, diligenter referat, eas repetere ſuperſedeo.

287 Ego † diſtinctionis fœdere vtramque opinionem
288 ad concordiam reduci poſſe cenſeo. Nam † ſi vaſallus interpellatus annuam penſionem ſoluere denegauerit, recuſaueritque, priuari feudo rectè poſſe arbi-
289 tror, iuxta primam opinionem. Sin † verò ex ſola negligentia annuas præſtationes domino ſoluere ceſſaue-

Digitized by Google

ſauerit feudum non amittere puto. Hocque caſu cum Fachineo *dicto loco*, ſecundam opinionem tanquàm iuri magis conſentaneam eligo : *tùm* † ob argumenta commemorata : *tùm* quia feudum ex quo annua pen- 290
ſio præſtari ſolet, degenerans eſt, communem naturam feudorum non retinens. Nam feudum propriè eſt donatio ; & penſio annua, quæ ratione feudi præſtatur, feudum à donatione degenerare facit: Vndé propter extraneam & aduentitiam qualitatem non ſeruatam, quæ feudo naturalis non eſt, vaſallus iure ſuo priuari non debet.

Digitized by Google

CAPVT VLTIMVM, DE ACTIONIBVS QVIBVS IVS CENSVS ET ANNVA PRÆSTATIO EXIGATVR?

SVMMARIA.

1 *Multum refert ſcire, qua actione vnumquodq; petendum ſit.*
2 *Inepta actio totum proceſſum reddit eluſorium.*
3 *Non conuenit inter Dd quibus actionibus ius cenſus, & annua penſio exigatur.*
4 *Opinio prima, competere actionem ex empto.*
5 *Opinio ſecunda, dari actionem confeſſoriam.*
6 *Opinio tertia, dari actionem ſpolii.*
7 *Hæ tres tanquàm contraria, ab eodem, contra eundem ſimul intentari non poſſunt. & n. 11.*
8 *Quomodò differant, actio ex empto, confeſſoria, & ſpolii, & n. 10*
9 *Quomodò differant actio realis & perſonalis?*
12 *Multum refert, vtrùm annua penſio nunquàm, an verò aliquot annis ſit ſoluta?*
13 *Si cenſus certo titulo comparatus, nec tamen annua penſio vnquam ſoluta ſit, competit actio perſonalis ex illo titulo, quo cenſus eſt comparatus.*
14 *Aliud eſt aliquid promittere, aliud realiter conſtituere. Et quomodò hæc duo, quoad actiones intentandas, differant?*
15 *In rebus incorporalibus patientia loco traditionis eſt.*
16 *Si cenſus certo titulo comparatus, eiq; hypotheca appoſita ſit, nec tamen vlla vnquàm penſio ſoluta, intentari poteſt Saluianum interdictum.*

17 Sal-

Digitized by Google

17 *Saluianum interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa compara-tum eſt.*

Et quandò directum quando vtile competat?

18 *Saluianum interdictum contra omnem debitorem, cuius bona ſunt hypothecata, datur, contra Menoch.*

16 *Locatori prædii, tàm ruſtici, quàm vrbani, quæ ſint obligata.*

20 *Cenſitori pro annua penſione, prædium cenſuale, omnesq; eius fructus ſunt obligati.*

21 *Prædio hypothecato, cenſentur etiam fructus ipſius obligati.*

22 *Quandò cenſitor habens inſtrumentum Guarendigiatum pro-cedat aduerſus moroſum cenſitum?*

23 *Praxis harum Prouinciarum & modus procedendi ex vi inſtru-menti Guarendigiati.*

24 *Vtrùm cenſitor vi pacti cenſitum moroſum ex prædio cenſuali propria authoritate expellere, illudq; occupare poſſit?*

25 *Quibus remediis conſulatur cenſitori ſi cenſitus poſteaquàm ali-quot penſiones præſtitit incipiat fieri moroſus?*

26 *Conſultius eſt agere poſſeſſorio, quàm petitorio, & cur?*

27 *Qui in quaſi poſſeſſione iuris percipiendi annuas penſiones turba-tur, interdicto vti poſſidetis aduerſus turbantem experiri poteſt.*

28 *Interdictum vti poſſidetis propter res ſoli principaliter eſt in-troductum.*

29 *Interdictum vti poſſidetis etiam ad res incorporales conſeruan-das extenditur.*

30 *Cenſitor, quaſi poſſeſſione ſpoliatus, interdicto vnde vi, contra ſpoliantem experiri poteſt.*

31 *Quandò cenſitor turbari, quandò ſpoliari dicatur? & n. ſeqq.*

32 *Cenſitus qui ſe à præſtatione penſionis ob inopiam excuſat, tur-bare dicitur, & cur?*

33 *Cenſiti inopia ex culpa illius regulariter proficiſcitur.*

34 *Negans ſe cenſum debere, dicitur ſpoliare.*

35 *Negans ius cenſus, aliquandò turbatur, aliquandò ſpoliat.*

36 *Ciuilis poſſeſſio, vt ſolo animo retinetur ita ſolo animo amittitur.*

37 *Conciliatio l. quemadmodum, & l. peregrè, cum l. 3. §. in amit-tenda. ff. de acquir. poſſ. contra Gloſſ. & Andr. Fachinæum.*

Digitized by Google

38 *Explicatio l.3 §. in amittenda. ff. de adquir poſſeſſ.*

39 *An qui turbatur vel ſpoliatur cenſu perſonali, poßit interdicto vti poßidetis, vel vndè vi experiri?*

40 *Opinio prima negans.*

41 *Interdicto locus non eſt, vbi nulla datur poſſeßio vel quaſi.*

42 *Vbi nullum eſt petitorium, ibi etiam nullum datur poſſeſſorium iudicium.*

43 *Vtrùm pro cenſu perſonali, detur iudicium petitorium, ſeu actio realis? & num. 60. & 61.*

44 *Vtrùm actio perſonalis & realis aliquandò circa idem concurrere poßint? & num 63.*

45 *Vtrùm in debitore perſonali detur quaſi poſſeßio? & num. 96.*

46 *In odioſis prohibita eſt extenſio.*

47 *Vtrùm interdictum vndè vi ſit odioſum? & nu. 70.*

48 *Opinio ſecunda affirmans, quæ verior.*

49 *Detegitur grauis error authorum primæ opinionis & num. 60. Non eſt idem obligatio perſonalis, & cenſus perſonalis, & in quo differant?*

50 *In cenſu perſonali duo concurrunt, ius in perſona fructifera, & obligatio perſonalis, quorum prius principale, poſterius ſecundarium eſt.*

51 *In cenſu perſonali, ratione iuris quod in perſona comparatum eſt, REALES ratione obligationis perſonalis, actiones perſonales competunt. & num 56. & 62. Idq; exemplu oſtenditur, vt num. ſeq.*

52 *Per matrimonii contractum marito aduerſus vxorem, & contra, tàm perſonales quàm reales actiones competunt.*

53 *Abbati & Monaſterio competunt actiones reales contra ſuos Monachos, & eorum raptores.*

54 *Pater in caſu inopiæ filium diſtrahere poteſt.*

55 *Emens hominem liberum comperat ſibi ius reale in illo.*

57 *Homo eſt res mobilis.*

58 *Ius quod alicui in perſonam competit, numeratur inter immobilia.*

59 *Reſpondetur ad argumenta primæ opinionis:*

64 A-

Digitized by Google

64 *Actio perſonalis cum vtili rei vendicatione cumulari poteſt, re-miſſiuè.*
65 *Pro legato triplex competit actio, & quænam ſint illæ?*
67 *Explicatur l. 2 ff. quorum bonorum, contra VVeſenbeccium, & num. 69.*
68 *Hæreditatis petitio contra quos detur?*
69 *Contra quos detur interdictum quorum bonorum?*
71 *In exorbitantibus licita eſt extenſio.*
72 *Interdictum vndè vi non tantùm contra anteceſſorem, ſed etiam ſucceſſorem tàm particularem, quàm vniuerſalem, ob denega-tas penſiones datur, & num. 75.*
73 *Contra bonæ fidei ſucceſſorem ſingularem non datur actio ſpolii.*
74 *Actio perſonalis non ſequitur rem.*
77 *Succedens in prædio cenſuali, eo ipſo quod annuam penſionem denegat, ſpoliare dicitur.*
77 *Spolians conuenitur interdicto vndè vi.*
78 *Vtrùm actio ſpolii detur ſucceſſori cenſitoris?*
79 *Succeſſori cenſitoris in dignitate & officio datur actio ſpolii. Et cur? vt nu. duob ſeqq.*
80 *Vtrùm* Prælatus, *an verò ipſa Eccleſia res ſuas poſſidere dica-tur?*
81 *Dignitas & officium nunquàm moritur.*
82 *Contra cenſitum penſiones annuas ſoluere recuſantem, datur remedium cap. reintegranda.*
83 *Vtrùm remedium cap. reintegranda pinguius ſit quàm interdi-ctum vndè vi?*
84 *Iudicio petitorio per actionem confeſſoriam ius cenſus vindicari & aſſeri poteſt.*
85 *Actio confeſſoria contra quem, & ad quid intentetur?*
86 *Actio confeſſoria datur non tantùm pro vindicandis ſeruituti-bus, ſed etiam pro aliis iuribus, & num. 88.*
87 *Elegans expoſitio §. AEquæ ſi quis agat, inſtitutis de actionib. & num. 89.*

ſemper hypotheca loco eſſe, & numero 119.

110 *In caſu l. creditores. C de pignorib. non eſt opus intentare actionem hypothecariam.*

111 *Verùm tertius prædii propter cenſum hypothecati, poſſeſſor, actione hypothecaria conuentus, gaudeat beneficio excuſsionis?*

112 *Opinio prima negans.*

113 *Opinio ſecunda affirmans. & num. 116.*

114 *Actio hypothecaria contra tertium hypothecæ poſſeſſorem regulariter non datur, non excuſſo prius debitore.*

115 *Opinio noſtra, caſus aliquot diſtinguens.*

117 *In cenſu mere reali ſinè hypotheca aliorum prædiorum, tertius poſſeſſor non hypothecaria, ſed confeſſoria ad penſionum præſtationem compellitur.*

118 *An ſi vaſallus & emphyteuta fundos feudales & vectigales non poſsideant, ad ſeruitia, & Canonem præſtandum compelli poſsint?*

120 *Quomodò conueniendus ſit tertius poſſeſſor, quandò cenſus ſuper re certa conſtitutus eſt, appoſita aliorum prædiorum hypotheca.*

121 *An ſi prædium cenſuale inter plures diuidatur, ſinguli poſſeſſores in ſolidum, an quilibet pro rata conueniendus, ad penſionis annua ſolutionem?*

122 *Opinio prima ſingulos poſſeſſores conueniendos pro rata.*

123 *Opinio ſecunda, ſingulos conuenire poſſe in ſolidum.*

124 *Conditio creditoris ex multiplicatione debitorum, non debet fieri deterior.*

125 *An per fundi vectigalis diuiſionem, vectigal diuidatur, in præiudicium eius cui debetur? & num. 135.*

126 *An ſi ex pluribus hæredibus emphyteutæ vnus Canonem ſoluat pro ſua parte, alius non ſoluens, liber ſit à pœna caducitatis? & num. 137 remiſsiuè.*

127 *Opinio noſtra.*

128 *In cenſu perſonali hypotheca appoſita, facta excuſsione debitoris ſinguli poſſeſſores conueniuntur in ſolidum.*

Digitized by Google

129 *In cenſu merè reali, ſinè hypotheca, ſinguli poſſeſſores pro rata conueniuntur.*

130 *Molina ſibi contrarius.*

131 *Conſuetudine introduci poteſt, vt etiam in cenſu reali, ſinè vlla hypotheca, ſinguli poſſeſſores conueniantur in ſolidum.*

132 *Quomodò conueniantur ſinguli poſſeſſores in cenſu reali, hypothecam aliorum prædiorum habente?*

133 *Reſpondetur ad argumenta primæ opinionis.*

134 *Hypotheca annexa cenſui perſonali, non eſt anomola, contra Couarruuiam.*

136 *Reſpondetur ad argumenta ſecundæ opinionis.*

138 *An & quatenus ad futuras penſiones agi poſſit?*

139 *Opinio prima, non poſſe ad futuras agi penſiones.*

140 *Pendente conditione, & antequàm dies veniat, agens punitur, & quomodò.*

141 *Iudicium ſuper futuro eſſe nequit.*

142 *Qui in diem vel ſub conditione debet, propriè non debet.*

143 *Is propriè debitor dicitur, à quo inuito quid exigi poteſt.*

144 *Verùm in emptione cenſus licitum ſit pactum anticipatæ ſolutionis? & quid illud ſit? num. 153.*

145 *Opinio ſecunda, ad futuras penſiones agi poſſe.*

146 *Cenſus poteſt per ſententiam conſtitui.*

147 *Summa debet eſſe conformis libello.*

148 *Confeſſoria, vel interdicto vti poſsidetis agẽs, petit ſibi caueri de non moleſtando futuro tempore.*

149 *Duplex eſt debitum futurum.*

Solutio quatuor priorum argumentorum primæ opinionis.

150 *Verùm præſtatio annua, titulo empionis debita, in fine anni ſit ſoluenda?*

151 *Annua præſtatio ex vltima voluntate debita, in principio anni eſt ſoluenda.*

152 *Penſio annua titulo emptionis debita, in fine anni rectè ſoluitur.*

154 *Emptio cenſus reſpectu emptoris eſt odioſa, reſpectu venditoris fauorabilis.*

Digitized by Google

155 *Victalitium in principio anni debetur.*
156 *Inter contrahentes conueniri poteſt vt annua penſio partim intra ſemeſtre, partim in fine anni ſoluatur.*
157 *Annua penſio alio quàm emptionis tit. conſtituta, in principio anni rectè petitur.*
158 *Vtrùm in emptione cenſus locum habeat ius retractus?*
159 *Caſus quæſtionis, & eius deciſio.*
160 *Opinio Couarruuiæ & Molinæ, negans.*
161 *Opinio Tyraquelli affirmans.*
162 *Opinio Couarruuiæ & Molinæ exaudienda ſecundùm particulares conſtitutiones Hiſpaniæ.*
163 *Opinio Tyraquelli intelligenda eſt ſecundùm conſuetudinem localem Galliæ.*
164 *Conſtitutiones Hiſpaniæ & conſuetudines Galliæ in Imperio Romano non attenduntur.*
165 *Inſpecto iure Cæſareo ius retractus non tantùm in rebus corporalibus, ſed etiam in rebus incorporalibus locum habet, & numero ſequenti.*
167 *Ius retractus ex quibus cauſis introductum.*
168 *Conſuetudo, qua ius retractus introducta eſt, omni iuri conformis, adeoq; fauorabilis & extendenda.*
169 *Explicatio l. dudùm. C. de contrahenda emption.*

PLVRIMVM † refert ſcire, quibus actionib. id quod debetur, in iudicio petatur: nam † ſi inepta actio inſtituta fuerit, abſoluitur reus, condemnatur actor in expenſas, totusque proceſſus redditur eluſorius. *l. eum qui temerè. ff. de iudiciis*, eleganter Gaill *lib. 1. obſeru. 67.* Itaque de actionibus, quibus ius cenſus aſſeritur, annuaq; præſtatio petitur, colophonis loco vtiliter agitur. Quæ autem † actiones pro cenſu, annuaque penſione dentur, inter 1 2 3

4 Doctores non conuenit: Nam † Andreas Gaill *lib. 2 obſeru. 74. n. 1.* ait, quòd emptor cenſus, ſi ei aliquot annis penſiones præſtitæ non fuerint, actione ex empto venditorem conuenire poſsit: E contra † Iohan. Fabri §. *æquè. Inſt. de act.* & ibi Zaſ *ſub fin.* Iohannes Schneideuu. *num.* 10. Iohannes Oldendorp. *in claßib. claſſe 3. act. 4. num. 5.* aſſerunt pro annuis præſtationibus ex fundis debitis confeſſoriam competere actionem. Rurſus † idem Gaill *lib. 2. obſ. 75.* Bald. *l. ſiquis conductionis, n. 2 C. locati.* Iacob. Venent. *de annua præſtat. qu. 2.* Iacob. Menoch *tractat, recuperandæ, remed. 1. nu. 81, & 82. & ſeqq.* docent actione ſpolii, ſeu interdicto vndè vi experiri poſſe cenſitorem, ſi annuam penſionem præſtare recuſet cenſitus.

5

6

7 Quas † tres actiones ab eodem, contra eundem, & pro eadem re pariter intendi ius non admittit; nam contrariæ actiones ſimul iuſtitutui nequeunt, cum concurſu mutuo ſeſe impediant, *Dd. in §. curare inſt. de act.* Bart *l. 3. §. nihil commune. ff. de adquir poſſ.* Panorm. *c. paſtoralis, & c. cum dilectus. de cauſ. poſſ. & propriet.* Atqui actio ex empto, & confeſſoria; rurſus actio confeſſoria, & ſpolii

8 ſibi inuicem aduerſantur: nam † actio ex empto eſt per-

9 ſonalis, confeſſoria realis: differunt † autem actio perſonalis, & realis: Illa oritur ex obligatione; hæc datur contra eum, qui obligatus non eſt, §. *omnium. inſtit. de action.* Illa dirigitur contra perſonam; hæc ad rem contra quemcunque poſſeſſorem. In illa fertur ſententia, qua reus condemnatur ad ſoluendum, præſtandum, faciendum, dandum &c in hac actor dominus, vel quaſi dominus rei declaratur. *l. ſicut autem. § ſed cum quæritur. ff. ſi ſeruitus. vend. l. qui ſi.* vbi gl *ff. de iudic.* In illa cauſam remotam in libello exprimi ſufficit. in hac proxima cauſa eſt alleganda, *c. ſignificantib.* vbi gl. & Dd. *de libello oblat.*

oblat. Rurſus † confeſſoria ei qui poſsidet, ſeq; in poſſeſſione turbari quæritur, datur, *d. l. ſicut autem, §. ſed cum quæritur*, vbi gl *ff. ſi ſeruitus. vendic.* Bart *l. is cuius. n. 2 ff. eod.* Zaſius, Mynſinger. & Schneid. *cit. §. æquè. inſtit. de action.* Atqui agens ſpolio, aduerſarium poſsidere fatetur, ſeq; poſſeſsione ſpoliatum queritur; vndè fit, quòd prædictæ tres actiones ab eodem, contra eundem, & pro eadem re ſimul intendi nequeant. 11

Pro † rei intelligentia, & opinionum concordia diſtinctione eſt opus. Aut enim titulo aliquo, puta, emptionis, donationis, permutationis, &c. cenſus quidem eſt comparatus, verùm annua penſio præſtita nulla: Aut aliquot annis penſiones fuerunt præſtitæ. 12

Priori caſu concluſio eſt, ſi † cenſus titulo quidem eſt comparatus, nulla a. annua penſio ſoluta, & percepta, ſola actio perſonalis ex eo titulo, quo ius cenſus eſt comparatum, competit. Probatur concluſio primò per gl. *d. l. ſicut. autem. § ſed cum quæritur. ff. ſi. ſeruit. vendic.* Bartol. *dict. l. is cuius, num. 2. ff. eod.* Iohan. Fabri *§. æquè, num. 14 Inſtit. de action.* doctè Anton. Gomez *varia reſolut. tomo 2. cap. 15 nu. 22.* dicentes, quòd † aliud ſit promiſsio ſeruitutis, aut alterius iuris, aliud ius ipſum realiter conſtitutum: illo caſu actionem perſonalem hoc verò realem inſtituendam eſſe. Probatur ſecundò à ſimili; quemadmodùm n. is, qui ſtipulatione, donatione, emptione ius ſeruitutis ſibi comparauit, iuxta *§. fi. inſtit. de ſer. ruſt. præd.* ſi à ſtipulatore vel venditore quaſi poſſeſsio iuris non tradatur, h. e. vſus ſeruitutis non permittatur, nulla realis, ſed perſonalis actio ad quaſi traditionem datur: Et quemadmodùm equum emens, ſi precio datoequus non tradatur, non rei vendicatio, ſed actio ex empto perſonalis cōceditur: Ita ſi ius cēſus aliquo titulo 13 14

ſit comparatum. verùm nec dum conſtitutum, hoc eſt, nondùm quaſi traditum, nulla actio realis, ſed perſonalis tantùm ad penſionem præſtandam, & ſic quaſi poſſeſſionem tradendam tribuitur: Aliud enim eſt, vt doctè Gomez. *præallegato loco*, promiſſum eſſe ius ſeruitutis, aut alterius iuris: aliud re ipſa conſtitutum: promittitur, cùm donatio, venditio, ſtipulatio, aut alius contractus interuenit: conſtituitur, cùm vſus iuris præſta-
15 tur, adeoque quaſi poſſeſſio traditur: nam † ſeruitutum aut aliarum rerum incorporalium iura non aliter conſtituuntur, quàm per traditionem, & patientiam, quæ patientia vtendi, traditionis, vel quaſi loco habetur: is enim, qui vſum iuris præſtat, quaſi tradere dicitur. *l.1.ff. de ſeruit. ruſtic. prædior l. ſi ego. §.1. ff. de publicia. in rem actio. l.3. §. dare. ff. de vſufruct. l. quoties 2. ff. de ſeruitut. l. ſi à te ff ſi ſeruit. vendicet.* Couar. *c. poſſeſſor. 2. partis initio. num. 8 verſ. Ego verò.* Weſenbec. *in paratit. ff. tit. de ſeruitutibus. num* 7. Andreas Fachineus *controuerſ. iur. lib.* 8. *cap.* 20. Et hoc ſenſu verum eſt, quod ſcribit Gaill *d. lib. 2. obſeru. 74. num*: 1.

16 Secunda concluſio, ſi † cenſitor cenſus titulum quidem habeat, penſionem autem nullam vnquàm percepit, ex Saluiano interdicto prædii cenſualis oppignorati, eiuſque fructuum poſſeſſionem adipiſci poteſt, ad effectum, vt fructus prædii cenſualis retineat, donec ſibi de penſionibus ſatisfactum fuerit, Virginius de Boccaciis *tract. vti poſſidetis, ſeu de interdicto retinenda, cap.* 18. *num.* 51. Bartholomæ: Chaſſanæ. *in conſuet. Burgund.*
17 *rub.* 11. §. 6. *num.* 11. Ratio concluſionis eſt, quia † *Saluianum interdictum* adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparatum eſt. §. *ſequens, in fin. inſtit. de interdict.* Et directum interdictum datur locatori prædii ruſtici pro adi-

piſcenda

piſcenda poſſeſſione bonorum à conductore in prædium introductorum, atq; pro penſione, & deterioratione rei locatæ tacitè obligatorum: vtile verò interdictum competit cuilibet creditori, cui debitoris bona, vel tacitè, vel expreſsè ſunt oppignorata, Bart. *l.1.num.2.ff.de Saluia.interdict.* idem Bart. *l.1 §.1 C.de precario, & Saluia.interd.* Angel. Aretinus *§.item Seruiana, num.9 inſt. de action.* VVeſenb. *in paratit.ff tit.de Saluia.interdicto.* & plures alii allegati à Menochio *tract. adipiſcend. remed.3.* Et probatur hæc Bart opinio, adeoq; noſtra concluſio *per l.1.C.de precar.& Saluia interdict.* vbi Imperator Saluianum interdictum dari ait contra conductorem, debitoremuè. Ex quibus intelligitur, quòd competat non ſolùm contra conductorem, ſed etiam quemuis debitorem, cuius bona creditori ſunt oppignorata: Quidquid † velit Menochius *tract. adipiſcend.* 18
remed.3.à num.17.vſq; ad 31. diſputans in vtramque partem eam quæſtionem, qua diſceptatur: Vtrùm Saluianum interdictum aduerſus omnem debitorem, cuius bona creditori ſunt hypothecata, competat, contra Bart. ſentit, quòd ſoli locatori contra conductorem, non etiam aliis creditoribus, quibus debitorum bona ſunt oppignorata, detur, quodq; coniunctio *vè in dicta l.1.C.de precar.& Saluia. interd.* poſita, non copulatiuè, ſed expoſitiuè ſtet, huncq; habeat ſenſum, conductorē, debitoremuè, id eſt, conductorem, eundemq; debitorē: qua ratione etiam exponit Accurſ. *d.l.1.* Verùm prior ſententia, adeoque noſtra concluſio eſt communior, probabilior, nititurq; ratione firmiori: Nam interdictum Saluianum, quod directò datur ſolùm locatori ruſtici prædii contra colonum, ex interpretatione extenſum eſt ad locatorem prædii vrbani contra inquili-

num, aduerſus quem vtile interdictum Saluianum
competit, Bart. *præalleg. l. 1 ff. de Saluia interdict.* Schneid.
citato § ſequens diuiſio, inſtit. de interdictis, VVeſenbec.
in parat. ff. de Saluia interd. Igitur & ad cenſitorem con-
tra cenſitum ex interpretatione porrigendum eſt, ob
19 rationis paritatem: Sicut enim † locatori prædii ruſtici,
& vrbani omnia conductoris bona in prædio nata,
inuecta & importata locatori pro penſione ſunt obli-
gata, eoque nomine Saluianum interdictum compe-
20 tit. *l. 1. ff. de Saluiano interdicto.* Ita quoque † cenſitori
pro penſione annua prædium cenſuale, omneſque e-
21 ius fructus ſunt obligati: nam † prædio hypothecato
omnes eius fructus pariter ſunt obligati. *l. potior. §. ſi de*
futura, vbi gl. *ff. qui potior. in pignore habeant. l. quandò.*
Cod. quib. ex cauſis pignus, &c. Ludouicus Molina *di-*
ſput. 529.

22 Tertia concluſio: Si † cenſitor ſui tituli inſtru-
mentum habet Guarendigiatum, id iudici offerre, eiuſ-
que officio implorato inſtrumenti executionem petere
poteſt, qua imploratione facta, iudex abſq; iudicii ſolen-
nitate captis pignoribus, iiſq; publica ſubhaſtatione ven
ditis inſtrumentum exequitur, iuxta ea, quæ tradit Pe-
trus Follerius *de contractib. cenſualib. verbo, tanquàm.*
n. 50. Couarr. *lib.* 1 *reſolut. cap.* 11. Matthias Colerus
23 *tract. de proceſſibus, execut. 1. parte, cap. 9.* Hoc † reme-
dium in iſtis prouinciis eſt valdè vſitatum; nam cenſi-
to moram in penſione ſoluenda trahente, cenſitor iu-
dicem adire, inſtrumentum offerre, in prædium cenſua-
le paratam executionem petere ſolet, vulgò, Das Zinß-
gut frönen.

24 Quarta concluſio: Si † inter emptorem, & vendi-
torem cenſus pactum ſit factum, quòd ſi venditor in
penſio-

penſione ſoluenda fuerit moroſus, vulgò, Laſt zween/ oder drey Zinß zuſammen kommen / oder auffſchwellen/ emptor prædium cenſuale oppignoratum propria au-ctoritate ingredi, occupare, tenere, fructus percipere, & diſtrahere queat; tunc cenſitor vi pacti iure ſuo vti, & prædium cenſuale propria authoritate inuadere, fructus colligere, percipere, atque cum penſionibus compenſare poteſt: Licet vrbanius, & ciuilius faciat cenſitor, ſi iudicis auctoritate poſſeſsionem ingrediatur. *l. 3. C. de pignoribus.* cuius intellectum, & interpretationem vide apud Menochium *tractatu adipiſcendæ. remed 5.*

His remediis conſulitur cenſitori aduerſus cenſitum caſu, quo nulla penſio vnquàm fuit præſtita, & percepta: Verùm † cùm aliquibus penſionibus præ- 25
ſtitis cenſitor ſit ceſſator, & moroſus, aliis remediis, & quidem realibus cenſitori ſuccurritur, quorum quædam poſſeſſorium, quædam petitorium concernunt.
Cumque † conſultius ſit & vtilius agere poſſeſſorio, 26
quàm petitorio iudicio, ob poſſeſsionis commoda, potiſsimùm verò, quòd poſſeſſor onere agendi, & probandi leuetur, idque in aduerſarium transferat. *l. cum qui deſtinauit. ff. de rei vendicat.* primò de remediis poſſeſſoriis, deindè de petitoriis agemus.

Sit itaq; in ordine quinta concluſio: Si † cenſitor 27
in quaſi poſſeſsione iuris percipiendi annuas præſtationes turbetur, & moleſtetur, interdicto vti poſsidetis ad retinendam poſſeſsionem aduerſus moleſtantem vt à turbatione deſiſtat, experiri poteſt: Probatur concluſio: nam etſi † interdictum vti poſsidetis propter res ſoli, hoc eſt, corporales immobiles à prætore principaliter ſit introductum: attamen † ad res quaſi 28

 immo-

immobiles, id eſt, iura, quæ immobilium loco cenſentur per interpretationem extenditur, atque pro iurium quaſi poſſeſſione retinenda tribuitur interdictum vti poſſidetis. *l. 1. vbi* Bart. *ff. vti poſſidetis.* Sic ſi aliquis in quaſi poſſeſſione percipiendi decimas, exercendæ iuriſdictionis, eligendi prælatum, iuris præſentandi ad beneficium, paſcendi, vtendi, fruendi, aut alterius ſeruitutis impediatur, aut turbetur, aduerſus turbatorem interdicto vti poſſidetis agere poteſt, vt à turbatione deſiſtat, poſſeſſoremque in quaſi poſſeſſione iuris pacificè, & quietè relinquat. *c. querelam. de electio. c. licet de probatio. l. fin. ff. vti poſſidetis. l. ſicut. §. Ariſto. ff. ſi ſeruitus vindicet. Bart. l. 1 §. huius autem. ff. vti poſſidetis.* Iacob. Menoch. *tractatu retinendæ remed. 3. à num. 70 vſq. ad* 150.

30 Sexta concluſio: Cenſitor † ſi ſua quaſi poſſeſſione iuris annui reditus ſpolietur, contra ſpoliantem interdictum vndè vi, ſeu actionē ſpolii ad recuperandam quaſi poſſeſſionem intendere poteſt. Innocentius *cap. peruenit*, vbi Abbas *num. 3. de cenſibus.* Bald. *l. iubemus nullam, notabili* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Ioha. Fabri §. *retinendæ, inſtit. de interdict.* Andreas Gaill *lib. 2. obſeruat.* 75. Iacob. Venentus *de annua præſtat. quæſt.* 2. Menoch. *tract. recuper. remed* 1. *n* 81. *& ſeq.*

31 Si † quæras, quandò quis in quaſi poſſeſſione iuris annui reditus turbari, quandò ſpoliari dicatur? num cenſitus, qui ſe cenſitum eſſe, penſionemque debere fatetur, ſed ob calamitatem, vel inopiam ſoluere non poſſe conqueratur, dicatur turbare, quòd hoc caſu nulla turbatio, & moleſtia allegari queat? Innocentius *citato c. querelam, de electio. verbo, ſubtractus,* Iacob. Venent. *quæſt. 15. parte* 1. & caſu, quo ſe cenſitum neget, ex nuda

nulla verbali negatione iuris, quaſi poſſeſſio non amittatur. Reſpondeo † ego primò, negando cenſitum, qui 32
ſe talem fatetur, & inopiam allegat, non turbare: nam verius eſt talem à turbatione non excuſari: tùm quia huiuſmodi egeſtatis allegationes plerunque ſunt fictæ, tùm, quia † vera cenſitorum inopia ex culpa regu- 33
lariter proficiſcitur, quo fit, quòd allegata egeſtas à turbatione non excuſet, Egidius *conſil.* 21. Maſchard *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1191. Deindè reſpondetur † inficiando, quòd negans ſe cenſum debere non dicatur ſpoliare: 34
nam taliter negans non ſolùm verbo, ſed etiam facto penſionem ceſſam retinet: etenim ſi tempus penſionis præſtandæ effluxit, cenſitusque cenſitum ſe neget, ceſſamque penſionem præſtare recuſet, iam non ſolo verbo, ſed etiam re & facto ſpoliat ſua quaſi poſſeſſione cenſitorem: Præterea † ſit ita, quòd ſe cenſitum confitens, inopiam allegans, ſeq; ad ſoluendas penſiones paratam offerens, turbare non dicatur: attamen negans ius cenſus, annuamque penſionem, aliquandò turbare, aliquandò ſpoliare dicitur. Etenim ſi cenſitor poſt recuſatam, & denegatam penſionis ſolutionem, ſuum quaſi poſſidendi animum abiiciat, ſeque quaſi poſſeſſione priuatum arbitretur, tunc dicitur ſpoliatus, competitque actio ſpolii, ſeu interdictum vndè vi, nam & is, qui, cùm ad poſſeſſionem reuerteretur, ſe repulſum paſſurum veretur, ſpoliari dicitur, aut qui animum poſſidendi ciuiliter abiicit, Menoch. *tractat. recuperanda, remedio* 1. *num.* 8. Ratio eſt, quia † ciuilis poſſeſſio, & quaſi, vt ſolo animo retinetur, ita ſolo animo amittitur. 35 36
l. 1. §. *ſi vir. l.* 3. §. *in amittenda. l. ſi quis. ff. de adquir. poſſeſſ.* Ludouc. Molina *diſput.* 15. Quandò verò cenſitor non obſtante negatione cenſiti quaſi poſſeſſionem iuris

cenſus ciuilem animo retinet, tunc in ciuili quaſi poſſeſſione turbari dicitur, atque interdicto vti poſſidetis rectè agit. *l. clam poſsidere.* § *fin.* vbi Bart. *ff. de adquir. poſſeſſ.* idem Bart. *l.* 1. § *interdictum. ff. vti poſsidetis.* Spec. *de reſtit ſpoliator.* § 2. *& de cauſ. poſſeſſ. & propriet. verſ. ſi verò ruſtici.* Menoch. *tract. retinendæ, remed.* 3 *num.* 35. Iacob. Venent. *de annua præſtat.* 1. *parte, quæſt.* 3. *& ſeqq.*

37 Ex † hoc cum prædictis legibus ad concordiam reduci poſſunt. *l. quemadmodùm, & l. peregrè.* § *fi. ff. de adq. poſſ.* nam quod Paul. ait *in l.* 3. § . *in amittenda. ff. eod.* ſolo animo poſſeſsionem amitti; id de ciuili poſſeſsione exaudiendum eſt, quæ vt ſolo animo retinetur, ita ſolo animo amittitur: Quod v. idem Paul. *in l. quemadmodũ ff. eo. tit.* aſſerit, non ſolo animo, ſed & corpore opus eſſe in amit-
38 tenda poſſeſſione, id de corporali & ciuili poſſeſſione ſimul intelligendum eſt. Nec † obſtat, quòd in *dict.* § . *in amittenda* ponuntur verba, ſi in fundo ſis, & nolis poſſidere, quòd protinus amittas poſſeſſionem: ex quibus verbis colligi videtur, de naturali non ciuili poſſeſſione locutum Paulum: Nam reſpõdetur ſenſum verborum, ſi in fundo ſis, eum eſſe, ſcilicet, ſi animo, & ciuili poſſeſſione ſis in fundo, qui modus loquendi apud Iureconſultos vſitatus eſt: dicimur n. eſſe, & habitare in domo, etſi corpore in domo non ſimus, propter animum, quo retinetur ciuilis poſſeſſio: Ita ego prædicta iura concordanda cenſeo, quidquid dicat gl. *in prædicto* § . *in amit-*
39 *tenda*, & And. Fachin. *controu. iur. lib.* 8. *c.* 2.

Iam † vt ad quintæ & ſextæ concluſionis interpretationem reuertamur, extenduntur ambæ, vt procedant non ſolùm in cenſu reali, qui fundo eſt impoſitus, ſed etiam perſonali, qui ſuper perſona eſt conſtitutus: nam & hoc caſu ſi cenſitor in ſua quaſi poſſeſſione annui

Digitized by Google

annui reditus turbetur, aut quaſi poſſeſſione ſpolietur, interdictum retinendæ, ſeu vti poſſidetis, & interdictum recuperandæ, ſeu vndè vi tribuitur.

Pro huius declarationis intelligentia ſciendum 40
eſt, grauẽ eſſe inter Doctores cõtrouerſiam: Vtrùm cùm quis annuas penſiones perſonales ſoluere recuſat, dicatur turbare in quaſi poſſeſſione, aut ſpoliare q. poſſeſſione, adeoque vtrùm interdictum vti poſſidetis, & interdictum vndè vi locum habeat? Nam † communis eſt legiſtarum opinio neutrum interdictum competere: ita Menoch. *tract. retinendæ. rem. 3. n. 139. & tract. recup. rem. 1. n. 81. & ſeq.* vbi plurimos pro hac ſua opinione allegat: Argumenta quibus innituntur ſunt ſequentia.

Primum, vbi † nulla eſt poſſeſſio vel quaſi, ibi nul- 41
li interdicto eſt locus: at in cenſu perſonali nulla eſt poſſeſſio, vel quaſi, ergò &c.

Secundum, vbi † nullum eſt petitorium, ibi quoq; 42
nullum datur poſſeſſorium iudicium: nam per poſſeſſionem queritur dominium, & per q. poſſeſſionem ius, ſeu res incorporalis. *l. 1 in prin ff. de adq. poſſ.* atqui † pro cen- 43
ſu perſonali nullum petitorium, h. e. nulla actio realis, ſed perſonalis tantùm conceditur, ergò &c.

Tertium, actio perſonalis & realis circa idem con- 44
currere non poſſunt. *§. omnium. inſt. de act.* at pro cenſu perſonali competit actio perſonalis: ergò non poſſeſſorium iudicium, quod ad reales actiones refertur.

Quartum aduerſus † perſonaliter obligatum iudi- 45
cio poſſeſſorio nemo experiri poteſt. *l. 2 ff. quorum bono.* non aliam ob cauſam, quàm quia perſonaliter obligatus, neq; poſſidet, neq; q. poſſidet. Deniq; in † odioſis ex- 46
tenſio eſt prohibita. *c. odia. de R. I. in 6.* atqui † interdi- 47
ctum vndè vi eſt odioſum: ergò ad cenſus perſonales extendendum non eſt.

ſtitutum principale, obligatio verò perſonalis ad annuas penſiones ſoluendas acceſſoria: In quo errat abſolutiſſimus idemq; candidiſſimus Couar. *lib.3.reſol. c.7.n.5.* ſcribens in cenſu emptitio obligationem ad ſolutionem annui reditus perſonalem eſſe præcipuam: nam vt dictũ eſt, ius in perſona fructifera eſt principale, obligatio verò perſonalis ad annuas præſtationes eſt ſecundaria, vndè † pro illo iure in perſona conſtituto dantur 51
actiones reales, puta interdictũ vti poſſidetis, & interdictum vndè vi, actio confeſſoria, & ſimiles; pro hac verò obligatione perſonali competit actio ex empto ad penſionum præſtationem: Quemadmodùm † enim 52
per matrimonii contractum marito in vxorem non ſolùm perſonalis obligatio ad matrimonii contractum perficiendum, ſed etiam ius in vxorem reale comparatur, ratione cuius maritus non tàm vxorem rei vendicatione repetit, *c. illud. de præſumpt.* vbi *gl. Abb.* & *alii*, idem *Abbas, Prapoſit.* & *alii c. non eſt, extra de ſponſalibus.* quàm aduerſus vxorem diuertentem, & fugientem, adeoque quaſi poſſeſſione iuris maritalis ſpoliantem, actio ſpolii, ſeu interdictum vndè ui competit, & vice verſa vxori, quam maritus ex ædibus expulit, idem interdictum datur, ad effectum, vt ſpoliata antè omnia reſtituatur. *c. ex conqueſtione*, vbi Imola *de reſtit. ſpoliat. c. literas,* vbi Abbas *eodem tit.* Couarr. 4. *decretal. de ſponſal. 2 partè, c. 7. §. 5. num. 9. & ſeqq.* Quemadmodùm † 53
etiam Abbati & Monaſterio in Monachum poſt profeſſionem factam ius reale, adeoque rei vendicatio, atq; actio ſpolii competit, gl. *l. 1. §. 1.* vbi Bart. *ff. de rei vendic.* Angel. *§. praiudiciales, inſtit. de actionib. c. 1. de his qua vi, metuuė cauſa.* Et ſicuti † in caſu inopiæ filium pater 54
diſtrahere, adeoque ius reale in perſona filii emptori

conſtituere poteſt. *l. 1. C. de patribus qui filios &c.* Sicuti
55 † denique emens liberum hominem, qui ſe venundari
patitur, & de precio participat, ius reale in perſona
empta ſibi comparat: Sicuti † inquam, prædictis caſibus
in libera perſona ius reale conſtituitur, ratione cuius
tàm petitorium, quàm poſſeſſorium iudicium inten-
56 ditur: Ita, & quidem magis ius reale per cenſus em-
ptionem in perſona vendentis conſtituitur, cuius iuris
ratione actiones reales petitoriæ, & poſſeſſoriæ, potiſ-
ſimùm autem interdictum vti poſſidetis, & vndè vi
57 tribuitur: etſi † enim homo res ſit mobilis; attamen
58 † ius, quod in perſona competit, inter immobilia nu-
meratur, adeoque vtile interdictum vndè vi conce-
ditur.

59 Ad † argumenta contrariæ opinionis facilis eſt
60 reſponſio. In primò † negatur, quòd in cenſu per-
ſonali nulla detur quaſi poſſeſſio; nam datur quaſi
poſſeſſio iuris, quod habetur in perſona: negatur quo-
que, quòd pro cenſu perſonali actio tantùm perſona-
lis detur, in quo craſsè hallucinantur Doctores cen-
ſentes, actionem perſonalem, & cenſum perſonalem
idem eſſe; nam aliud eſt cenſus perſonalis, aliud actio
perſonalis, ille ius in perſonam reale, hæc verò nullum
ius reale in perſonam tribuit.

61 In ſecundo † negatur, quòd pro cenſu perſonali
nullum iudicium petitorium competat; nam, vt paulò
poſt dicemus, actio confeſſoria, quæ eſt realis & petito-
ria tribuitur.

62 In tertio † negatur, quòd pro cenſu perſonali
competat actio perſonalis: nam pro iure cenſus per-
ſonalis competit actio in rem tàm petitoria, vti eſt
confeſſoria, quàm iudicium poſſeſſorium, vt eſt inter-
dictum

Digitized by Google

dictum retinendæ, & recuperandæ. Deinde † negatur, 63
quòd actio realis & perſonalis nunquàm cōcurrāt: nam
† perſonalem cum vtili rei vindicatione cumulari poſ- 64
ſe tradit Cou. *lib. 3. reſol. cap. 8. num 3. verſiculo, Caterùm
vtcunq; per l. ſi eum venderet. ff. de pginor. act.* Sic † pro 65
legato triplex competit actio, perſonalis contra hæredem; item rei vindicatio, eo, quòd dominium rei legatæ à morte teſtatoris in legatarium tranſeat. *l. à Titio. ff. de furtis*, denique hypothecaria contra quamlibet rem teſtantis. *l. 1. Cod. communia. de legatis.* Couarruuias *cap. Raynutius.* §. 10. *numer. 2. extra de teſtamentis.*

Ad quartum † reſpondetur dupliciter: primò 66
negando in debitore perſonali non dari quaſi poſſeſsionem, nam is debitum quaſi poſsidet. *l. etiam.* §. *final. ff. de petit. hared.* Couarruuias, *cap. poſſeſſor. 2. parte.* §. 11. *num. 3. verſiculo, verùm aduerſus, de regulis iuris, in* 6. Ad † *l. 2. ff. quorum bonorum, reſpondet gloſſa ibi.* dif- 67
ferre petitionem hæreditatis, & interdictum quorum bonorum, quòd illa contra creditores hæreditarios detur, hoc verò minimè; cuius differentiæ rationem redditurus VVeſenbec. *in paratit. ff. tit. quorum bonorum, num. 7.* ait, quòd defunctus in rebus debitis nullum ius habuerit: quæ ratio nullius eſt roboris; nam indè ſequeretur nec hæreditatis petitionem contra
creditorem hæreditarium dari, deindè † petitio hære- 68
ditatis datur ſolùm aduerſus eum, qui pro hærede vel pro poſſeſſore poſsidet. *l. 4. l. regulariter. cum. LL. ſeqq. ff. de petit. haredit. l. hareditas. l. cogi. Cod. eod.* Cùm ergò contra creditores hæreditarios petitio hæreditatis detur, conficitur neceſſario, quòd debitum hæreditarium quaſi poſsideat, id quod clarè probat citata

69 *l.etiam.§ fin.ff.de petit.hæredit.* Dicendum † ergò *dicta l.2 ff.quorum bonorum*, ſenſum eſſe, quòd contra creditores hæreditarios ſingulares non detur interdictum quorum bonorum, ſed ſolùm corporum, id eſt, vniuerſitatis poſſeſſores; ſicut & petitio hæreditatis aduerſus ſingularem poſſeſſorem non datur. *l. hæreditatis. C. de petitione hæreditatis.*

70 Ad † vltimum reſpondetur primò, negando interdictum vndè vi abſolutè,& ſimpliciter eſſe odioſum, nam maiorem partem eſt fauorabile, vt tradunt multi allegati à Menochio *tractat. recuper. remed.* 1. *num.* 23.

71 Deindè in † exorbitantibus, quale eſt interdictum vndè ui ſeu actio ſpolii, licita eſt extenſio, Nicola. Euerhard. *loco à, ratione legis larga, n.* 41 *& ſeqq.*

72 Ampliatur concluſio ſexta ſecundò, quòd † ob recuſatas annuas penſiones actio ſpolii, ſeu interdictum vndè vi detur non ſolùm contra anteceſſorem, qui primò penſiones ſoluere negauit, ſed etiam contra eius ſucceſſorem: verbi gratia, Titius Sempronio decem annuatim debet, penſionem ſoluere recuſat, moritur relicto hærede Caio, qui & ipſe penſionum præſtationem renuit, profectò ſicuti contra Titium, ſi viueret, ita contra Caium interdicto vndè vi experiri poteſt Sempronius. Et quidem in ſucceſſore vniuerſali, hoc eſt, hærede, res clari iuris eſt. *l.* 1. *§ fin & l. ſi plures. ff. de vi & vi arm.* Iacob. Venent. *de annua præſtat. quæſt.* 17. Menoch. *tract. recuper. remed.* 1 *num.* 157. Verùm quoad ſingularem ſucceſſorem ampliatio dubia videtur, quòd interdictum vndè vi in ſingularem ſucceſſorem neque iure ciuili, *l. cùm à te. ff. de vi & vi armat.* neque de iure Canonico, niſi is ſit malæ fidei ſucceſſor, hoc eſt, de vitio auctoris, participet, & ſciens, prudenſuè eam rem à ſpoliato-

liatore recipiat, *c. ſæpè. de reſtit. ſpoliat.* nam † contra bonæ fidei ſucceſſorem ſingularem actio ſpolii non datur. Menoch. *tract. recuper. remed.* 15. *quaſt.* 3. Andreas Fachin. *lib* 8. *cap.* 12. ratio † eſt, quia interdicta ſunt perſonales actiones. *l.* 1 *ff. de interdict.* actio † autem perſonalis rem, ſeu fundum non ſequitur. *l.* 1. §. *ſi hæres. ff ad S.C. Trebell.* Verùm † hac dubitandi cauſa non obſtante, dicendum eſt actionem ſpolii etiam contra ſingularem prædii cenſualis ſucceſſorem dari, ſi is requiſitus penſiones ſoluere recuſet. Guido Papæ *deciſ.* 629. Venent. *de annua praſt. quaſt.* 19. Menoch. *dict. tract. recup. remed.* 1. *num* 80. ratio eſt, quia ſucceſſor † prædii cenſualis ſingularis, eo ipſo quòd annuam penſionem denegat, ſpoliare dicitur, ob † quod ſpolium interdicto vndè vi conueniri poteſt. Verùm † huiuſmodi interdictum cenſitoris ſpoliati ſucceſſori non datur, verbi gratia, Titio cenſitori, cui penſiones Caius cenſitus recuſauit, hæres ſuccedit Sempronius, huic aduerſum Caium cenſitum penſiones denegantem interdictum vndè vi, ſeu actio ſpolii non competit, Venent. *dict. loc. quaſt.* 17. Menoch. *d remed* 1. *num.* 78. ratio eſt, quia ſucceſſor nunquam quaſi poſſidet ius annuarum penſionum, vtpute, cui nullæ vnquam penſiones fuêre præſtitæ: ergò ſe ſua quaſi poſſeſſione ſpoliatum dicere non poteſt, cum priuatio præſupponat habitum, & ſpolium poſſeſſionem vel quaſi: Niſi † in dignitate, aut officio alicui ſuccedat, nam tali ſucceſſori interdictum vndè vi conceditur, Guido Papæ *pracit. deciſ.* 629. Venent. *d. lo. quaſt.* 18. Menoch. *prealleg. remed.* 1. *num.* 79. Hinc eſt, quòd Prælatus, Dux, Comes ſucceſſor, nomine Eccleſiæ, Ducatus, Comitatus, aduerſus eum, qui anteceſſori penſiones denegauit, adeoque eum ſpoliauit actione

73 74 75 76 77 78 79

ſpolii experiri poſsit, Maſchard. *de probat. volu.3. concluſ.* 1323. *num* 19. *& ſeq.* Hinc quoque eſt, ſi mortuo Prælato, Duce, Comite, iura, aut bona Eccleſiæ, Ducatus, Comitatus vi quis occupet, quòd ſucceſſori Prælato, Duci, Comiti aduerſus ſpoliantem actio ſpolii tribuatur, ita Guido Papæ, Venentus, Menochius, & Maſchardus
80 *cit. locis.* ratio prior eſt, quia † non Prælati, ſed Eccleſiæ ipſæ iura, & res poſsidere cenſentur: ratio poſterior eſt,
81 quia dignitas † ipſa, & officium, quod nunquàm moritur, poſsidere dicitur: Innocent. *cap. cùm ſuper, de cauſa poſſeſſ. & propriet.*
82 Septima concluſio: contra † cenſitum penſionem ſoluere recuſantem, ſuccurritur cenſitori remedio. *c. reintegranda.* 3. *quæſt.* 1. Ita And. Gaill *lib.* 2. *obſ.* 19. *num.* 10.
83 Vtrùm † autem prædictum remedium *cit. c. reintegranda*, ſit pinguius interdicto vndè vi, diſputant Dd. Communis opinio eſt, quòd ſit vberius, plenius, & pinguius, quia hoc datur pro re mobili ablata, illud non; hoc contra ſingularem ſucceſſorem, illud non, Gaill *d. lo.* Mynſ. *cent.* 3. *obſ.* 85. Verùm contrarium, quòd ſcilicet remedium *cit. c. reintegranda*, neq; quid noui ſtatuat, neque interdicto vndè vi ſit plenius, neque contra tertium ſingularem ſucceſſorem detur, contendit Menoch. *tract. recup. remed.* 15. *n.* 5. aſſerens, quòd *per c. ſæpè, de reſt. ſpol.* primò conſtitutum ſit, vt contra tertium ſingularem ſucceſſorem actio detur, quòd *c. ſæpè* inutile, & fruſtratorium eſſet, ſi ex *citato cap. reintegranda.* actio contra tertium ſingularem poſſeſſorem conceſſa fuiſſet, vtputa, quod aliquot annis poſt *cap. reintegranda* promulgatum eſt. Andr. Fachineus *lib.* 8. *cap.* 12. Quam diſputationem ego in medio relinquo. Atque hæc remedia iure conſtituta ſunt, cùm de quaſi poſſeſsione iu-
ris

ris cenſus contenditur: verùm cum duo ſint iudicii genera, poſſeſſorium & petitorium, Menoch. *tract. recuperandæ, in prælud.* poſtquàm explicata ſunt remedia poſſeſſoria, paucis de petitoriis agendum eſt.

Sit itaque octaua concluſio: Ad † ius cenſus vindicandum, & aſſerendum actio confeſſoria conceditur, Iohann. Fabri § *æquè.* vbi Zaſius *ſub. fin.* Iohan. Schneid. *num.* 10. Iaſon. *num.* 55. *inſtit. de actionib.* Iacob. Venent. *de annua præſtat.* 2. *part. quæſt.* 4. Iohan. Oldendorp. *in claſſib. claſſ.* 3 *action.* 4. *n* 5. ratio concluſionis eſt, quia † confeſſoria eſt actio realis, qua ius aliquod ſeu incorporale quippiam aſſeritur, & vindicatur, contra eum, qui impedit dominum in quaſi poſſeſſione ſui iuris ad effectum, vt agenti ius competere declaretur, eique turbans cautionem de amplius nõn moleſtando præſtare cogatur, vt declarat Iaſon *dicto* § *æquè. nu.* 55 & Schneideuuin. *num.* 7. Sic † habens ius præſentandi, eligendi, iuriſdictionis exercendæ, decimarum ſeruitutum, ſi in quaſi poſſeſſione ſui iuris turbetur, aut in eius exercitio impediatur, confeſſoriam actionem ad ius vindicandum intendere poteſt. *l.* 1. *ff. ſi vſusfructus petat. toto tit ff. potiſſimùm. l.* 2. *ff. ſi ſeruit. vindicet. c. tua. c. prohibemus,* vbi Dd. *de decimis.* §. *æquè. inſtitut. de actionibus.* In † cuius interpretatione propter illa verba, *veluti ſi quis agat ius ſibi eſſe altius ædes ſuas tollendi,* multum laborant Dd. *Gloſſ.* ibi dupliciter allegatum exemplum exponit, verùm vtraq; expoſitio inepta eſt, nec menti, nec verbis Imperatoris congruens: *Faber, Zaſi. Mynſ & alii,* allegatum exemplum obtinere aiunt in caſu, quo vel præſcriptione, vel pacto, vel teſtamento, vel conſuetudine, vel iure municipali ædes ſuas altius tollere quis prohibetur, tunc enim ſi vicinus à vicino ius & po-

84 85 86 87

Digitized by Google

teſtatem ædes ſuas altius tollendi conſequatur, atque in iuris exercitio impediatur, confeſſoria agi poſſe cenſent, quod hoc caſu ius altius tollendi ſit ſeruitus. *l. loci. §. competit ff ſi ſeruit. vendic.* Eſt quidem hæc expoſitio non inepta, ſed quid prohibet dicere, actionem confeſſoriam etiam contra eum dari, qui alterũ in naturali libertate, & iure ædes ſuas altius tollendi, eiusq; iuris qua
88 ſi poſſeſſione impedit, potiſſimùm † cum confeſſoria & negatoria actio non ſolùm pro ſeruitutibus, ſed etiam aliis iuribus, puta, pro iure decimarum, venandi, piſcandi, eligendi, præſentandi, iuriſdictionis exercendæ &c. competant. Itaq; † non ſolius iuris ſeruitutum,
89 ſed iuris quoque naturalis exemplum adferre voluit Imperator, ad indicandum, pro omnibus iuribus vindicandis confeſſoriam tribui: Hoc ſenſu prædictum exemplum exaudit VVeſenbecc. *dicto §. aquè.* dicens, quòd confeſſoria detur non ſolùm cum iure ſeruitutis, ſed etiam cum iure ſuo, hoc eſt, naturali iure, & libertate ius altius tollendi ſibi vindicat.

90 Ampliatur † concluſio primò, quòd confeſſoria actio non ſolùm ſeparatim, & ſeorſim, ſed etiam cum interdicto retinendæ poſſeſſionis coniungi poſſit, Bart. *l. 3. §. nihil commune. num.* 18. *ff. de adquir. poſſeſſ.* Abbas *c. paſtoralis, & cap. cum dilectus. num. 7. de cauſ. poſſeſſ & propriet. per dictum. §. aquè. inſtit. de actionibus.* Venent.
91 *dicto loco.* ratio eſt, quia † etſi poſſeſſor rerum corporalium nullam habeat actionem, qua rem poſſeſſam exigat, adeoque poſſeſſor rei corporalis, interdictum retinendæ poſſeſſionis cum rei vindicatione cumulare
92 nequeat: attamen † diuerſum eſt in incorporalibus, in quibus is, qui quaſi poſſidet, confeſſoria actione experiri, atque interdictum retinendæ poſſeſſionis cum con-

confeſſoria & negatoria rectè coniungere, & cumulare poteſt: quinimò confeſſoria, & negatoria ei ſolùm, qui eſt, vel fuit in quaſi poſſeſſione iuris, tribuitur. *l. ſi fortè. §. ſciendum. ff. ſi ſeruit. vindicet.*

Ampliatur ſecundò, quòd † confeſſoria, & interdictum vndè vi, ſeu recuperandæ poſſeſſionis coniungi, & ſimul in eodem libello proponi queant: ratio eſt, 93
quia petitorium cum poſſeſſorio recuperandi coniungi poteſt, *c. dilectus*, vbi Abb. *c. cum Eccleſia, de cauſa poſſ. & propriet.* Bart. *l. 3. § nihil commune, nu. 22. ff. de adquir. poſſeſſ.* ratio eſt, quia † actionum cumulatio regulariter 94
eſt permiſſa, niſi in ſpecie prohibita probetur, Dynus *c. nullus. de reg. iur. in 6.* Atque † hoc ſenſu exaudienda 95
eſt gloſſ. *ca. examinata, verbo, poſſidebas, ext. de iudic.* & Schneid. §. *aquè, inſtit. de actionib.* cum adſerunt confeſſoriam etiam ei dari, qui ius non quaſi poſſidet, ſed ſibi deberi contendit, iuxta *l. 2. ff. ſi ſeruit. vindic.* Nam intelligendum id eſt, de debito reali, cum videlicet per vſum & patientiam aduerſarii ius eſt adquiſitum, eiusq; quaſi poſſeſſio amiſſa iuxta *l. datio. §. ſi iter. ff. de act. empt.* quo caſu confeſſoria pro iure conſtituto competit. gl. *l. ſi cum fundum. §. verè. ff. de contrah. empt.* gl. *auth. ſacramenta puberum, verbo, cuſtodiantur. C. ſi aduerſ. vendit.* Iaſ. §. *actionum. num. 138.* & ibi Schneide. *num. 24. inſtit. de actionibus.* Secus ſi ius cenſus perſonaliter tantùm debeatur, puta, ſi cenſus ſit emptus, nulla autem penſio vnquam præſtita, adeoque ius cenſus realiter non adquiſitum: nam hoc caſu nec confeſſoria, nec vlla alia realis, ſed perſonalis tantùm actio ex empto aduerſus venditorem competit, vti ex *Fabro & aliis* ſupra fusè eſt oſtenſum.

Tertiò † extenditur, quòd confeſſoria ad ius cen- 96
ſus

tio eſt, quia ſicuti in fundo, ita in perſona ius cenſus conſtitui poteſt, vti ſupra fusè eſt probatum.

Ampliatur † denique, quòd non ſolùm contra cenſitum, ſed etiam contra tertium annuarum penſionum ſeu redituum præſtationem, & perceptionem impedientem, confeſſoria tribuatur; ratio eſt, quia confeſſoria eſt actio realis, cuius ea eſt natura, quòd contra omnes, qui ius alienum quaſi poſſident, aut in eius vſu dominum impediunt, concedatur, Iaſon *dicto* § *æquè*, *num.* 35, & ibi Schneideuuin, *num.* 15, *inſtit. de actionib.* 102

Limitatur † concluſio, quòd procedat, ſi ius cenſus realiter fuerit conſtitutum, hoc eſt, per annuarum penſionum præſtationem ius cenſus adquiſitum ſit, ſecus ſi venditus quidem ſit cenſus, verùm reditus nullus vnquàm ſit præſtitus; nam hoc caſu nulla realis, ſed perſonalis actio ex empto contra venditorem cenſus, ad penſiones præſtandas datur, Iohan. Faber *ſupedict.* §. *aquè. numer.* 14. *inſtitutionum. de actionibus.* VVeſenbeci. *in paratitulis.* *ff. de ſeruitibus. numer.* 6. & 7. Quemadmodùm enim equo vendito, ſed non tradito, nulla actio realis, ſed perſonalis ſolùm ex empto contra venditorem datur: ita & iure cenſus empto, & non quaſi tradito, nulla realis, ſed perſonalis tantùm actio emptori contra venditorem competit; *toto tit. ff & C. de act. empti.* 103

104 Vltima † concluſio: Aduerſus cenſitum in penſionibus præſtandis moroſum, cenſitori datur actio quaſi Seruiana, ſeu hypothecaria, qua ad rei pro penſione obligatæ, penſionem adquirendam

agit, ad effectum, vt prædium iure pignoris obligatū retineat, donec annua penſio præſtetur, aut alienet, ſi penſiones non præſtentur, nec pignus redimatur. §. *item Seruiana, inſtit. de actionibus. l ſi conuenerit. 4. ff. de pignor. action.*

105 Ampliatur † concluſio primò, quòd non tantùm ſeparata, & ſola, ſed etiam cum actione perſonali ad ſoluendas præteritas, & ceſſas præſtationes cumulari queat, ita in Camera Imperiali deciſum teſtatur Mynſ. *cent. 1. obſeru. 58.*

106 Secundò † ampliatur, quòd quaſi Seruiana, ſeu hypothecaria concedatur non ſolum contra cenſitum, ſed etiam tertium prædii cenſualis hypothecati poſſeſſorem, Couar. *lib. 3. reſolut. c. 7. num. 6.* Iabob. Venent. *de annua penſione. quaſt. 31.* Petr. Foller. *de cenſib. verbo, cenſus, nu 96 per clement. 1. de cenſib.* Innocent. *c. verum. de foro compet.* Benedict. Bonius *de cenſib. art. 58. 71. & 72.* Petr. Peggius *de iure ſiſtendi cap. 9.* ratio eſt, quia actio quaſi Seruiana, ſeu hypothecaria eſt actio realis, & ideò ſequitur, daturque aduerſus omnem poſſeſſorem.

107 Reſtringitur † concluſio *primò*, quòd quaſi Seruiana, ſeu hypothecaria actio locum habeat, quandò cenſus eſt mixtus, hoc eſt, perſonalis ſub hypotheca, verbi gratia, quandò ſuper perſona cenſus eſt conſtitutus, & pro aſſecuratione ſolutionis penſionum annuarum prædium hypothecatum: verùm ſi cenſus ſit perſonalis purus, aut realis purus, non hypothecaria, ſed confeſſoria actio datur: ratio eſt, quia vbi nulla eſt eſt hypotheca, ibi nulla quaſi Seruiana locum habet; at cum cenſus eſt realis purus, aut perſonalis purus, nulla eſt
108 hypotheca, ergò &c. Nam † cenſus quatuor modis conſtitui

ſtitui poteſt aut ſuper perſona ſine hypotheca; aut ſecundò ſuper perſona cum hypotheca; aut tertiò ſuper re ſine hypotheca, aut deniq; ſuper re cum hypotheca, Molina *diſp.* 383. contra † Cou. qui *lib.3 reſol. c.7. n.5. & 6.* errat, dum aſſerit in omni cenſus emptione fundum, in quo cenſus emitur, hypothecæ tantùm vicem habere, & obligationem principalem ſemper eſſe perſonalem. 109

Declaratur † *ſecundò*, quòd hypothecaria tùm inſtitui poſsit, debeatque, cum cenſitori poteſtas propria auctoritate fundum hypothecatum ingrediendi non eſt facta; ſecùs ſi ſit conceſſa libera facultas propria auctoritate prædium cenſuale ingrediendi; tunc enim actione opus non eſt, cùm propria auctoritate abſque actione propoſita fundum intrare, & tenere poſsit, donec præteritæ penſiones fuerint ſolutæ, iuxta *l. creditores, C. de pignoribus.* 110

Exiſtunt hoc loco † aliquot Quæſtiones vtiles & practicabiles, ideoq; pro concluſionis vltimæ intelligentia maiori, reſoluendæ. 111

Prima eſt: *Vtrùm tertius prædii cenſualis hypothecatæ poſſeſſor, qui neq; cenſum conſtituit, neq; conſtituentis hæres exiſtit hypothecaria ad penſionis ſolutionem conuentus, exceptionem non factæ excuſſionis opponere poſsit?*

Negantem † ſententiam tuentur Couarr. *lib.3. reſolut. cap.7, num.6.* Binsfeld. *c. in ciuitate, quæſt. 12. concl.* 112

realis,ſuper certa re conſtitutus, absque alia hypotheca: *Aut* denique realis hypthecam aliorum prædiorum habens admixtam.

Primo caſu quęſtioni non eſt locus,cum in eo nulla ſit hypotheca.

Secundo †caſu concluſio eſt,ſi ſuper perſona cenſus ſit conſtitutus, & prædium hypothecæ locum annexum,tunc cenſitus,eiusq; hæredes actione perſonali primò ſunt conueniendi,iisq; excuſsis, tertius hypothecæ poſſeſſor quaſi Seruiana eſt conueniendus, per *d. auth. hoc ſi debitor. C. de pignorib. §. ſed neq;, in auth. de fideiuſſo. & d. l. Moſchis ff. de iure fiſci.* 116

Tertio caſu concluſio eſt, quandò cenſus eſt merè & purè realis, ſuper certo prædio conſtitutus, tertius prædii cenſualis poſſeſſor, nulla conſtituentis, aut eius, hæredum excuſsione facta ad penſionē ſoluendam non hypothecaria, ſed confeſſoria actione conueniri poteſt, debetq;. *Molina cit. diſp.* 383. Ratio eſt, quia cenſus realis eſt onus fundo impoſitum, ad omnem poſſeſſorē tranſiens. Quemadmodùm n. ſeruitus realis prędio inhęret, atq; omnem prædii ſeruientis poſſeſſorem ſequitur; ita ius cenſus realis, eſt quædā quaſi ſeruitùs realis, quæ fundum cenſualem ſemper comitatur, & quemadmodùm conſtituens in ſuo prædio ſeruitutem, ſi id prædium ad tertium perueniat, ſeruitus ſequitur prædium, ita,quòd prædii poſſeſſor non autem conſtituens,aut eius hæredes confeſſoria actione teneantur: ita quoq; ſi cenſus ſit merè & purè realis, atque prædium cenſuale ad tertium perueniat poſſeſſorem, is ſolus, nullo autem modo conſtituens, aut eius hæredes confeſſoria tenentur, Venentus *de annua praſt. 1. parte, q. 25. n.* 23. Paul. de Caſtro *conſil.* 215. *aliâs* 105 *lib.* 2 Et probatur à ſimili; 117

118 quemadmodùm † enim vaſallus, & emphyteuta, ſi feudum & emphyteuſin non poſsideant ad officia, ſeruitia, & penſiones non obligantur, ita & conſtituens, eiuſque hæredes ſi prædium cenſuale non poſsideant, ad annuas
119 penſiones ſoluendas non ſunt obligati. Hæc † concluſio eſt contra Couarruuiam, cuius fundamentum eſt falſum, ideoque quidquid ſuper ea conſtruxit, corruit: Nam falſum eſt primò, quòd prædium cenſuale, ſuper quo cenſus eſt venditus, hypothecæ loco ſolùm habeatur, & per conſequens ſecundò falſum eſt, quòd principalis obligatio in omni annuo cenſu etiam ſuper certa re conſtituto ſemper ſit perſonalis, ex quo conſequitur falſum eſſe, quòd conſtituens, eiuſque hæredes ſemper primò debeant, poſsintque conueniri, antequàm tertius prædii cenſualis poſſeſſor fuerit interpellatus: tandem conuincitur falſum eſſe, quòd hypotheca, quæ in cenſu eſt conſtituta, ſit anomola, irregularis, priuilegiata, reliquarum hypothecarum leges non ſequens.

120 Quarto † caſu concluſio eſt, ſi cenſus ſuper re certa ſit conſtitutus, appoſita aliorum bonorum hypotheca, tunc ratione rei, ex qua cenſus eſt emptus, aduerſus ſingulos pro rata, verùm ratione hypothecę in ſolidum aduerſus quemlibet tertium alicuius rei hypothecatæ poſſeſſorem, hypothecaria, vel quaſi Seruiana agitur, ita Couar. *variar. reſol. lib. 3. c. 7. n. 8.*

121 Secunda Quæſtio: *Vtrùm † caſu, quo prædium cenſuale inter plures hæredes diuiditur, aut in tres ſingulares poſſeſſores tranſit, emptor cenſus hypothecaria, vel*

vel confeſſoria aduerſus vnumquemq́; in ſolidum agere poßit, vel ſingulos pro rata conuenire debeat?

Caſus quæſtionis in praxi eſt frequens, contingit enim non raró, quód mortuo cenſito, inter plures hæredes prædium cenſuale diuidatur, accidit quoque ſæpè, quòd cenſitus de prædio cenſuali aliquid alienet: quæritur ergò, qualiter aduerſus ſingulos ſit agendum?

In cuius quæſtionis reſolutione *Doctores ſunt diſcordes.* Nam † Guido Papæ *quaſt.*452. Chaſſane. *in conſuet. Burgund. rub.* 5. §.2. *num* 35. Couarru: *lib.*3. *reſolut. cap.*7. *num.*8. Binsfeld. *c. in ciuitate, quaſt.*12. *concluſ.*2. *in fin. extra de vſuris.* cenſent ſingulos poſſeſſores pro rata, hoc eſt, qualitate, & quantitate prædii, quod poſsident, non autem in ſolidum eſſe conueniendos; mouentur ſequentibus argumentis: *Primò*, quia hypotheca cenſualis eſt anomola, irregularis, priuilegiata, communem hypothecarum legem non ſequens: *Secundò* quia cenſus ſimilis eſt contractui fundi vectigalis: *Tertiò per l. Moſchis, ff. de iure Fiſci.* vbi Paulus reſpondit aduerſus omnem poſſeſſorem pignorum, hoc eſt, aduerſus ſingulos pro rata eſſe agendum: *Quartò, per c. conſtitutus. de religioſ. domib.* 122

Contrarium † defendunt Nauarr. *c. ſi fæneraueris.* 14. *quaſt.*3. *num.*114. Aluar. Valaſcus *de iure emphyteut. quaſt.*32. *num.*13. *& ſeqq.* Ludouic. Molina *diſputat.* 383. aſſerentes aduerſus ſingulos in ſolidum ad totius penſionis ſolutionem agi poſſe, moti ſequentibus rationibus: Prima, quia ea videtur eſſe mens cenſum conſtituentium: Secunda, quia † conditio creditoris ex multi- 124 123

 plica-

concluſio primò, quia cenſus realis eſt extenſus in totum prædium, ita quidem, quòd totus ſit in toto, non autem totus in ſingulis partibus, ſed pars in parte: Atq; hinc eſt, quòd prædio cenſuali ex parte perempto, ius cenſus partim extinguatur, vti conſtitutum eſt à Pio V. in bulla de cenſu edita, quam ita explicat Molina † *diſp.* 130
390 *clauſula* 8. quià contradictione difficulter excuſari poteſt; nam aſſerere, quòd ius cenſus ſit extenſum in toto prædio, & non totum in ſingulis partibus, & ſimul dicere aduerſus ſingulos in ſolidum agi poſſe, ſimul conſiſtere nequeunt: Atque hoc ſenſu admitti poteſt *Couarruuiæ opinio*, qui in eo tantùm decipitur; quòd hoc caſu prædium, ſuper quo cenſus eſt emptus, hypothecæ tantùm locum habere cenſet: Secundò probatur concluſio per *c. conſtitutus, de religioſ. domibus.* quod loquitur de cenſu reſeruatiuo, nam Epiſcopus quidam plures Eccleſias in ſua diœceſi ſitas ab omnibus Epiſcopalibus iuribus liberauit, reſeruata annua penſione, & cum quidam Abbas ratione ſuæ Eccleſiæ penſiones ſoluere recuſaret, coram Pontifice in ius vocatus, vt eas pro rata ſolueret fuit condemnatus.

Limitatur † concluſio vt non procedat, ſi in prouincia, vel regno aliquo vſu & conſuetudine ſit receptum, vt ſinguli prædii cenſualis poſſeſſores in ſolidum pro omnibus penſionibus obligentur, nam eo caſu contractus cenſus ſecundùm loci conſuetudinem initus præſumitur, adeoq; ſinguli poſſeſſores in ſolidum conueniri poſſunt: Eiuſmodi conſuetudinem eſſe in *Hiſpania*, teſtatur Aluarus Valaſcus *de iure emphyt. quæſt.* 32. *n.* 13. *& ſeqq.* Ludouic. Molina *diſput* 383 Couar. *lib.* 3. *reſol.* *c.* 7. *n.* 6. ratio eſt *ex l. ſemper. ff. de regul. iuris*, quia contractus ſecundùm loci, vel regionis morem celebratus 131

præſumitur, Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 38. num. 9.*

132 Tertio caſu concluſio eſt, ſi † cenſus eſt realis mixtus, hoc eſt, certæ rei impoſitus, verùm aliorum prædiorum hypothecam adiunctam habens, tunc ratione rei ſuper qua cenſus eſt conſtitutus, aduerſus ſingulos pro rata, qua prædium cenſuale poſsidetur, ratione verò hypothecæ, aduerſus quemlibet in ſolidum quaſi Seruiana agi poteſt, ita expreſsè Couar. *d. c. 7. n. 8. verſ. Quòd ſi ad ſolutionem.* Et probatur prior eius pars per ſecundam, poſterior verò per primam concluſionem.

Quòd ſi quæras, quæ ſit differentiæ ratio inter primam & ſecundam concluſionem? Reſpondeo eam, quia ſi cenſus ſit perſonalis ſub hypotheca tunc tota hypotheca pro toto reditu, & ſingulæ partes hypothecæ pro tota penſione ſunt obligatæ: at quandò cenſus eſt realis purus, tunc ex toto quidem prædio cenſuali tota penſio debetur; at ex ſingulis prædii partibus tota penſio non debetur.

133 Reliquum † eſt, vt argumentis Couarruuiæ ſatiſ-
134 faciamus: In primo negatur † hypothecam, quæ annexa eſt cenſui perſonali eſſe anomalam, irregularem, & priuilegiatam, nam eſt propria, ordinaria, ſequens communes pignorum leges, quæ volunt vt aduerſus ſingulos poſſeſſores actio hypothecaria in ſolidum, hoc eſt, quantùm pignus fert, detur *l. 2. C. de actionib. hæreditar. l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. hæredib.*

135 Secundum † Couarruuiæ argumentum contra eum pro nobis eſt; nam diuiſo fundo vectigali, vectigal non diuiditur, *l. in communi diuidundo ff. comm. diuid.*

In tertio negatur explicatio *l. Moſchis. ff. de iure Fiſci,* & dicitur, Paulum mentem eſſe, poſſeſſorem omnem id eſt,

id eſt, ſingulum in ſolidum conuenire poſſe, quia ſignum vniuerſale, *omnis*, cuilibet actum in ſolidum tribuit. *gl. Bart. & alii d. l. Moſchis.* Et hanc expoſitionem communem eſſe fatetur ipſe Couar. *d. loc.*

Quod in quarto argumento putat Couarruuias *c. conſtitutus, de religioſ. domib.* procedere ex ſubiecta materia & mente contrahentium, admittitur; verùm quòd id ſit ſingulare negatur; nam regulare eſt in omni cenſu reali, quòd prædio diuiſo, ſinguli pro rata ad penſionem teneantur.

Iam ad † argumentum *Nauarræ* vt reſponſio detur. In primo negatur, quòd iure communi inſpecto mens contrahentiũ ſit, vt in cenſu reali, ſinguli partium prædii cenſualis poſſeſſores in ſolidum pro omni, & tota penſione poſſint conueniri. 136

In ſecundo negatur propoſitio: nam primò quo ad perſonales actiones conditio creditoris ex debitoris hæredum pluralitate fit deterior: diuiditur enim actio perſonalis inter hæredes pro portionibus hæreditariis, *l. 2. C. de actio. hæredit. l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. hæred.* In realibus quoq; ſi res diuiſionem patiatur, vt eſt prædium cenſuale, creditoris conditio fieri poteſt deterior, licet ſi res vel lege, vel natura ſit indiuiſibilis, vt eſt pignus, & fundus vectigalis, conditio creditoris deterior non reddatur.

Tertium argumentum procedit, cum res, quæ debetur eſt indiuiſibilis, quo caſu cum tota vni ſit adiudicanda, meritò is totam penſionem præſtare tenetur; at prædia cenſualia ſunt diuiſibilia.

Quod † quarto argumento eſt dictum, id controuerſi eſt iuris; nam ſi emphyteuta decedat pluribus hæredibus relictis, quorum vnus ſuam Canonis portio- 137

agit,ad effectum,vt prædium iure pignoris obligatũ retineat, donec annua penſio præſtetur, aut alienet, ſi penſiones non præſtentur, nec pignus redimatur. §. *item Seruiana, inſtit. de actionibus. l. ſi conuenerit. 4. ff. de pignor. action.*

105 Ampliatur † concluſio primò, quòd non tantùm ſeparata, & ſola, ſed etiam cum actione perſonali ad ſoluendas præteritas, & ceſſas præſtationes cumulari queat, ita in Camera Imperiali deciſum teſtatur Mynſ. *cent. 1. obſeru. 58.*

106 Secundò † ampliatur, quòd quaſi Seruiana, ſeu hypothecaria concedatur non ſolum contra cenſitum, ſed etiam tertium prædii cenſualis hypothecati poſſeſſorem, Couar. *lib. 3. reſolut. c. 7. num. 6.* Iabob. Venent. *de annua penſione. quaſt. 31.* Petr. Foller. *de cenſib. verbo, cenſus, nu 96 per clement. 1. de cenſib.* Innocent. *c. verum. de foro compet.* Benedict. Bonius *de cenſib. art. 58. 71. & 72.* Petr. Peggius *de iure ſiſtendi cap. 9.* ratio eſt, quia actio quaſi Seruiana, ſeu hypothecaria eſt actio realis, & ideò ſequitur, daturque aduerſus omnem poſſeſſorem.

107 Reſtringitur † concluſio *primò*, quòd quaſi Seruiana, ſeu hypothecaria actio locum habeat, quandò cenſus eſt mixtus, hoc eſt, perſonalis ſub hypotheca, verbi gratia, quandò ſuper perſona cenſus eſt conſtitutus, & pro aſſecuratione ſolutionis penſionum annuarum prædium hypothecatum: verùm ſi cenſus ſit perſonalis purus, aut realis purus, non hypothecaria, ſed confeſſoria actio datur: ratio eſt, quia vbi nulla eſt eſt hypotheca, ibi nulla quaſi Seruiana locum habet; at cùm cenſus eſt realis purus, aut perſonalis purus, nulla eſt
108 hypotheca, ergò &c. Nam † cenſus quatuor modis conſtitui

ſtitui poteſt aut ſuper perſona ſine hypotheca; aut ſecundò ſuper perſona cum hypotheca; aut tertiò ſuper re ſine hypotheca, aut deniq; ſuper re cum hypotheca, Molina *diſp.* 383. contra † Cou. qui *lib.* 3 *reſol c.* 7. *n.* 5. & 6. errat, dum aſſerit in omni cenſus emptione fundum, in quo cenſus emitur, hypothecæ tantùm vicem habere, & obligationem principalem ſemper eſſe perſonalem. 109

Declaratur † *ſecundò*, quòd hypothecaria tùm inſtitui poſsit, debeatque, cum cenſitori poteſtas própria auctoritate fundum hypothecatum ingrediendi non eſt facta; ſecùs ſi ſit conceſſa libera facultas propria auctoritate prædium cenſuale ingrediendi; tunc enim actione opus non eſt, cùm propria auctoritate abſque actione propoſita fundum intrare, & tenere poſsit, donec præteritæ penſiones fuerint ſolutæ, iuxta *l. creditores, C. de pignoribus.* 110

Exiſtunt hoc loco † aliquot Quæſtiones vtiles & practicabiles, ideóq; pro concluſionis vltimæ intelligentia maiori, reſoluendæ. 111

Prima eſt: *Vtrùm tertius prædii cenſualis hypothecatæ poſſeſſor, qui neq; cenſum conſtituit, neq; conſtituentis hæres exiſtit hypothecaria ad penſionis ſolutionem conuentus, exceptionem non factæ excuſsionis opponere poſsit?*

Negantem † ſententiam tuentur Couarr. *lib.* 3. *reſolut. cap.* 7, *num.* 6. Binsfeld. *c. in ciuitate, quaſt.* 12. *concl.* 112

realis, ſuper certa re conſtitutus, abſque alia hypotheca: *Aut* deniq̃ue realis hypthecam aliorum prædiorum habens admixtam.

Primo caſu quęſtioni non eſt locus, cum in eo nulla ſit hypotheca.

Secundo † caſu concluſio eſt, ſi ſuper perſona cenſus ſit conſtitutus, & prædium hypothecæ locum annexum, tunc cenſitus, eiusq; hæredes actione perſonali primò ſunt conueniendi, iisq; excuſsis, tertius hypothecæ poſſeſſor quaſi Seruiana eſt conueniendus, per *d. auth. hoc ſi debitor. C. de pignorib. §. ſed neq;, in auth. de fideiuſſo. & d. l. Moſchis ff. de iure fiſci.* 116

Tertio caſu concluſio eſt, quandò cenſus eſt merè & purè realis, ſuper certo prædio conſtitutus, tertius 117 prædii cenſualis poſſeſſor, nulla conſtituentis, aut eius, hæredum excuſsione facta ad penſionē ſoluendam non hypothecaria, ſed confeſſoria actione conueniri poteſt, debetq;. *Molina cit. diſp.* 383. Ratio eſt, quia cenſus realis eſt onus fundo impoſitum, ad omnem poſſeſſorē tranſiens. Quemadmodùm n. ſeruitus realis prędio inhęret, atq; omnem prædii ſeruientis poſſeſſorem ſequitur; ita ius cenſus realis, eſt quædā quaſi ſeruitus realis, quæ fundum cenſualem ſemper comitatur, & quemadmodùm conſtituens in ſuo prædio ſeruitutem, ſi id prædium ad tertium perueniat, ſeruitus ſequitur prædium, ita, quòd prædii poſſeſſor non autem conſtituens, aut eius hæredes confeſſoria actione teneantur: ita quoq; ſi cenſus ſit merè & purè realis, atque prædium cenſuale ad tertium perueniat poſſeſſorem, is ſolus, nullo autem modo conſtituens, aut eius hæredes confeſſoria teneantur, Venentus *de annua praſt. 1. parte, q. 25. n.* 23. Paul. de Caſtro *conſil.* 215, *aliâs* 105 *lib.* 2 Et probatur à ſimili; quem-

Digitized by Google

118 quemadmodùm † enim vaſallus, & emphyteuta, ſi feudum & emphyteuſin non poſsideant ad officia, ſeruitia, & penſiones non obligantur, ita & conſtituens, eiusque hæredes ſi prædium cenſuale non poſsideant, ad annuas
119 penſiones ſoluendas non ſunt obligati. Hæc † concluſio eſt contra Couarruuiam, cuius fundamentum eſt falſum, ideoque quidquid ſuper ea conſtruxit, corruit: Nam falſum eſt primò, quòd prædium cenſuale, ſuper quo cenſus eſt venditus, hypothecæ loco ſolùm habeatur, & per conſequens ſecundò falſum eſt, quòd principalis obligatio in omni annuo cenſu etiam ſuper certa re conſtituto ſemper ſit perſonalis, ex quo conſequitur falſum eſſe, quòd conſtituens, eiusque hæredes ſemper primò debeant, poſsintque conueniri, antequàm tertius prædii cenſualis poſſeſſor fuerit interpellatus: tandem conuincitur falſum eſſe, quòd hypotheca, quæ in cenſu eſt conſtituta, ſit anomola, irregularis, priuilegiata, reliquarum hypothecarum leges non ſequens.

120 Quarto † caſu concluſio eſt, ſi cenſus ſuper re certa ſit conſtitutus, appoſita aliorum bonorum hypotheca, tunc ratione rei, ex qua cenſus eſt emptus, aduerſus ſingulos pro rata, verùm ratione hypothecę in ſolidum aduerſus quemlibet tertium alicuius rei hypothecatæ poſſeſſorem, hypothecaria, vel quaſi Seruiana agitur, ita Couar. *variar. reſol. lib. 3. c. 7. n. 8.*

121 Secunda Quæſtio: *Vtrùm † caſu, quo prædium cenſuale inter plures hæredes diuiditur, aut in tres ſingulares poſſeſſores tranſit, emptor cenſus hypothecaria, vel*

vel confeſſoria aduerſus vnumquemq́; in ſolidum agere poßit, vel ſingulos pro rata conuenire debeat?

Caſus quæſtionis in praxi eſt frequens, contingit enim non rarò, quòd mortuo cenſito, inter plures hæredes prædium cenſuale diuidatur, accidit quoque ſæpè, quòd cenſitus de prædio cenſuali aliquid alienet: quæritur ergò, qualiter aduerſus ſingulos ſit agendum?

In cuius quæſtionis reſolutione *Doctores ſunt diſcordes.* Nam † Guido Papæ *quæſt.* 452. Chaſſane. *in conſuet. Burgund. rub.* 5. §. 2. *num* 35. Couarru. *lib.* 3. *reſolut. cap.* 7. *num.* 8. Binsfeld. *c. in ciuitate, quæſt.* 12. *concluſ.* 2. *in fin. extra de vſuris.* cenſent ſingulos poſſeſſores pro rata, hoc eſt, qualitate, & quantitate prædii, quod poſsident, non autem in ſolidum eſſe conueniendos; mouentur ſequentibus argumentis: *Primò,* quia hypotheca cenſualis eſt anomola, irregularis, priuilegiata, communem hypothecarum legem non ſequens: *Secundò* quia cenſus ſimilis eſt contractui fundi vectigalis: *Tertiò per l. Moſchis, ff de iure Fiſci.* vbi Paulus reſpondit aduerſus omnem poſſeſſorem pignorum, hoc eſt, aduerſus ſingulos pro rata eſſe agendum: *Quartò, per c. conſtitutus. de religioſ. domib.* 122

Contrarium † defendunt Nauarr. *c. ſi fæneraueris,* 14. *quæſt.* 3. *num.* 114. Aluar. Valaſcus *de iure emphyteut. quæſt.* 32. *num.* 13. *& ſeqq.* Ludouic. Molina *diſputat.* 383. aſſerentes aduerſus ſingulos in ſolidum ad totius penſionis ſolutionem agi poſſe, moti ſequentibus rationibus: Prima, quia ea videtur eſſe mens cenſum conſtituentium: Secunda, quia † conditio creditoris ex multi- 123 124

concluſio primò, quia cenſus realis eſt extenſus in totum prædium, ita quidem, quòd totus ſit in toto, non autem totus in ſingulis partibus, ſed pars in parte: Atq; hinc eſt, quòd prædio cenſuali ex parte perempto, ius cenſus partim extinguatur, vti conſtitutum eſt à Pio V. in bulla de cenſu edita, quam ita explicat Molina † *diſp.* 130
390 *clauſula* 8. qui à contradictione difficulter excuſari poteſt; nam aſſerere, quòd ius cenſus ſit extenſum in toto prædio, & non totum in ſingulis partibus, & ſimul dicere aduerſus ſingulos in ſolidum agi poſſe, ſimul conſiſtere nequeunt: Atque hoc ſenſu admitti poteſt *Couarruuia opinio*, qui in eo tantùm decipitur; quòd hoc caſu prædium, ſuper quo cenſus eſt emptus, hypothecæ tantùm locum habere cenſet: Secundò probatur concluſio per *c. conſtitutus, de religioſ. domibus.* quod loquitur de cenſu reſeruatiuo, nam Epiſcopus quidam plures Eccleſias in ſua diœceſi ſitas ab omnibus Epiſcopalibus iuribus liberauit, reſeruata annua penſione, & cum quidam Abbas ratione ſuæ Eccleſiæ penſiones ſoluere recuſaret, coram Pontifice in ius vocatus, vt eas pro rata ſolueret fuit condemnatus.

Limitatur † concluſio vt non procedat, ſi in prouincia, vel regno aliquo vſu & conſuetudine ſit receptum, vt ſinguli prædii cenſualis poſſeſſores in ſolidum pro omnibus penſionibus obligentur, nam eo caſu contractus cenſus ſecundùm loci conſuetudinem initus præſumitur, adeoq; ſinguli poſſeſſores in ſolidum conueniri poſſunt: Eiuſmodi conſuetudinem eſſe in *Hiſpania*, teſtatur Aluarus Valaſcus *de iure emphyt. quæſt.* 32. *n.* 13. *& ſeqq.* Ludouic. Molina *diſput* 383 Couar. *lib.* 3 *reſol. c.* 7. *n.* 6. ratio eſt *ex l. ſemper. ff. de regul. iuris*, quia contractus ſecundùm loci, vel regionis morem celebratus 131

id eſt, ſingulum in ſolidum conuenire poſſe, quia ſignum vniuerſale, *omnis*, cuilibet actum in ſolidum tribuit. *gl. Bart. & alii d. l. Moſchis.* Et hanc expoſitionem communem eſſe fatetur ipſe Couar. *d. loc.*

Quod in quarto argumento putat Couarruuias *c. conſtitutus, de religioſ. domib.* procedere ex ſubiecta materia & mente contrahentium, admittitur; verùm quòd id ſit ſingulare negatur; nam regulare eſt in omni cenſu reali, quòd prædio diuiſo, ſinguli pro rata ad penſionem teneantur.

Iam ad † argumentum *Nauarra* vt reſponſio detur. In primo negatur, quòd iure communi inſpecto mens contrahentiũ ſit, vt in cenſu reali, ſinguli partium prædii cenſualis poſſeſſores in ſolidum pro omni, & tota penſione poſſint conueniri. 136

In ſecundo negatur propoſitio: nam primò quo ad perſonales actiones conditio creditoris ex debitoris hæredum pluralitate fit deterior: diuiditur enim actio perſonalis inter hæredes pro portionibus hæreditariis, *l. 2 C. de actio. hæredit. l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. hæred.* In realibus quoq; ſi res diuiſionem patiatur, vt eſt prædium cenſuale, creditoris conditio fieri poteſt deterior, licet ſi res vel lege, vel natura ſit indiuiſibilis, vt eſt pignus, & fundus vectigalis, conditio creditoris deterior non reddatur.

Tertium argumentum procedit, cum res, quæ debetur eſt indiuiſibilis, quo caſu cum tota vni ſit adiudicanda, meritò is totam penſionem præſtare tenetur; at prædia cenſualia ſunt diuiſibilia.

Quod † quarto argumento eſt dictum, id controuerſi eſt iuris; nam ſi emphyteuta decedat pluribus hæredibus relictis, quorum vnus ſuam Canonis portio- 137

nem ſoluat, alter non, vtrùm tota res emphyteutica ad dominum reuertatur, an verò pars tantùm, id apud Doctores valdè eſt controuerſum: Quatuor opiniones refert Fachineus *lib.* 1. *controu. iuris. c.* 97. atque gloſſæ allegatæ opinionem rigidam, duram, imò iniquam, & falſam docet.

138 Tertia Quæſtio: *Vtrùm † ad futuras penſiones agi poſſit, & quatenus?*

139 *Agi † non poſſe*, ſequentibus argumentis probabi-
140 le redditur: *Primò*, † pendente conditione, aut ante diem nemo rectè agit, imò, qui antequàm dies veniat, agit, is in pœnam tempore plus petentis incidit, atque induciarum duplicitate, & expenſarum refuſione punitur. §. *ſi quis intentione*, *cum* §. *ſequenti. Inſtitution. de actionibus.* §. *ſed hodiè. inſtitut. de exceptionibus. toto titulo Codicis, & extra de plus petitionibus.* atqui qui ad futuras penſiones agit, ille antè diem, & plus tempore agit: ergò &c.

141 *Secundò*, † iudicium ſuper futuro eſſe nequit. *l. non quemadmodum. ff. de iudic.* vbi Iauolenus, iudicium, reſpondet, antequàm quippiā debeatur, accipi non poſſe.

Ad idem *Tertiò* eſt textus *in l.* 1. §. *ſocius. ff. de vſuris.*

Quibus *quartò* accedit *l. quòd ſi in diem, ff. de petitione hæreditatis.* vbi Vlpianus reſpondet. Quòd ſi quis in diem ſit debitor, vel ſub conditione, non debere eum damnari: ratio eſt, quia aduerſus debitorem tantùm a-
142 gitur: atqui † qui in diem, vel ſub conditione debet,
143 propriè debitor non eſt: is enim † propriè dicitur debitor, à quo inuito pecunia exigi poteſt. *l. debitor. ff. de verborum ſignificatione.*

Deniq;

Deniq́; † pactum anticipatæ ſolutionis in emptione cenſus eſt prohibitum: non enim valet conuentio, vt in principio anni penſio ſoluatur, vt ſanciuit *Pius Quintus in conſtitutione de iure cenſus edita.* Ludouicus Molina *diſputatione* 390. *clauſula* 3. ergò nec valet iudicium.

Verùm † his, & ſimilibus nil morantibus ad quæ- 145
ſtionem propoſitam *vnica concluſione reſpondetur,* quòd in annuis reditibus ad futuras penſiones ſuo tempore ſoluendas agi poſſit, Andreas Gaill *libro* 2. *obſeruatione* 74. Antonius Gabrielius *commun. reſolution. tomo* 2. *concluſione* 11. *de qualitate contractuum; numero* 47. Probatur concluſio primò per *l.* 1. *C. de fideicommiſſ.* Secun-
dò ea ratione, quia † per ſententiam conſtitui poteſt 147
annuus cenſus, ita quidem, vt debitor vel debitum vel ſingulis annis futuris penſionem annuam ſoluat, vt ſupra cap. 3. eſt oſtenſum: ergò ad futuras penſiones agi
poteſt: nam ſententia † petitioni & libello debet eſſe 147
conformis: Tertiò probatur, quia † agens confeſſoria, 148
vel interdicto retinendæ petit ſibi caueri de non moleſtando futuro tempore: atqui id nihil aliud eſt, quàm de futuris penſionibus agere: ergò &c.

Pro ſolutione argumentorum in contrarium adductorum ſciendum eſt ex gloſſa *l.* 1 *C. de fideicommiſſ. Andrea Gaill & Anto. Gomez. præcit. loc. Duplex* † *eſſe de-* 149
bitum futurum. Vnum, quod ex iure præſenti dependet, atq́; cum iure præſenti eſt vnitum, & coniunctum, cuiuſmodi eſt ius annuorum redituum: nam futuræ penſiones cum præſentibus & præteritis iam debitis ſunt coniunctæ, atque ex eodem iure, & capite debentur: *Aliud* eſt ius futurum, quod cum præſenti iure non eſt coniunctum, ſed totum in diem debetur, vt

 ſimil-

Digitized by Google

ſi mille ad paſcha debeantur. Inter hæc debita futura ea eſt differentia, quòd ad debitum futurum, quod cum præſenti eſt vnitum, atque cum illo ex eodem fonte, & capite debetur, agi poſſit, non quidem vt ſtatim ſoluatur, ſed vt reus condemnetur eas ſoluere, cum dies venerit, ceſſeritq́; : At cum debitũ ſimpliciter eſt totũ & futurum, nec cum præſenti coniunctum, tunc ad huiuſmodi debitum antè diei aduentum agi nequit, licet officium iudicis implorari queat, vt debitor caueat de reſtituenda re, cùm dies aduenerit. *l. in omnib. bonæfidei. ff. de iudiciis. l. quòd ſi in diem. ff. de petit. hæred.* Atque hoc poſteriori caſu procedunt priora quatuor in oppoſitum adducta argumenta.

150 *Pro vltimi argumenti ſolutione*, non eſt ignorandum, † controuerſum eſſe inter Doctores, quo tempore annua præſtatio ſit ſoluenda, in principio ne, an fine anni? Nam alii aientem, alii negantem tuentur opinionem: Ego eorum ſequor opinionem, *qui in ea Quæſtione diſtinguunt*, An annua præſtatio debeatur ex vltima voluntate, titulo legati, vel fideicommiſſi: An verò per contractum inter viuos.

151 Priori caſu *concluſio eſt*: Annua † præſtatio ex vltima voluntate debita, in principio anni eſt ſoluenda. *l. 1. C. quandò dies legatorum cedat, l. nec ſemel. ff. eod. tit. l. in ſingulos. ff. de ann. legat.* ratio eſt, quia legatum annuum alimentorum cauſa relictum cenſetur. *l. cùm hi. §. ſi in annos. ff. de tranſact.* alimentis autem in principio anni homo opus habet.

Poſteriori caſu iterùm diſtinguendum eſt: *Aut* enim ſermo eſt de annua penſione ex contractu emptionis cenſus debita: *Aut* de annuo quoddam præſtando ex alio contractu.

Priori

Priori caſu *concluſio eſt*: Penſio † annua annuatim, 152
vel in ſingulos annos, vel ſingulis annis præſtanda titulo emptionis cenſus, non debetur in principio anni, ſed in fine. Probatur concluſio: Primò *ex Pii V. conſtitutione*, qua pactum anticipatæ ſolutionis in emptione cenſus reprobatur: Eſt † autem pactum anticipatæ ſolu- 153
tionis nihil aliud, quàm pactum, quo eſt conuentum, vt in principio anni penſio ſoluatur, Lud. Molina *diſput.* 390. *in explicat. clauſulæ tertiæ.* Secundò probatur per Imperii conſtitutionem, & reformationem polytiæ Auguſtæ *Anno* 1548. editam, *titulo* Von wucherlichen Contracten / vbi *Carolus Imperator.* vſurarios decernit contractus emptionis cenſus, quibus octingenta, verbi gratia, numerantur, & in inſtrumento emptionis cenſus mille ponuntur: atqui cum in principio penſio ſoluitur, idem practicatur, hoc eſt, quinquaginta penſionis loco de mille detrahuntur, idem tradit Mynſ. §. *qui hoc anno, Inſtit. de inutilib. ſtipulat. n.* 6. idem haud obſcurè ſentit Couar. *lib.* 1. *reſol. c.* 15. *n.* 8. *verſ. Tertiò ab eadem.* Ratio concluſionis eſt, quia † contractus emptio- 154
nis cenſus reſpectu emptoris eſt valdè odioſus: reſpectu verò venditoris admodùm fauorabilis.

Limitatur concluſio Primò, † vt non procedat in 155
cenſu victalicio, ſeu alimentario, cuius penſio, ab initio anni debetur, quia alimentis æquè in principio, vt in fine anni opus eſt.

Limitatur Secundò, † niſi inter contrahentes ſit 156
conuentum, vt penſionis vna pars intra ſemeſtre, alia in fine ſoluatur, nam huiuſmodi conuentionem valere tradit Nauarra *c. ſi fœneraueris,* 14. *quæſt.* 3. *num.* 134. *per gl. in l. æde. C. locati.*

Poſteriori caſu concluſio eſt, Si † aliquid annuum, 157

vel in ſingulos annos, vel ſingulis annis præſtandum alio, quàm emptionis cenſus contractu ſit promiſſum, id annuum in principio anni debetur, rectéq; petitur, gloſſ. *l. ſi in annos. ff de condit. & demonſtrat. gl. §. qui hoc anno*, vbi Mynſing *inſtit. de inutilib. ſtipulation.* Gomez. *tomo 2. variar. reſolut. cap. 11. de qualitate contractuum, numero 27.*

Ex his colligitur reſponſio ad vltimum argumentum: nam agitur ad futuras penſiones, non vt ſtatim ſoluantur, ſed ſuo tempore, hoc eſt, cum dies ceſſit, venitq́;, iuxta *l. cedere diem. ff. de verbor. ſignificat.*

Vltima Quæſtio: *Vtrùm † in cenſus venditione locum habeat retractus?*

158

159 Huius † Quæſtionis tractationi occaſionem mihi dedit quidam ciuis Friburgenſis, qui hiſce diebus ſuper caſu ſequenti propoſito, iuris reſponſum à me petiit. Habet is in vicino pago ius annui reditus apud quendam ruſticum conſtitutum, eum cenſum cuidam nobili in alio pago vicino tamen, habitanti vendidit: Ruſtici pagi eius, in quo cenſitus habitat, vti volunt retractu, & cenſum à nobili emptum iure incolatus retrahere: Venditor cenſus, ſi, inquit, hoc caſu locus eſt iuri retractus, malo vt vitricus meus, quàm ruſtici retrahant: Itaque quid iuris ſit, ſcire optauit?

160 Ego rem apud Doctores controuerſam eſſe obſeruo: Nam † Couarr. *l. 3. reſol. c. 11 n 3 & 5.* in iure annuorum redituum retractui locum eſſe negat: Molina *diſp. 377.* idem expreſſius tenet.

161 And. Tyraqu. † *de retract. conſanguin. §. 1 gl. 4 5 & 6*, in venditione cenſus iuri retractus locum eſſe aſſerit. Ego

Ego † vtramq; opinionem veram, & *Couarruuia*, 162
Molinaq; iuxta conſtitutiones Regni Hiſpaniæ particulares, *Tyraq.* † verò ſecundùm conſuetudinē regni Gal- 163
liæ procedere arbitror. Verùm † cùm tàm conſtitutio 164
Hiſpanica, quàm conſuetudo Gallica ſit localis, hoc eſt, duorum diuerſorum, eorumq; certorum Regnorum, extra illa Regna ad terras Imperii Romani porrigendæ non ſunt. Quare narrati caſus deciſio ex iure communi eſt petenda.

Quæritur: † *Vtrùm inſpecto iure Cæſareo ius retractus in rebus ſolùm immobilibus incorporalibus, vt ſunt prædia, fundi, an verò etiam in rebus immobilibus incorporalibus, vt eſt ius venandi, paſcendi, iurisdictionis exercendæ, cenſus, &c: locum habeat?* 165

Ego † in ea ſum ſententia, quòd cenſeam inſpecto 166
iure communi conſuetudinario, tàm in rebus immobilibus corporalibus, quàm incorporalibus iuri retractui eſſe locum. Moueor ad id, quòd omnes rationes, ob quas retractus eſt introductus, in rebus incorporalibus, æquè, ac corporalibus immobilibus militēt. Nam prima iuris retractus eſt ratio eſt coniunctio ſanguinis, cuius fauore retractus admittitur, argumento. *l. ſi tutor. ff. de ſuſpect. tutor. vel curatorib.* Tyraquell. *dè retractu conſanguinitatis, in præfatione, numero 55.* Atqui hæc conſanguinitatis coniunctio ſemper ineſt, ſunt enim iura ſanguinis immutabilia, *l. iura ſanguinis. ff. de regulis iuris.* Secunda ratio eſt, quòd

res fuit maiorum. *l. ſi in emptionem ff. de minorib. viginti quinq; annis l. lex quæ tutores, C. de adminiſtratio. tutor. l. 1. ff. de priuileg. creditor.* Atqui iura, & res incorporales æquè à maioribus, ac fundi, & prædia proficiſci ſolent. Tertia ratio eſt affectionis intereſſe, quia videlicet conſanguineus erga rem immobilem corporalem, quæ fuit maiorum, vehementer afficitur, *dicta l. ſi in emptionem. ff. de minoribus viginti quinq; annis, & citata l. lex qui tutores. C. de adminiſtration. tutor.* Andreas Tyraquellus *præalleg. præfatione, num.* 35. Atqui quis neſcit conſanguineum æquè affici erga iuriſdictionem, ius venandi, piſcandi, annui reditus, &c. & reliqua iura, reſ-
167 que incorporales, quàm corporales? Quarta ratio eſt,
quia † conſuetudo, qua ius retractus eſt introductum, eſt ſecundùm ius commune, fauorabiliſque. Nam primò lege veteris teſtamenti retractus eſt licitus, *Leuitici cap. 25. Ruth capite quarto. Hieremiæ trigeſimo ſecundo.* Deindè *Iuri Digeſtorum eſt conſona. l. 1. ff. de priuilegiis creditorum.* Tertiò iure Canonico approbata, *c. reſtitutus, de reſtitutione in integrum.* Andreas Tyraquellus *in ſæpedicta præfatione tractatus, de retractu conſanguinitat. numero* 7. *& ſequenti.* Dein eſt plena fauoris; tùm, quia hac ratione bona remanent in familia: tùm, quia retinentur ab incolis, quos diuites, & locupletes habere intereſt Reipublicæ.

Vndè conficitur, quòd conſuetudo, ius retractus introducens extendenda ſit, vt tàm in rebus immobilibus corporalibus, quàm immobilibus incorporalibus locum habeat, Andreas Gaill *obſeruation. libro* 2. *obſeruatione* 19. & Ioachimus Mynſingerus *centuria* 3. *obſeruatione* 51.

Nec

Nec obſtat † *l. dudum proximis. C. de contrahenda* 168 *emptione*; nam in ea non hæc, ſed alia damnatur conſuetudo, iuxta quam extraneum ab emptione remouebãt conſanguineis, & conſortes; ita quidem, quòd his rẽ extraneis vendere non licebat; vnde fiebat, quòd venditores eo precio, quo conſanguinei, & conſortes volebant, rem vendere cogebantur, quod iniquum erat, atq; iniuſtum.

Ad † quæſtionem itaque ex facto propoſitam, 166 reſpondendum eſt, incolas iure incolatus ad retrahendum cenſum admittendos, & vitrico venditoris præferendos eſſe.

id eſt, ſingulum in ſolidum conuenire poſſe, quia ſignum vniuerſale, *omnis*, cuilibet actum in ſolidum tribuit. *gl. Bart. & alii d. l. Moſchis*. Et hanc expoſitionem communem eſſe fatetur ipſe Couar. *d. loc.*

Quod in quarto argumento putat Couarruuias *c. conſtitutus, de religioſ. domib.* procedere ex ſubiecta materia & mente contrahentium, admittitur; verùm quòd id ſit ſingulare negatur; nam regulare eſt in omni cenſu reali, quòd prædio diuiſo, ſinguli pro rata ad penſionem teneantur.

Iam ad † argumentum *Nauarra* vt reſponſio detur. In primo negatur, quòd iure communi inſpecto mens contrahentiũ ſit, vt in cenſu reali, ſinguli partium prædii cenſualis poſſeſſores in ſolidum pro omni, & tota penſione poſſint conueniri. 136

In ſecundo negatur propoſitio: nam primò quo ad perſonales actiones conditio creditoris ex debitoris hæredum pluralitate ſit deterior: diuiditur enim actio perſonalis inter hæredes pro portionibus hæreditariis, *l. 2. C. de actio. haredit. l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. hæred.* In realibus quoq; ſi res diuiſionem patiatur, vt eſt prædium cenſuale, creditoris conditio fieri poteſt deterior, licet ſi res vel lege, vel natura ſit indiuiſibilis, vt eſt pignus, & fundus vectigalis, conditio creditoris deterior non reddatur.

Tertium argumentum procedit, cum res, quæ debetur eſt indiuiſibilis, quo caſu cum tota vni ſit adiudicanda, meritò is totam penſionem præſtare tenetur; at prædia cenſualia ſunt diuiſibilia.

Quod † quarto argumento eſt dictum, id controuerſi eſt iuris; nam ſi emphyteuta decedat pluribus hæredibus relictis, quorum vnus ſuam Canonis portio- 137

Digitized by Google

nem ſoluat, alter non, vtrùm tota res emphyteutica ad dominum reuertatur, an verò pars tantùm, id apud Doctores valdè eſt controuerſum: Quatuor opiniones refert Fachineus *lib. 1. controu. iuris. c. 97.* atque gloſſæ allegatæ opinionem rigidam, duram, imò iniquam, & falſam docet.

138 Tertia Quæſtio: *Vtrùm † ad futuras penſiones agi poſſit, & quatenus?*

139 *Agi † non poſſe*, ſequentibus argumentis probabi-
140 le redditur: *Primò*, † pendente conditione, aut ante diem nemo rectè agit, imò, qui antequàm dies veniat, agit, is in pœnam tempore plus petentis incidit, atque induciarum duplicitate, & expenſarum refuſione punitur. §. *ſi quis intentione, cum §. ſequenti. Inſtitution. de actionibus.* §. *ſed hodiè. inſtitut. de exceptionibus. toto titulo Codicis, & extra de plus petitionibus.* atqui qui ad futuras penſiones agit, ille antè diem, & plus tempore agit: ergò &c.

141 *Secundò*, † iudicium ſuper futuro eſſe nequit. *l. non quemadmodum. ff. de iudic.* vbi Iauolenus, iudicium, reſpondet, antequàm quippiã debeatur, accipi non poſſe.

Ad idem *Tertiò* eſt textus *in l. 1. §. ſocius. ff. de vſuris.*

Quibus *quartò* accedit *l. quòd ſi in diem, ff. de petitione hæreditatis.* vbi Vlpianus reſpondet. Quòd ſi quis in diem ſit debitor, vel ſub conditione, non debere eum damnari: ratio eſt, quia aduerſus debitorem tantùm a-
142 gitur: atqui † qui in diem, vel ſub conditione debet,
143 propriè debitor non eſt: is enim † propriè dicitur debitor, à quo inuito pecunia exigi poteſt. *l. debitor. ff. de verborum ſignificatione.*

Deniq;

Deniq́; † pactum anticipatæ ſolutionis in emptione cenſus eſt prohibitum: non enim valet conuentio, vt in principio anni penſio ſoluatur, vt ſanciuit *Pius Quintus in conſtitutione de iure cenſus edita.* Ludouicus Molina *diſputatione* 390. *clauſula* 3. ergò nec valet iudicium.

Verùm † his, & ſimilibus nil morantibus ad quæſtionem propoſitam *vnica concluſione reſpondetur,* quòd in annuis reditibus ad futuras penſiones ſuo tempore ſoluendas agi poſſit, Andreas Gaill *libro* 2. *obſeruatione* 74. Antonius Gabrielius *commun. reſolution. tomo* 2. *concluſione* 11. *de qualitate contractuum; numero* 47. Probatur concluſio primò per *l.* 1. *C de fideicommiſſ.* Secundò ea ratione, quia † per ſententiam conſtitui poteſt annuus cenſus, ita quidem, vt debitor vel debitum vel ſingulis annis futuris penſionem annuam ſoluat, vt ſupra cap. 3. eſt oſtenſum: ergò ad futuras penſiones agi poteſt: nam ſententia † petitioni & libello debet eſſe conformis: Tertiò probatur, quia † agens confeſſoria, vel interdicto retinendæ petit ſibi caueri de non moleſtando futuro tempore: atqui id nihil aliud eſt, quàm de futuris penſionibus agere: ergò &c. 145 147 147 148

Pro ſolutione argumentorum in contrarium adductorum ſciendum eſt ex gloſſa *l.* 1 *C. de fideicommiſſ. Andrea Gaill & Anto. Gomez. præcit. loc. Duplex* † *eſſe debitum futurum. Vnum,* quod ex iure præſenti dependet, atq́; cum iure præſenti eſt vnitum, & coniunctum, cuiuſmodi eſt ius annuorum redituum: nam futuræ penſiones cum præſentibus & præteritis iam debitis ſunt coniunctæ, atque ex eodem iure, & capite debentur: *Aliud* eſt ius futurum, quod cum præſenti iure non eſt coniunctum, ſed totum in diem debetur, vt 149

ſi mille ad paſcha debeantur. Inter hæc debita futura ea eſt differentia, quòd ad debitum futurum, quod cum præſenti eſt vnitum, atque cum illo ex eodem fonte, & capite debetur, agi poſſit, non quidem vt ſtatim ſoluatur, ſed vt reus condemnetur eas ſoluere, cum dies venerit, ceſſeritq́; At cum debitũ ſimpliciter eſt totũ & futurum, nec cum præſenti coniunctum, tunc ad huiuſmodi debitum antè diei aduentum agi nequit, licet officium iudicis implorari queat, vt debitor caueat de reſtituenda re, cùm dies aduenerit. *l. in omnib. bonæ fidei. ff. de iudiciis. l. quòd ſi in diem. ff. de petit. hæred.* Atque hoc poſteriori caſu procedunt priora quatuor in oppoſitum adducta argumenta.

150 *Pro vltimi argumenti ſolutione*, non eſt ignorandum, † controuerſum eſſe inter Doctores, quo tempore annua præſtatio ſit ſoluenda, in principio ne, an fine anni? Nam alii aientem, alii negantem tuentur opinionem: Ego eorum ſequor opinionem, *qui in ea Quæſtione diſtinguunt*, An annua præſtatio debeatur ex vltima voluntate, titulo legati, vel fideicommiſſi: An verò per contractum inter viuos.

151 Priori caſu *concluſio eſt*: Annua † præſtatio ex vltima voluntate debita, in principio anni eſt ſoluenda. *l. 1. C. quandò dies legatorum cedat, l. nec ſemel. ff. eod. tit. l. in ſingulos. ff. de ann. legat.* ratio eſt, quia legatum annuum alimentorum cauſa relictum cenſetur. *l. cùm hi. §. ſi in annos. ff. de tranſact.* alimentis autem in principio anni homo opus habet.

Poſteriori caſu iterùm diſtinguendum eſt: *Aut* enim ſermo eſt de annua penſione ex contractu emptionis cenſus debita: *Aut* de annuo quoddam præſtando ex alio contractu.

Priori

Priori caſu *concluſio eſt*: Penſio † annua annuatim, vel in ſingulos annos, vel ſingulis annis præſtanda titulo emptionis cenſus, non debetur in principio anni, ſed in fine. Probatur concluſio: Primò *ex Pii V. conſtitutione*, qua pactum anticipatæ ſolutionis in emptione cenſus reprobatur: Eſt † autem pactum anticipatæ ſolutionis nihil aliud, quàm pactum, quo eſt conuentum, vt in principio anni penſio ſoluatur, Lud. Molina *diſput.* 390. *in explicat. clauſulæ tertiæ.* Secundò probatur per Imperii conſtitutionem, & reformationem polytiæ Auguſtæ *Anno* 1548. editam, *titulo* Von wucherlichen Contracten / vbi *Carolus Imperator.* vſurarios decernit contractus emptionis cenſus, quibus octingenta, verbi gratia, numerantur, & in inſtrumento emptionis cenſus mille ponuntur: atqui cum in principio penſio ſoluitur, idem practicatur, hoc eſt, quinquaginta penſionis loco de mille detrahuntur, idem tradit Mynſ. §. *qui hoc anno, Inſtit. de inutilib. ſtipulat. n.* 6. idem haud obſcurè ſentit Couar. *lib.* 1. *reſol. c.* 15. *n.* 8. *verſ. Tertiò ab eadem.* Ratio concluſionis eſt, quia † contractus emptionis cenſus reſpectu emptoris eſt valdè odioſus: reſpectu verò venditoris admodùm fauorabilis.

152
153
154

Limitatur concluſio Primò, † vt non procedat in cenſu victalicio, ſeu alimentario, cuius penſio, ab initio anni debetur, quia alimentis æquè in principio, vt in fine anni opus eſt. 155

Limitatur Secundò, † niſi inter contrahentes ſit conuentum, vt penſionis vna pars intra ſemeſtre, alia in fine ſoluatur, nam huiuſmodi conuentionem valere tradit Nauarra *c. ſi fœnerauerit,* 14. *quæſt.* 3. *num.* 134. *per gl. in l. ædę. C. locati.* 156

Poſteriori caſu concluſio eſt, Si † aliquid annuum, 157

vel in ſingulos annos, vel ſingulis annis præſtandum alio, quàm emptionis cenſus contractu ſit promiſſum, id annuum in principio anni debetur, rectéq; petitur, gloſſ. *l. ſi in annos. ff. de condit. & demonſtrat. gl. §. qui hoc anno,* vbi Mynſing *inſtit. de inutilib. ſtipulation.* Gomez. *tomo 2. variar. reſolut. cap. 11. de qualitate contractuum. numero 27.*

Ex his colligitur reſponſio ad vltimum argumentum: nam agitur ad futuras penſiones, non vt ſtatim ſoluantur, ſed ſuo tempore, hoc eſt, cum dies ceſſit, venitq;, iuxta *l. cedere diem. ff. de verbor. ſignificat.*

Vltima Quæſtio: *Vtrùm † in cenſus venditione locum habeat retractus?*

158

159 Huius † Quæſtionis tractationi occaſionem mihi dedit quidam ciuis Friburgenſis, qui hiſce diebus ſuper caſu ſequenti propoſito, iuris reſponſum à me petiit. Habet is in vicino pago ius annui reditus apud quendam ruſticum conſtitutum, eum cenſum cuidam nobili in alio pago vicino tamen, habitanti vendidit: Ruſtici pagi eius, in quo cenſitus habitat, vti volunt retractu, & cenſum à nobili emptum iure incolatus retrahere: Venditor cenſus, ſi, inquit, hoc caſu locus eſt iuri retractus, malo vt vitricus meus, quàm ruſtici retrahant: Itaque quid iuris ſit, ſcire optauit?

160 Ego rem apud Doctores controuerſam eſſe obſeruo: Nam † Couarr. *l. 3. reſol. c. 11 n 3 & 5.* in iure annuorum redituum retractui locum eſſe negat: Molina *diſp. 377.* idem expreſſius tenet.

161 And. Tyraqu. † *de retract. conſanguin. §. 1. gl. 4 5 & 6,* in venditione cenſus iuri retractus locum eſſe aſſerit.

Ego

Ego † vtramq; opinionem veram, & *Couarruuiæ,* 162
Molinæq; iuxta conſtitutiones Regni Hiſpaniæ particu-
lares, *Tyraq.* † verò ſecundùm conſuetudinē regni Gal- 163
liæ procedere arbitror. Verùm † cùm tàm conſtitutio 164
Hiſpanica, quàm conſuetudo Gallica ſit localis, hoc eſt, duorum diuerſorum, eorumq; certorum Regnorum, extra illa Regna ad terras Imperii Romani porrigendæ non ſunt. Quare narrati caſus deciſio ex iure communi eſt petenda.

Quæritur: † *Vtrùm inſpecto iure Cæſa-* 165
reo ius retractus in rebus ſolùm immobilibus incorporalibus, vt ſunt prædia, fundi, an verò etiam in rebus immobilibus incorporalibus, vt eſt ius venandi, paſcendi, iurisdictionis exercendæ, cenſus, &c: locum habeat?

Ego † in ea ſum ſententia, quòd cenſeam inſpecto 166
iure communi conſuetudinario, tàm in rebus immobilibus corporalibus, quàm incorporalibus iuri retractui eſſe locum. Moueor ad id, quòd omnes rationes, ob quas retractus eſt introductus, in rebus incorporalibus, æquè, ac corporalibus immobilibus militēt. Nam prima iuris retractus eſt ratio eſt coniunctio ſanguinis, cuius fauore retractus admittitur, argumento. *l. ſi tutor. ff. de ſuſpect. tutor. vel curatorib.* Tyraquell. *de retractu conſanguinitatis, in præfatione, numero 55.* Atqui hæc conſanguinitatis coniunctio ſemper ineſt, ſunt enim iura ſanguinis immutabilia, *l. iura ſanguinis. ff. de regulis iuris.* Secunda ratio eſt, quòd

res fuit maiorum. *l. ſi in emptionem ff. de minorib. viginti quinq; annis l. lex qua tutores, C. de adminiſtratio. tutor. l. 1. ff. de priuileg. creditor.* Atqui iura, & res incorporales æquè à maioribus, ac fundi, & prædia proficiſci ſolent. Tertia ratio eſt affectionis intereſſe, quia videlicet conſanguineus erga rem immobilem corporalem, quæ fuit maiorum, vehementer afficitur, *dicta l. ſi in emptionem. ff. de minoribus viginti quinq; annis, & citata l. lex qui tutores. C. de adminiſtration. tutor.* Andreas Tyraquellus *prealleg. præfatione, num. 35.* Atqui quis neſcit conſanguineum æquè affici erga iuriſdictionem, ius venandi, piſcandi, annui reditus, &c. & reliqua iura, res-
167 que incorporales, quàm corporales? Quarta ratio eſt, quia † conſuetudo, qua ius retractus eſt introductum, eſt ſecundùm ius commune, fauorabilisque. Nam primò lege veteris teſtamenti retractus eſt licitus, *Leuitici cap. 25. Ruth capite quarto. Hieremiæ trigeſimo ſecundo.* Deindè *Iuri Digeſtorum eſt conſona. l. 1. ff. de priuilegiis creditorum.* Tertiò iure Canonico approbata, *c. reſtitutus, de reſtitutione in integrum.* Andreas Tyraquellus *in ſæpedicta præfatione tractatus, de retractu conſanguinitat. numero 7. & ſequenti.* Dein eſt plena fauoris; tùm, quia hac ratione bona remanent in familia: tùm, quia retinentur ab incolis, quos diuites, & locupletes habere intereſt Reipublicæ.

Vndè conficitur, quòd conſuetudo, ius retractus introducens extendenda ſit, vt tàm in rebus immobilibus corporalibus, quàm immobilibus incorporalibus locum habeat, Andreas Gaill *obſeruation. libro 2. obſeruatione 19.* & Ioachimus Mynſingerus *centuria 3. obſeruatione 51.*

Nec

Nec obſtat † *l. dudum proximis. C. de contrahenda* 168
emptione; nam in ea non hæc, ſed alia damnatur conſue-
tudo, iuxta quam extraneum ab emptione remoue-
bãt conſanguineis, & conſortes; ita quidem, quòd his rẽ
extraneis vendere non licebat; vnde fiebat, quòd ven-
ditores eo precio, quo conſanguinei, & conſortes vo-
lebant, rem vendere cogebantur, quod iniquum erat,
atq; iniuſtum.

Ad † quæſtionem itaque ex facto propoſitam, 166
reſpondendum eſt, incolas iure incolatus ad retra-
hendum cenſum admittendos, & vitri-
co venditoris præferen-
dos eſſe.

INTERPRETATIO CAROLINÆ CONSTITVTIONIS CIX.

1 *Vtrùm Lamiæ, quæ ſeſe Dæmoni deuouerunt, Deo abrenunciarunt, &c. nulli autem hominum, vel animalium damnum intulerunt, pœna mortis ſint afficiendæ?*

2 *Opinio Fichardi, Godellmanni, Kirchonii, & aliorum negantium, cum argumentis à numero 3.4 5.6.7. vſq; ad 8.*

9 *Opinio auctoris aiens.*

10 *Malefici, Idololatræ iure diuino veteris teſtamenti morte puniuntur, vt num. ſeq.*

12 *Conſultores Magorum, Incantatorum, Ariolorum, item Sodomitæ, Blaſphemi, Apoſtatæ, tàm lege Diuina, quàm humana vltimo afficiuntur ſupplicio, & num. 13 14. & 15.*

16 *Nigromantici, transfugæ iure humano morte mulctantur, & n. ſeq.*

18 *Lamiæ tanquàm transfugæ vltimo ſupplicio rectè afficiuntur.*

19 *Paganorum ritus, & ſacrificia exercentes lege humana feriuntur gladio.*

20 *Sophiſtæ, & Magi olim qui?*

21 *Definitio Magiæ in genere ſumptæ, & eius explicatio, vt num. ſeq.*

23 *Diuiſio Magiæ in genere ſumptæ.*

24 *Definitio Magiæ naturalis.*

25 *Exempla Magiæ naturalis.*

26 *Definitio Magiæ prohibitæ, ſeu diabolicæ.*

27 *Diuiſio Magiæ diabolicæ.*

28 *Diſ-*

28 *Differentia inter maleficos, & Magos.*

29 *Verbum Zauberey, quomodò in conſtitutione Carolina 1 9. ſumatur.*

30 *Differentia inter maleficum, ſeu veneficum, & ſimplicem magum, & num. ſequenti.*

32 *Errores Kirchoui, & Godellmanni, vt num. 33. 34. & 35.*

36 *Lamiæ de loco ad locum realiter transferuntur contra Godellmannum, & alios.*

37 *Dæmon humanum, ferinum, aut aëreum & elementale corpus aſſumere, rem veneream cum ſagis exercere incubos & ſuccubos agere: Sagæ quoq; tempeſtates dæmonis poteſtate ciere poſſunt, & num ſeq.*

39 *Godellmannus, parùm ſibi conſtans contrarietatis conuincitur.*

40 *Vtrùm liberi ex Dæmone ſuccubo, vel incubo nati, ſint veri, an non? remiſſiuè.*

41 *Lamiarum peccata non ſunt tantùm cogitationis, ſed etiam executionis vt num. ſeq.*

43 *Explicatio c. Epiſcopi 26. quæſt 5.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

SO jemandt den Leuthen durch Zauberey/ Schaden oder Nachtheil zufüget/ ſoll man jhn ſtraffen vom Leben zum Todt / vnnd man ſoll ſolche Straff mit dem Fewr thun. Wo aber jemandt Zauberey gebraucht / vnd damit niemandt Schaden gethan hett / ſoll ſonſt geſträfft werden / nach Gelegenheit der Sachen / darinnen die Vrtheiler Raths gebrauchen ſollen/ wie vom Rathſuchen hernach geſchriben ſtet.

nem ſoluat, alter non, vtrùm tota res emphyteutica ad dominum reuertatur, an verò pars tantùm, id apud Doctores valdè eſt controuerſum: Quatuor opiniones refert Fachineus *lib.1. controu. iuris. c. 97.* atque gloſſæ allegatæ opinionem rigidam, duram, imò iniquam, & falſam docet.

138 Tertia Quæſtio: *Vtrùm† ad futuras penſiones agi poſſit, & quatenus?*

139 *Agi † non poſſe*, ſequentibus argumentis probabi-
140 le redditur: *Primò*, † pendente conditione, aut antè diem nemo rectè agit, imò, qui antequàm dies veniat, agit, is in pœnam tempore plus petentis incidit, atque induciarum duplicitate, & expenſarum refuſione punitur. §. *ſi quis intentione*, *cum* §. *ſequenti. Inſtitution. de actionibus.* §. *ſed hodiè. inſtitut. de exceptionibus. toto titulo Codicis, & extra de plus petitionibus.* atqui qui ad futuras penſiones agit, ille antè diem, & plus tempore agit: ergò &c.

141 *Secundò*, † iudicium ſuper futuro eſſe nequit. *l. non quemadmodum. ff. de iudic.* vbi Iauolenus, iudicium, reſpondet, antequàm quippiã debeatur, accipi non poſſe.

Ad idem *Tertiò* eſt textus *in l. 1. §. ſocius. ff. de vſuris.*

Quibus *quartò* accedit *l. quòd ſi in diem, ff. de petitione hæreditatis.* vbi Vlpianus reſpondet. Quòd ſi quis in diem ſit debitor, vel ſub conditione, non debere eum damnari: ratio eſt, quia aduerſus debitorem tantùm a-
142 gitur: atqui † qui in diem, vel ſub conditione debet,
143 propriè debitor non eſt: is enim † propriè dicitur debitor, à quo inuito pecunia exigi poteſt. *l. debitor. ff. de verborum ſignificatione.*

Deniq;

Deniq. † pactum anticipatæ ſolutionis in emptione cenſus eſt prohibitum: non enim valet conuentio, vt in principio anni penſio ſoluatur, vt ſanciuit *Pius Quintus in conſtitutione de iure cenſus edita.* Ludouicus Molina *diſputatione* 390. *clauſula* 3. ergò nec valet iudicium.

Verùm † his, & ſimilibus nil morantibus ad quæſtionem propoſitam *vnica concluſione reſpondetur*, quòd in annuis reditibus ad futuras penſiones ſuo tempore ſoluendas agi poſſit, Andreas Gaill *libro* 2. *obſeruatione* 74. Antonius Gabrielius *commun. reſolution. tomo* 2. *concluſione* 11. *de qualitate contractuum; numero* 47. Probatur concluſio primò per *l.* 1. *C. de fideicommiſſ.* Secundò ea ratione, quia † per ſententiam conſtitui poteſt annuus cenſus, ita quidem, vt debitor vel debitum vel ſingulis annis futuris penſionem annuam ſoluat, vt ſupra cap. 3. eſt oſtenſum: ergò ad futuras penſiones agi poteſt: nam ſententia † petitioni & libello debet eſſe conformis: Tertiò probatur, quia † agens confeſſoria, vel interdicto retinendæ petit ſibi caueri de non moleſtando futuro tempore: atqui id nihil aliud eſt, quàm de futuris penſionibus agere: ergò &c. 145 147 147 148

Pro ſolutione argumentorum in contrarium adductorum ſciendum eſt ex gloſſa *l.* 1 *C. de fideicommiſſ. Andrea Gaill & Anto. Gomez. præcit. loc. Duplex* † *eſſe debitum futurum. Vnum*, quod ex iure præſenti dependet, atq; cum iure præſenti eſt vnitum, & coniunctum, cuiuſmodi eſt ius annuorum redituum: nam futuræ penſiones cum præſentibus & præteritis iam debitis ſunt coniunctæ, atque ex eodem iure, & capite debentur: *Aliud* eſt ius futurum, quod cum præſenti iure non eſt coniunctum, ſed totum in diem debetur, vt 149

Priori caſu *concluſio eſt*: Penſio † annua annuatim, 152
vel in ſingulos annos, vel ſingulis annis præſtanda titulo emptionis cenſus, non debetur in principio anni, ſed in fine. Probatur concluſio: Primò *ex Pii V. conſtitutione*, qua pactum anticipatæ ſolutionis in emptione cenſus reprobatur: Eſt † autem pactum anticipatæ ſolu- 153
tionis nihil aliud, quàm pactum, quo eſt conuentum, vt in principio anni penſio ſoluatur, Lud. Molina *diſput.* 390. *in explicat. clauſula tertia.* Secundò probatur per Imperii conſtitutionem, & reformationem polytiæ Auguſtæ *Anno* 1548. editam, *titulo* Von wucherlichen Contracten / vbi *Carolus Imperator.* vſurarios decernit contractus emptionis cenſus, quibus octingenta, verbi gratia, numerantur, & in inſtrumento emptionis cenſus mille ponuntur: atqui cum in principio penſio ſoluitur, idem practicatur, hoc eſt, quinquaginta penſionis loco de mille detrahuntur, idem tradit Mynſ. §. *qui hoc anno, Inſtit. de inutilib. ſtipulat. n.* 6. idem haud obſcurè ſentit Couar. *lib.* 1. *reſol. c.* 15. *n.* 8. *verſ. Tertiò ab eadem.* Ratio concluſionis eſt, quia † contractus emptio- 154
nis cenſus reſpectu emptoris eſt valdè odioſus: reſpectu verò venditoris admodùm fauorabilis.

Limitatur concluſio Primò, † vt non procedat in 155
cenſu victalicio, ſeu alimentario, cuius penſio, ab initio anni debetur, quia alimentis æquè in principio, vt in fine anni opus eſt.

Limitatur Secundò, † niſi inter contrahentes ſit 156
conuentum, vt penſionis vna pars intra ſemeſtre, alia in fine ſoluatur, nam huiuſmodi conuentionem valere tradit Nauarra *c. ſi fœnerauerìs*, 14. *quaſt.* 3. *num.* 134. *per gl. in l. æde. C. locati.*

Poſteriori caſu concluſio eſt, Si † aliquid annuum, 157

Ego † vtramq; opinionem veram, & *Couarruuiæ*, 162
Molinaq; iuxta conſtitutiones Regni Hiſpaniæ particulares, *Tyraq.* † verò ſecundùm conſuetudinē regni Galliæ procedere arbitror. 163 Verùm † cùm tàm conſtitutio 164 Hiſpanica, quàm conſuetudo Gallica ſit localis, hoc eſt, duorum diuerſorum, eorumq; certorum Regnorum, extra illa Regna ad terras Imperii Romani porrigendæ non ſunt. Quare narrati caſus deciſio ex iure communi eſt petenda.

Quæritur: † *Vtrùm inſpecto iure Cæſareo ius retractus in rebus ſolùm immobilibus incorporalibus, vt ſunt prædia, fundi, an verò etiam in rebus immobilibus incorporalibus, vt eſt ius venandi, paſcendi, iurisdictionis exercendæ, cenſus, &c: locum habeat?* 165

Ego † in ea ſum ſententia, quòd cenſeam inſpecto 166 iure communi conſuetudinario, tàm in rebus immobilibus corporalibus, quàm incorporalibus iuri retractui eſſe locum. Moueor ad id, quòd omnes rationes, ob quas retractus eſt introductus, in rebus incorporalibus, æquè, ac corporalibus immobilibus militēt. Nam prima iuris retractus eſt ratio eſt coniunctio ſanguinis, cuius fauore retractus admittitur, argumento. *l. ſi tutor. ff. de ſuſpect. tutor. vel curatorib.* Tyraquell. *de retractu conſanguinitatis, in præfatione, numero 55.* Atqui hæc conſanguinitatis coniunctio ſemper ineſt, ſunt enim iura ſanguinis immutabilia, *l. iura ſanguinis. ff. de regulis iuris.* Secunda ratio eſt, quòd

res fuit maiorum. *l. ſi in emptionem ff. de minorib. viginti quinq; annis l. lex qua tutores, C. de adminiſtratio. tutor. l. 1. ff. de priuileg. creditor.* Atqui iura, & res incorporales æquè à maioribus, ac fundi, & prædia proficiſci ſolent. Tertia ratio eſt affectionis intereſſe, quia videlicet conſanguineus erga rem immobilem corporalem, quæ fuit maiorum, vehementer afficitur, *dicta l. ſi in emptionem. ff. de minoribus viginti quinq; annis, & citata l.* lex *qui tutores. C. de adminiſtration. tutor.* Andreas Tyraquellus *praalleg. prafatione, num.* 35. Atqui quis neſcit conſanguineum æquè affici erga iuriſdictionem, ius venandi, piſcandi, annui reditus, &c. & reliqua iura, reſque incorporales, quàm corporales? Quarta ratio eſt,

167 quia † conſuetudo, qua ius retractus eſt introductum, eſt ſecundùm ius commune, fauorabilisque. Nam primò lege veteris teſtamenti retractus eſt licitus, *Leuitici cap.* 25. *Ruth capite quarto. Hieremia trigeſimo ſecundo.* Deindè *Iuri Digeſtorum eſt conſona. l.* 1. *ff. de priuilegiis creditorum.* Tertiò iure Canonico approbata, *c. reſtiſtutus, de reſtitutione in integrum.* Andreas Tyraquellus *in ſæpedicta præfatione tractatus, de retractu conſanguinitat. numero* 7. *& ſequenti.* Dein eſt plena fauoris; tùm, quia hac ratione bona remaneant in familia: tùm, quia retinentur ab incolis, quos diuites, & locupletes habere intereſt Reipublicæ.

Vndè conficitur, quòd conſuetudo, ius retractus introducens extendenda ſit, vt tàm in rebus immobilibus corporalibus, quàm immobilibus incorporalibus locum habeat, Andreas Gaill *obſeruation. libro* 2. *obſeruatione* 19. & Ioachimus Mynſingerus *centuria* 3. *obſeruatione* 51.

Nec

Nec obſtat † *l. dudum proximis. C. de contrahenda* 168
emptione; nam in ea non hæc, ſed alia damnatur conſuetudo, iuxta quam extraneum ab emptione remouebāt conſanguineis, & conſortes; ita quidem, quòd his rē extraneis vendere non licebat; vnde fiebat, quòd venditores eo precio, quo conſanguinei, & conſortes volebant, rem vendere cogebantur, quod iniquum erat, atq; iniuſtum.

Ad † quæſtionem itaque ex facto propoſitam, 166
reſpondendum eſt, incolas iure incolatus ad retrahendum cenſum admittendos, & vitrico venditoris præferendos eſſe.

28 *Differentia inter maleficos, & Magos.*

29 *Verbum Zauberey, quomodò in conſtitutione Carolina 19. ſumatur.*

30 *Differentia inter maleficum, ſeu veneficum, & ſimplicem magum, & num. ſequenti.*

32 *Errores Kirchouii, & Godellmanni, vt num. 33. 34. & 35.*

36 *Lamiæ de loco ad locum realiter transferuntur contra Godellmannum, & alios.*

37 *Dæmon humanum, ferinum, aut aëreum & elementale corpus aſſumere, rem veneream cum ſagis exercere. incubos & ſuccubos agere: Sagæ quoq; tempeſtates dæmonis poteſtate ciere poſſunt, & num ſeq.*

39 *Godellmannus, parùm ſibi conſtans contrarietatis conuincitur.*

40 *Vtrùm liberi ex Dæmone ſuccubo, vel incubo nati, ſint veri, an non? remiſſiuè.*

41 *Lamiarum peccata non ſunt tantùm cogitationis, ſed etiam executionis. vt num. ſeq.*

43 *Explicatio c. Epiſcopi 26. quæſt 5.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

SO jemandt den Leuthen durch Zauberey/ Schaden oder Nachtheil zufüget/ ſoll man jhn ſtraffen vom Leben zum Todt / vnnd man ſoll ſolche Straff mit dem Fewr thun. Wo aber jemandt Zauberey gebraucht / vnd damit niemandt Schaden gethan hett / ſoll ſonſt geſträfft werden / nach Gelegenheit der Sachen / darinnen die Vrtheiler Raths gebrauchen ſollen/ wie vom Rathſuchen hernach geſchriben ſtet.

tempſ tit, iisq; ad horrenda ſcelera abuſus ſit, ſi hominem, equum, vaccam, aut aliud animal maleficio non necauerit, aut tempeſtates non excitauerit, quòd morte afficiendus non ſit.

4 Secundò probant ea ratione, quia ſi ob fidei abnegationem, & renunciationem Deo factam, forent interficiendi; ſequeretur omnes homines mortale peccatum committentes, eſſe necandos: probatur conſequentia; nam homines dùm mortaliter peccant, Deo abrenunciant, eoque relicto Diabolo adhærent, eiusq; inſpirationibus, & mendaciis obtemperant, & tamen non propterea occiduntur.

His adiungunt & alia argumenta, Tertioque loco ita argumentantur: Cofeſſioni † rei impoſſibilis fi- 5
des habenda non eſt: atqui Lamiæ impoſſibilia fatentur, videlicet ſe ad conuentum volaſſe, libidinem cum Dœmone expleuiſſe, & huiuſmodi, quæ hominum poteſtatem excedunt.

Quartò, cogitationis † pœnam nemo luit. *l. cogitationis. ff. de pœnis.* atqui Lamiarum peccata ſunt cogitationis, & nudi conatus potius, quàm facti, & executionis, putant enim ſe talia facere, cùm non perficiant, ideoque in foro exteriori ob iſtas illuſiones puniri non debent. 6

Addunt quintò † argumentum à ſimili: quemadmodùm enim dormientes, ſi homicidium faciant, aut vitientur, vel ſe homicidium, adulterium, furtum, aut aliud delictum perpetraſſe ſomnient, non puniuntur, *Clement. ſi furioſus, de homicidio*: Ita nec Lamiæ puniendæ ſunt, cum cenſeri debeant ſimiles dormientibus: confitentur enim crimina commiſſa in mentis exceſſu, aut ſopore. 7

Deniq́ue, quòd pacta, quæ ſe cum dœmone ini-
8 uiſſe fatentur, ſint merę † imaginationes deluſarum mẽtium, ſicut & corporum translationes, tempeſtatum excitationes, coitus venerei cum dœmone, conuentus nocturni, probatur clariſſimè per textum *in c. Epiſcopi. 26. quaſt: 5.*

Verùm his & ſimilibus non obſtantibus ad quæſtio-
9 *nem reſpondetur*, ſequenti concluſione: Lamiæ † occidendæ ſunt eo ſolo nomine, quòd Deum abnegant, dœmoni fidelitatem promittunt, idololatriam, & apoſtaſiam committunt, cùm dœmone rem veneream exercent, adeoq́ue peccatum contra naturam, & Sodomiam committunt, etiamſi hominem nullum veneno necauerunt, ſegetibus, & animalibus non nocuerunt.

10 Probatur concluſio *Primò*, quia lege diuina † veteris teſtamenti, malefici iubentur occidi, *Exodi 22.* vbi ſcriptum eſt, Maleficos non patiaris viuere: atqui eos, qui Deo renunciant, diabolo fidelitatem præſtant, cum eo feruntur, rem veneream exercent, maleficos eſſe non eſt dubium: ergò &c.

11 *Secundò.* Idololatræ iuxta legem diuinam † mortem merentur. *Exodi trigeſimo, & trigeſimo ſecundo. Deutronom. decimo tertio, & vigeſimo ſeptimo.* atqui Lamiæ ſunt idololatræ: nam Deo renunciant, diabolo ſe addicunt, honores ei exhibent, ei ſacrificant, fidelitatis, & obedientiæ ſacramento ſe obſtringunt: Ergò &c.

12 *Tertiò*, qui † Magos, Incantatores, Ariolos conſulunt, lege diuina, & humana iubentur occidi, *Leuit. vigeſimo*, vbi ſcriptum eſt: Anima quæ declinauerit ad magos, ariolos, & fornicata fuerit, cum eis, ponam

faciem

faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui. *& l. vnica. C. de maleficis & mathematicis.* Ergò multo magis ipſe magus, qui Dæmonem conſulit, eſt interficiendus.

Quartò, qui Sodomiam † commiſit, aut cum iumento coiuit, mortem meretur, lege diuina, & humana. *Exodi 22. & l. cùm vir nubit. C. ad l. Iuliam. de adulteriis, & in authent. vt non luxurientur homines contra naturam &c. Carolina conſtitut.* 116. atqui Sodomia, deteſtabilior † eſt ſpurcities magorum, & libido quam cum dœmone exercent: quia non tantùm contra ſexum, ſed etiam contra ſpeciem, & genus peccant, quod deteſtabilius eſt, & omnium peccatorum carnalium grauiſſimum. 13

Quintò, Blaſphemia † & maledictum in Deum morte vindicandum eſt, tàm lege diuina, quàm humana *Leuitici 24. & dicta authen. vt non luxurient. homines contra natur.* atqui ſagæ ſunt blaſphemę. ergò &c. 14

Sextò, apoſtatæ † potiſſimùm ii, qui alios ad apoſtaſiam pelliciunt, morte ſunt puniendi. *l. 5. Cod. de apoſtat.* atqui malefici non tantùm ſunt apoſtatæ, ſed etiam alios ſeducunt, filios & filias dœmoni offerunt, ergò &c. 15

Septimò, Nigromanticos, † & alios magos vltimo ſupplicio afficiendos fatentur Lamiarum patroni, Fichardus, & Iohannes Georgius Godellmannus *præcitatis locis.* & habetur *l. 2. Cod. de maleficis & mathematicis.* ergò, & quidem multò magis, qui cum Dœmone rem veneream exercent, interficiendi ſunt. 16

Octauò, qui † in bello ad hoſtes fugiunt, aut fugam moliuntur, iure ciuili vltimo ſupplicio afficiuntur. 17

*l.deſertorem.§ is qui ad hoſtes ff. de re militari. l.ſi quis ali-
quid.2.§ transfugæ. ff. de pœnis.* atqui abnegantes, &re-
nunciantes Deo, Diaboloque ſe vouentes, atque obe-
dientiam ſpondentes ſunt transfugæ ad hoſtem: nam
in bello, militiaque hac terreſtri, quæ inter Chriſtum
& Sathanam, tanquam duces belli ſupremos geritur
antè baptiſmi ſuſceptionem ſolennibus, & conceptis
verbis Domino Deo, & Chriſto nomina ſua dedêre, fi-
dem addixêre, obedientiam promisêre, Diabolo & o-
mnibus eius pompis,operibusque renunciauêre,quan-
dò interrogatæ à Sacerdote, abrenuncias Sathanæ, &
omnibus pompis eius? reſpondêre, *abrenuncio*: rurſus,
Credis in Deum patrem? reſpondêre, *Credo*: Itaque
18 † Lamiæ tanquàm transfugæ vltimo ſupplicio rectè af-
ficiuntur.

19 *Deniq;*, qui Paganorum † ritus, & ſacrificia exer-
cent,gladio feriuntur. *l.1. & 2. C. de Pagan. & eorum ſa-
crific.*ergò multò magis ii,qui non ſolùm paganorum,
ſed Principis Paganorum,hoc eſt, diaboli ritui & ſacrifi-
ciis interſunt, extremo ſupplicio ſunt afficiendi.

Proximum eſt, vt aduerſariorum argumentis ſa-
tisfiat. Pro *Primi argumenti* ſolutione, res altius repe-
tenda & quot modis magia ſumatur, qualiter in gene-
re ſumpta definiatur, videndum. Sciendum itaque ſicut
Sophiſta olim honeſtæ appellationis fuit communis o-
mnibus iis, qui in aliqua arte, vel ſcientia excellerent,
20 vndè & † *Rhetores, & Philoſophiæ Profeſſores* Sophiſtæ
ſunt dicti, poſtea verò, cùm aliqui iis facultatibus abu-
terentur, factum eſt, quòd ad eos, qui falſis & captioſis
concluſiunculis, vanam Philoſophiæ ſpeciem oſten-
tarent, ſit translatum nomen Sophiſtæ. Et ſicut nomen
Tyranni Dominum, ſeu Regem propriè ſignificet, &
cum

cum aliqui imperio abuterentur inſolenter, crudeliter, & violenter regnarent, factum eſt, quòd nomen honeſtum ad infamiam deflexerit, eosque ſignificet, qui vi, & crudelitate regerent: ita quoque *Magorum* nomen à Barbaris ad Græcos, Latinosq; traductum, initio *Chaldeis* & *Perſis* in honore fuit, ſignificans *ſacrorum Antiſtites, Regum moderatores, Philoſophos & Theologos*, poſtea verò ob abuſum in infamiã vergere, cunctisque, qui malis artibus vterentur, attribui cœpit, vti teſtatur *D. Hieronymus c. 2 Danielis.*

Magia in genere ſumpta, vt tàm honeſtam, & licitam, quam infamem, & illicitam complectitur, definiri poteſt, quòd ſit † ars ſeu facultas, vi creata, & non ſupernaturali, qua dã mira & inſolida efficiens quorum ratio communem hominum ſenſum, & captum ſuperat: ſic definit Martinus Delrius *magicar. diſquiſition. l. 1 cap. 2.* Albertus Hungerus Theologiæ Doctor abſolutiſsimus, Profeſſor & Procancelarius in Academia Ingolſtadiana, ſingulare Germaniæ lumen, meus olim in Philoſophia & Theologia præceptor obſeruandus, in Doctoratus Philoſophici adſũptione promotor, & in vtriusq; iuris Licentiæ acceptione Procancellarius, *in diſputat. de Magia, theſi 1.* *Ars ſeu facultas* † generis loco ponitur, pro quauis cognitione ſiuè apodictica, hoc eſt, demonſtratiua, ſiuè topica, hoc eſt, probabili, ſiuè vera, ſiuè circulatoria, ſiuè ſuperſtitioſa, ſiuè vitii experte, ſiuè mechanica ſiuè liberali. Additur, *vi creata* & non ſupernaturali, ad excludenda miracula quæ etſi facultate quadam perficiuntur, atque communem ſenſum, captumque hominum ſuperent: attamen non vi creata, ſed ſupernaturali, ſolius Dei ſcilicet, perficiuntur; vndè in definitione mira potius, quàm miracula dictum eſt. Di-

21

22

Digitized by Google

vitream fecit, in qua mira arte diſſimiles motus circulorum videbantur, magus naturalis, ſeu artificialis dici potuit: Et *Architas Tarentinus* cùm columbam ligneam tàm affabrè effinxit: inflauit, & librauit, vt viuæ columbæ volatum imitaretur: Plura artis magicæ naturalis, & artificialis exempla videre licet apud Petrum Binsfeldium *de confeſſionibus maleficor. prima parte, concluſione prima poſt præludia.* Martinum Delrium *diſquiſitionum magicarum, libro primo, capite tertio & quarto.* In ſumma, qui abſq; commercio, & opera Diaboli, lapidum, herbarum, & aliarum rerum naturalium effectus occultos, eorumque cauſas nouit, aut admirabilia arte conficit, puta, fabas, petroſelinum &c. intra paucas horas in herbam, & plantam excreſcere facit, is magus perhiberi poteſt, hoc eſt, abſolutus, & conſumatus Philoſophus practicus, vt *dicta diſputatione de magia libro 3.* aſſerit Dominus Hungerus præceptor.

Magia Diabolica, ſeu *prohibita* eſt † ars ſeu facultas qua vi pacti expreſſi, vel taciti cum dæmone mira quædam, & comunem hominum captum ſuperantia efficiuntur. Dictum eſt *vi pacti expreſſi vel taciti*, quia omnes operationes magicæ prohibitæ † pacto veluti baſi & fundamento innituntur, ita, quòd Dæmon ad omnem operationem magicam ex condicto concurrat. *c. illud. §. vltimo. 26. quæſtione 2. l. multi. C. de maleficis, & mathematicis.* Pactum tacitum initur, cùm homo ex curioſitate libros magicos legit, aut ab alio inſtruitur in arte magica, eaq; ſciens, volensq; vtitur, ita Martinus Delrius *diſquiſit. magic. lib. 5. quæſt. 4.* 26

27

Hæc Magia Diabolica rurſus ſecatur † in *Magiam, quæ maleficium continet, & Magiam* 28

 in ſpe-

abnegant, diabolo ſe vouent, cum eo rem veneream exercent hominibus autem, brutis animantibus, & ſegetibus non nocent, & inter eos maleficos, qui Deo renunciantes, diabolo vouentes, rem veneream cum eo exercentes hominibus in corpore, & bonis nocent, quo ad pœnam differentiam facere conſtituiſſe. Quid enim abſurdius, quàm eum, qui vaccam, aut equum occiderit, interfici, eum verò, qui à fide Chriſtiana defecerit, Deo renunciauerit, eum blaſphemauerit, diabolo ſe addixerit, ei ſacrificauerit, libidinem cum eo expleuerit, adeoque peccatum Sodomia grauius commiſerit, morte non adfici?

Errant itaque Laurentius Kirchouius † *conſilio* 12. *num.* 9. inter conſilia Germaniæ *tomo* 2. & Iohannes Georgius Godelmannus *tractatu de magis & maleficis lib.* 3. *capite* 11. *num.* 32. *& alii lamiarum patroni*, cenſentes Carolum Imperatorem in præallegata *conſtitutione* 109. inter maleficas per excellentiam facinoris ſic dictas ratione pœnæ differentiam conſtituere, & iuxta priorem ordinationis partem eas lamias, & veneficas, quæ hominibus nocuerunt, vltimo ſupplicio, alias verò maleficas & veneficas veras, quę nemini nocuerunt, mitiori pœna afficiendas eſſe, voluiſſe. Eſtque abſurda prorſus, † atq; omni ratione carens diſtinctio quam adfert Godellmannus *dicto loco*, dicens: Aut lamiæ fatentur poſsibilia, puta, ſe homines, aut iumenta arte magica, interfeciſſe, & tunc iuxta priorem Carolinæ conſtitutionis partem interficiendas cenſet; Aut fatentur impoſsibilia, puta, ſe per anguſtum foramen in aërem volaſſe, in beſtias fuiſſe tranſmutatas, cum diabolo venerem exercuiſſe: Et hoc caſu non puniendas, ſed in verbo Dei melius inſtituendas tradit: Aut denique fatentur ſe 32 33

pactum cum Sathana iniuiſſe, & hoc caſu non vltimo ſupplicio, ſed fuſtigatione, relegatione, aut mulcta pecuniaria iuxta poſteriorem Carolinæ conſtitutionis partem puniri poſſe cenſet. Quid † enim ſi Dæmon ianuam vel feneſtram aperiat, per easque ferat Lamiam, quæ per locum anguſtum ſe elatam putauit? Quid ſi de foramine anguſto aliquot partes, puta, lapides, ligna, ferra remoueat, & poſt elatam ſagam confeſtim reponat? quæ Dæmonem facere poſſe nemo dubitabit? qui Beatum Petrum de carcere clauſo ab Angelo eductum in memoriam ſibi reuocabit, *Actor.* 12. Quid ſi ſaga ſe hominem aut iumentum virgula leuiter tactum, aut ligno poſito iuxta *l. ſunt quædam. ff. de extraordin. criminib.* interfeciſſe confiteatur? Quæro ex *Godellmanno* ſitné iſta confeſſio rei poſſibilis,

34

35 vel impoſſibilis? Si † rei impoſſibilis eſſe reſpondet, ſibi eſt contrarius: Si poſſibilis dicat, contra omnem rationem, & ſenſum loquitur: nam neque homo, neque iumentum ex tactu virgulæ leui, aut ligni poſitione naturaliter moritur. Præterea ſi ſaga per amplum & latè patens foramen ſe euectam fuiſſe confiteatur, quæro ex *Godellmanno*, num ea confeſſio ſit rei poſſibilis, vel impoſſibilis? Si rei poſſibilis dicat; fatetur ergò realem ſagarum tranſlationem, & huiuſmodi ſagas in verbo Dei inſtruendas, & nullo modo puniendas contra omnem iuſtitiæ rationem pronunciat: Sin confeſſionem rei impoſſibilis eſſe dicat; ſibi eſt contrarius: nam *libro primo, capite primo*, aliquot lepida exempla narrans, Diabolum hominem auferre poſſe fatetur: Itaq; in caſibus quib. ſaga realiter vehitur, non inſtructione in verbo Dei, ſed pœna opus eſt: Ex quo conficitur non omnes impunè dimittendas ſagas,

quæ

quæ ſe realiter translatas fatentur. Denique ſi Lamia, quæ pactum cum Dœmone fecit, pœna extraordinaria eſt adficienda, quæ, quæſo, pœna imponi debet Sagæ quæ non tantùm pactum cum Dœmone fecit, ſed pactum iuxta ea, quæ *libro primo, capite tertio*, aſſerit Godellmannus factum, eſt executa, hoc eſt, Deo abrenunciauit, Diabolo obedientiam promiſit, & præſtitit, Deum blaſphemauit, Dœmoni cultus diuinos exhibuit, talem nè ſagã, apoſtatam, hæreticam, blaſphemam, idololatram, ſacrilegam pœna pecuniaria, aut relegatione, vel fuſtigatione, & non grauiori, hoc eſt, vltimo ſupplicio dignam cenſes? O inſignem vel cœcitatem, vel malitiam in hoc Lamiarum patrono. Hunc ego Carolinæ *conſtitutionis* 109. genuinum intellectum eſſe cenſeo, quem ſi inuenire voluerunt Petrus Binsfeldius *l. 5. Cod. de maleficis, & mathematicis. concluſione ſecunda, propè finem*, & Martinus Delrius *diſquiſitione magicarum libro 5. ſectione 16. verſiculo, Obiicitur ex Carolina conſtitutione &c.* rem claram, meo iudicio, obſcuram reddidêre.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur maximam eſſe differentiam, inter Chriſtianos mortaliter peccantes aliis peccatis, & inter maleficos Deum abnegantes: nam peccatores recedunt à Deo propter inobedientiam tantùm, & ideò impropriè dicuntur infideles, fidemq; abnegare: at malefici recedunt à Deo per formalem & expreſſam abnegationem Dei & fidei, quæ eſt apoſtaſia propriæ infidelitatis ſpecies, Petrus Binsfeldius *in l. 5. C. de malefic. & mathemat. in ſolutione obiectionis primæ.* Martinus Delrius *lib. 5. diſquiſition. magic. ſect. 16. in ſolutione 6. argumenti.*

Quòd ſi obiicias *D. Petrum* ter Chriſtũ abnegaſſe nõ

tamen propterea necatum fuiſſe: Reſpondeo, cum *Binsfeldio, & Delrio dicto locis*, inter D. Petri, & Lamiarum abnegationem maximam eſſe differentiam: D. Petrus ore tantùm, non corde Chriſtum negauit: at Lamiæ cum ore, & corde abnegant. D. Petrus cum Iudæis contra Criſtum non conſpirauit: at Sagæ contra Chriſtum cum dœmone pactum ineunt: D. Petrus ſtatim pœnituit: Sagæ in ſua defectione permanent: D. Petrus metu: Sagæ ſponte Chriſtum negant.

In tertio argumento negatur † impoſsibile eſſe, quòd Lamiæ de loco ad locum realiter transferri poſſint: nam hirco, vel alii animali phantaſtico, hoc eſt, dœmoni corpus formanti, & adſumenti, aut ligno à diabolo acto, & ſubleuato inſidere, & de loco ad locum realiter ferri conſtat experientia, confeſsione Sagarum, & auctoritate tàm Theologorum, quàm Iureconſultorum, vt multis clarè oſtendit Petrus Binsfeldius *de confeſsionibus maleficor. 1. parte, concluſione 12. poſt præludia.* Martinus Delrius *diſquiſition. magicar. lib. 2. quæſt.* 16. Itaq; quod Ariſtoteles *libro 1. topic. ca. 3.* ait, eos, qui negant Deum honorandum, aut parentes diligendos, pæna, eos verò, qui niuem albam negant, ſenſu indigere; id de hæreticis, & alijs realem ſagarũ translationem inficiantibus recte dici poteſt, pænam ſcilicet, &
37 ſenſu eos indigere. Sic poſsibile eſt, quòd dæmon † aliquandò cadauer humanum adſumat, vel ferinum, illudq; moueat, & impellat; aliquandò aëreum, & elementale, vt doctè & philoſophicè tradit *Delrius libro 2. disquiſit. magicar. quæſt. 28. ſectione 1. & 2.* Binsfeldius *de confeſsionib. maleficor. præludio* 12. adeoq; rem vene-
38 ream † cum ſaga exerceat, incubos, & ſuccubos agat, ſagæ verò tempeſtates dæmonis poteſtate cieant, Binsfeld:

ſ. Id. *poſt præludia, concluſione* 5. *&* 10. Delrius *lib.* 2 *quæſt.* 11, *&* 15. ex Iob. 1 *&* 2. *cap. & l multi Cod. de maleficiis, & mathemat.* Et ſui immemor idem fatetur Godellmannus, auctoritate Martini Lutheri motus, qui *lib* 1. *capite* 4. *num* 17. ſequentia habet verba. † Refert *Georgius Sabinus Pauceri affinis in commentar. ſup. lib.* 10. *Ouid. Metamorph.* In Bauaria virum nobili familia natum, extincta vxore, tantum animi dolorem cœpiſſe, vt nullam admitteret conſolationem, ac vitam ageret in ſolitudine. Tandem vbi nullum finem lugendi faceret, vxorem eius comparuiſſe, excitatã à mortuis, ac dixiſſe, ſe quidem ſemel confeciſſe curriculum vitæ à natura datum, ſed importunitate ipſius reuocatam nunc eſſe in vitam, atque à Deo iuſſam vti eius adhuc conſuetudine diutius, hac tamen conditione, ac lege, vt matrimonium morte ſolutum denuò per ſacerdotem ſolenni ritu iungeretur, vtque deinceps ijs ſe abſtineret blaſphemiis conuitiandi verbis, quibus vti conſueuerat; ſe enim horum cauſa ei ademptam fuiſſe, atque iterùm exceſſuram è vita, cùm primùm eiuſmodi aliquod verbũ edidiſſet. His actis illam curaſſe rem domeſticam, vt antea, & aliquot etiam peperiſſe liberos, ſemper tamen fuiſſe triſtem, & pallidam. Poſt multos verò annos maritum veſperi potum, & ancillæ iratum, edidiſſe verba, quæ non debebat, interea illam diſparuiſſe è cubiculo, vndè marito allatura erat poma, ac reliquiſſe muliebrem veſtem ſine corpore ſtantem, quaſi phantaſma, ad ciſtam, vbi poma ſeruabantur. Hæc audiui, inquit Sabinus, ex multis viris fide dignis, qui affirmabant *Ducem Bauariæ* eadem retuliſſe *Duci Saxoniæ* pro veris. Eandem hiſtoriam audiuit quoque Martinus Lutherus ex ore Electoris Saxoniæ Iohannis Friderici, & addit: † *Iam quæſtio*

l. deſertorem. § *is qui ad hoſtes ff. de re militari. l. ſi quis ali quid.* 2. § *transfugæ. ff. de pœnis.* atqui abnegantes, & renunciantes D.o, D.aboloque ſe vouentes, atque obedientiam ſpondentes ſunt transfugæ ad hoſtem: nam in bello, militiaque hac terreſtri, quæ inter Chriſtum, & Sathanam, tanquam duces belli ſupremos geritur, antè baptiſmi ſuſceptionem ſolennibus, & conceptis verbis Domino Deo, & Chriſto nomina ſua dedêre, fidem addixêre, obedientiam promiſêre, Diabolo & omnibus eius pompis, operibusque renunciauêre, quandò interrogatæ à Sacerdote, abrenuntias Sathanæ, & omnibus pompis eius? reſpondêre, *abrenuncio*: rurſus, Credis in Deum patrem? reſpondêre, *Credo*: Itaque
18 † Lamiæ tanquàm transfugæ vltimo ſupplicio rectè afficiuntur.

19 *Deniq;*, qui Paganorum † ritus, & ſacrificia exercent, gladio feriuntur. *l.* 1. & 2. *C. de Pagan. & eorum ſacrific.* ergò multò magis ii, qui non ſolùm paganorum, ſed Principis Paganorum, hoc eſt, diaboli ritui & ſacrificiis interſunt, extremo ſupplicio ſunt afficiendi.

Proximum eſt, vt aduerſariorum argumentis ſatisfiat. Pro *Primi argumenti* ſolutione, res altius repetenda & quot modis magia ſumatur, qualiter in genere ſumpta definiatur, videndum. Sciendum itaque ſicut *Sophiſta* olim honeſtæ appellationis fuit communis omnibus iis, qui in aliqua arte, vel ſcientia excellerent,
20 vndè & † *Rhetores, & Philoſophiæ Profeſſores* Sophiſtæ ſunt dicti, poſtea verò, cùm aliqui iis facultatibus abuterentur, factum eſt, quòd ad eos, qui falſis & captioſis concluſiunculis, vanam Philoſophiæ ſpeciem oſtentarent, ſit translatum nomen Sophiſtæ. Et ſicut nomen *Tyranni* Dominum, ſeu Regem propriè ſignificet, &

cum

eum aliqui imperio abuterentur inſolenter, crudeli ter, & violenter regnarent, factum eſt, quòd nomen honeſtum ad infamiam deflexerit, eoſque ſignificet, qui vi, & crudelitate regerent: ita quoque *Magorum* nomen à Barbaris ad Græcos, Latinoſq; traductum, initio *Chaldeis* & *Perſis* in honore fuit, ſignificans *ſacrorum Antiſtites, Regum moderatores, Philoſophos & Theologos*, poſtea verò ob abuſum in infamiā vergere, cunctiſque, qui malis artibus vterentur, attribui cœpit, vti teſtatur *D. Hieronymus c.2 Danielis.*

Magia in genere ſumpta, vt tàm honeſtam, & licitam, quam infamem & illicitam complectitur, definiri poteſt, quòd ſit † ars ſeu facultas, vi creata, & non ſupernaturali, quadā mira & inſolida efficiens quorum ratio communem hominum ſenſum, & captum ſuperat: ſic definit Martinus Delrius *magicar. diſquiſition. l.1 cap. 2.* 21
Albertus Hungerus Theologiæ Doctor abſolutiſsimus, Profeſſor & Procancelarius in Academia Ingolſtadiana, ſingulare Germaniæ lumen, meus olim in Philoſophia & Theologia præceptor obſeruandus, in Doctoratus Philoſophici adſūptione promotor, & in vtriusq; iuris Licentiæ acceptione Procancellarius, *in diſputat. de Magia, theſi 1. Ars ſeu facultas* † generis loco ponitur, 22
pro quauis cognitione ſiuè apodictica, hoc eſt, demonſtratiua, ſiuè topica, hoc eſt, probabili, ſiuè vera, ſiuè circulatoria, ſiuè ſuperſtitioſa, ſiuè vitii experte, ſiuè mechanica ſiuè liberali. Additur, *vi creata* & non ſupernaturali, ad excludenda miracula quæ etſi facultate quadam perficiuntur, atque communem ſenſum, captumque hominum ſuperent: attamen non vi creata, ſed ſupernaturali, ſolius Dei ſcilicet, perficiuntur; vndè in definitione mira potius, quàm miracula dictum eſt. Di-

Digitized by Google

vitream fecit, in qua mira arte diſſimiles motus circulorum videbantur, magus naturalis, ſeu artificialis dici potuit: Et *Architas Tarentinus* cùm columbam ligneam tàm affabrè effinxit: inflauit, & librauit, vt viuæ columbæ volatum imitaretur: Plura artis magicæ naturalis, & artificialis exempla videre licet apud Petrum Binsfeldium *de confeſſionibus maleficor. prima parte, concluſione prima poſt præludia.* Martinum Delrium *diſquiſitionum magicarum, libro primo, capite tertio & quarto.* In ſumma, qui abſq; commercio, & opera Diaboli, lapidum, herbarum, & aliarum rerum naturalium effectus occultos, eorumque cauſas nouit, aut admirabilia arte conficit, puta, fabas, petroſelinum &c. intra paucas horas in herbam, & plantam excreſcere facit, is magus perhiberi poteſt, hoc eſt, abſolutus, & conſumatus Philoſophus practicus, vt *dicta diſputatione de magia libro 3.* aſſerit Dominus Hungerus præceptor.

Magia Diabolica, ſeu *prohibita* eſt † ars ſeu facultas 26
qua vi pacti expreſſi, vel taciti cum dæmone mira quædam, & comunem hominum captum ſuperantia efficiuntur. Dictum eſt *vi pacti expreſſi vel taciti*, quia omnes operationes magicæ prohibitæ † pacto veluti baſi 27
& fundamento innituntur, ita, quòd Dæmon ad omnem operationem magicam ex condicto concurrat. *c. illud. §. vltimo. 26. quæſtione 2. l. multi. C. de maleficis, & mathematicis.* Pactum tacitum initur, cùm homo ex curioſitate libros magicos legit, aut ab alio inſtruitur in arte magica, eaq; ſciens, volensq; vtitur, ita Martinus Delrius *diſquiſit. magic. lib. 5. quæſt. 4.*

Hæc Magia Diabolica rurſus ſecatur † in 2
